HISTORIA CRITICA
COMITATVS
HOLLANDIAE ET ZEELANDIAE

AB ANTIQVISSIMIS INDE DEDVCTA
TEMPORIBVS

TOM. I. PARS II.

SISTENS
VBERIORES ALIQVOT EXCVRSVS
IN

CHRONICON HOLLANDIAE

ANONYMI
MONACHI EGMONDANI

AVCTORE
ADRIANO KLVIT
NVPER IN ILLVSTRI MEDIOBVRGENSIVM ATHENAEO
ELOQVENTIAE ET LINGVAE GRAECAE
NVNC VERO ANTIQVITATVM ET HISTORIAE IMPRIMIS DIPLOMATICAE FEDERATI BELGII IN
ALMA VNIVERSITATE LEIDENSI
PROFESSORE ORDINARIO
VARIISQVE SOCIETATIBVS LITERARIIS ADSCRIPTO

MEDIOBVRGI
APVD PETRVM GILLISSEN ET ISAAC DE WINTER
ANNO CIƆIƆCCLXXVIIII.



AD LECTOREM.

Duplex morae caussa huic Tomo obstitit; altera, Scriptoris vocatio ad novum munus Leidae auspicandum, et orta hinc eius absentia; altera, typorum novorum apparatus. Quae caussae ne diutius prelum morarentur, visum fuit Typographis, Operis impressionem Leidam transferre, ibidemque illis uti typorum formulis, quae inde a p. 560. sunt adhibitae, et in CODICE DIPLOMATICO PROBATIONVM ET DOCVMENTORVM, qui paucos intra menses prodibit, etiam adhibentur.

SERIES

EXCVRSVVM.

EXCVRSVS I. ad a. 728. p. 9.

Num S. Wulfrannus Episcopus Senonensis Radbodum Frisiae Regem a. 719. aquis februis lustrare potuerit? qua occasione IONAE *Fontanellensi*, Vitae S. Wulfranni scriptori, lux affunditur, isque ab interpolationibus vindicatur.

II. ad a. 863. p. 16.

De vera origine vocum *Theoderici*, *Feodi*, *Alodii*, *Leodii*, *Leodes*, *Neomagi*, et similium.

III. ad a. 1018. p. 44. 46.

De prima *Zuidhollandiae*, olim sub *Merewedae* et *Flardingae* nomine cognitae, occupatione a Comitibus, *Hollandiae* postea dictis.

IV. ad a. 1057. p. 48.

Vindiciae Chronici Hollandiae contra Vir. Ill. HUYDEC. super *Walacriae* infeodatione ab Imperatore Henrico.

V. ad a. 1063. p. 50. 54. 69.

De fatis et rebus gestis *Roberti Fresonis* Comitis Holland., dein Flandriae, praesertim in Hollandia.

VI. ad a. 1063. p. 53. 65.

De *Hollandiae* et *Fresiae* distinctione sub *Roberto Fresone*, ac deinceps.

VII. ad a. 1168. p. 118. 158. 162.

Zeelandia Occidentalis quomodo inter Flandriae et Hollandiae Comites iuris olim controversi dicta sit.

VIII. ad a. 1198. p. 111. 162.

De conditione Comitatus *Oostergoae* et *Westergoae* sub Wilhelmo I. fratre Theoderici VII. Com. Hollandiae.

Vin-

IX. ad a. 1200. p. 173.


Vindiciae Chartae Brabantinae de Feudo *Zuidhollandiae* a. 1200.

X. ad a. 1203. p. 176. ſq.

De iure devolutionis Comitatus *Hollandiae* post mortem *Theoderici* VII. Com., relictis filia ADA et fratre WILHELMO Comite Freſiae Orient.

XI. ad a. 1203. p. 180. 188.

Genuina *Adae* Comitisſae *de Los* et coniugis *Ludovici* Losſenſis, poſt horum fugam, historia, ex authenticis documentis et coaevis ſcriptoribus illustrata, vindicata.



EXCVRSVS I.

NVM S. WVLFRANNVS EPISCOPVS RADBODVM FRISIAE REGEM AQVA BAPTISMI INITIARE POTVERIT?

Ad Chronic. a. 728. p. 9. not. 23.)

Radbodum Frisiae Regem a. 719. obiisse, consentiunt omnes Scriptores, cum vetustiores, tum recentiores; idque fusius Francorum ac Domesticorum Annalium ope demonstratum ibo in DISSERT. III. Neque hac de re ullum amplius dubium residere poterit (a). Vtrum vero a *S. Wulfranno* sit initiatus, alia res est; quae ut rite discutiatur, inquirendum erit paullo curatius, an S. WVLFRANNVS hoc, quo *Radbodus* obiit, anno adhuc superstes fuerit? Vnde leni fluet alveo, Radbodum Regem a Wulfranno baptizari non potuisse. *Radbodi mors.*

De

(a) Videant nostrates, quae scripsere WAGEN. *Vad. Hist.* D. I. B. IV. bl. 368 — 370. et G. VAN LOON *Alouder Hist. van Holl.* I. D. bl. 310—314.

§XCVII. I. *S. Wulfranni mors.* De obitu S. *Wulfranni* mirum in modum doctisſimi quique disſentiunt. Summa eius historiae, nemini dubia, huc redit. Fuit antea *Epiſcopus Senonenſis*; dimisſo vero Epiſcopatu, monachum induens, *Fontanellenſe* coenobium intravit; et hinc divino admonitu penetravit *in Friſiam*; unde, postquam *quinque per annos* conſederat, expulſus, *Fontanellam* rediit, et *quadriennio* post obiit. Haec bene cohaerent omnia. Sed quando haec contigerunt? Secundum nonnullos, qui rem praeter fidem extrahunt, natus esſet *Wulfrannus* a. 650. Ab anno autem 670. militaverit in aula Chlotarii et Theoderici RR. Francorum, dederitque a. 690. nonnullas posſesſiones *Fontanellae*; factusque *Epiſcopus* esſet *Senon.* a. 693.; abierit *in Friſiam* a. 700. unde a. 720. reverſus, anno 741. Fontanellae obierit. Verum haec excogitata videntur, quo facilius narrata de *Radbodo* fidem inveniant. Vulgarior ſententia eum narrat obiisſe a. 720. et per quinquennium ab a. 700—705. *in Friſia* ſacris operatum. Hanc opinionem amplexi ſunt BARONIVS, BOSSCHAERT, BVCHELIVS, quique vel hinc *Radbodi* baptismum refutavit, FVRMERIVS *Annal. Friſic.* L. III. p. 206. Interim PAGIVS, nescio quo auctore, annum obitus ſtatuit a. 700.

In hoc autem ſententiarum divortio ſi roges, quibus auctoribus haec omnia narrentur: reſpondeo; cuncta, utcumque invicem oppoſita, unum tamen eumdemque agnoſcunt auctorem, id est, ex uno eodemque hausta ſunt fonte, nempe ex IONA FONTANELLENSI, *Vitae S. Wulfranni ſcriptore*; quod ſanequam mireris! Sed idem

va-

valido est argumento, vehementer hunc scriptorem esse interpolatum. Et sane iam aliis olim est observatum (b), occurrere in hoc scriptore multa falsa et invicem repugnantia; quae suspectam merito reddant narrationem, vel interpolationes multifarias probent. Vidit hoc iam V. D. MABILLON, qui ab HARDVINO quodam putat interpolatum, dubiusque haesit, utrum IONAM vulgatum repraesentaret an reiiceret (c). — EXCVRS. I.

Viderunt igitur rem; expediendae tamen rei viam non invenere. Quapropter operae pretium erit, cunctas has nebulas discutere, et certissime docere, falsos hactenus esse omnes, qui annum Wulfranni emortualem seriorem statuant quam annum 693. En! argumenta probantia: — *Radbodi baptismus refutatur,* I. *Ex S. Wulfranni obitu a. 693.*

1° IONAS, qui coaetaneus S. WVLFRANNI fuit, suam vitae *S. Wulfranni* descriptionem ac praefationem BAINO *Abbati Fontan.* inscripsit; qui *Bainus* iam a. 707. obiit. Ante haec igitur tempora vixisse et obiisse *Wulfrannum* oportet. Res dubio caret. At idem ille *Bainus*, quemadmodum ex CHRONIC. FONTANELLENSI apparet, *translationem corporis s. WVLFRANNI ex Basilica S. Paulli in Eccles. S. Petri* peregit; quod iam a. 704. factum est. Vid. CHRON. FONTANELL. c. II. p. 267. b. (d). ubi nota haec verba: *Hic namque BAINVS — etiam corpora SS. Wandregisili, Ansberti, atque WLFRANNI in Ecclesiam B. Principis Apostolorum Petri de* — *Qui probatur a) ex BAINI vita, et S. WVLFRANNI translatione.*

(b) Vid. BOSSCHAERT, Dissert. de primis Frisiae Apostol. Dissert. CXVI. p. 412.

(c) Vid. Tom. III. Saecul. Benedict. p. 355. sq.

(d) In SPICILEG. D'ACHERY T. II.

XXCVIII. 1. *de Basilica S. Pauli transtulit.* — *Facta est autem haec S. translatio anno Dom. incarn.* SEPTINGENTESIMO QVARTO, *indict. II. prid. Kalend. Aprilis, feria secunda. Namque solemnitas S. Paschae 3. Kal. April. tunc exstitit, quiverat annus decimus gloriosi Regis Hildeberti; porro Ioannis Papae, qui octogesimus* [quintus] *a B. Petro Romanam rexit ecclesiam, annus primus;* BAINI *denique Patris praed. annus quintus, ex quo regiminis assumserat curam istius coenobii.* Congruunt hae Epochae omnes in a. 704. et *Bainus* annum orditur a sua initiatione a. 700. (e). Insigne igitur hoc testimonium docet, obiisse iam WVLFRANNVM pluribus annis ante a. 704. Quo vero anno vitam finierit, non quidem diserte memoratur, sed esse annum 693. evincere satis possunt ea, quae de *translatione Corporum* dictorum in Classico *Chron. Fontan.* loco c. 2. f. memorantur: *Requievit igitur B.* WANDREGISILVS *eadem S. Pauli Basilica* [unde huius corpus a. 704. translatum] *annis circiter quadraginta; inclytus autem praesul* ANSBERTVS *annis novem; Sanctus vero Archiepiscopus* WLFRANNVS *annis undecim.* Abstrahe igitur annos XI. ab a. 704. et habes annum 693. Quae verba etsi cla-

(e) Quamquam a MABILL. *Ann. Bened.* T. II. L. XIX. §. 2. in a. 701. relici videtur, et forte rectius ob locum *Chron. Fontan.* l. l. c. 2. qui p. 267. *Bainum* regimen assumsisse dicit *A. VII. Reg. Childeberti et XIII. Sergii Papae.*

(f) V. DV CHESN. *Corp. Hist. Franc.* T. I. p. 642. ubi habentur, *Wandregis. obiit. XI. Cal. Aug.* 665. *a. IX. Pontif. Vitaliani,* ubi et reliqua bene habent, nisi quod *translatio a Baino facta* dicitur a. 729. quod et vitae *Baini* adversatur, et suo ipsius calcu-

lo

clarisſime rem conficiunt, quum tamen animadverterent EXCURS. I.
viri docti, narratis *Ionae* haud congruere, hinc facile ſentias, eſſe ſollicitata et erroris inſimulata. Verum absque ratione. Nam hoc CHRONICON FONTANELLENSE, unde narrantur, deſcriptum eſt a D'ACHERIO, et collatum [Vid. eius *Monitum* p. 262.] ad vetuſtisſimum istius Monasterii *Apographum* ante annos 600. exaratum, qui aetatem *Scriptoris* docet fuiſſe anno circiter 834. unde is proxime rei actae aetatem acceſſit, et paene coaevus fuit. Congruit porro dicta epocha 1) cum annis obitus *Wandregiſili*, qui obiit a. 665. (f). Congruit 2) quoque Epocha *Ansberti*; obiit is a. 695. Vid. PAGIVM h. a. quibus ſi annos addas Wandregiſili 40. et Ansberti 9. ſurget annus 704.

2) Etiam S. *Wulfranni* acta anteriora hanc computi rationem unice veram eſſe probant. Videamus, quando *Epiſcopus* ſit factus? Convenit inter omnes, S. Wulfrannum eſſe natum a. 650. Refert autem IONAS ipſe, hunc primis adoleſcentiae annis militaſſe, clericumque egiſſe in aula RR. *Chlotarii* ac *Theoderici*; prior obiit a. 670. ſucceſſorem nactus Theodericum Regem. (g). Refert idem IONAS, fuiſſe *Wul-*

b) Ex *Wulfranni* actis.

fran-

lo repugnat. Cf. CHRON. FONTAN. *App.* II. c. 1. p. 284. *a. f.* Nonnihil diſcrepat MABILL. *Annal. Bened.* T. I. L. XV. §. 53. et PAGIVS *Critica* ad a. 665. nº XIII. qui a. 667. praeferunt. Verum hoc parum refert. Annos enim istos 40. non plenos numerari oportet, quum vox *circiter* adiecta ſit; quos ſi his 667. addas, certe non ſupra illum annum 706. deveneris, ad a. 704. et 705. devenire poſſis.

(g) V. ECCARD. *Rer. Franc.* XIV. 16. p. 249.

XXCVIII. I. *frannum* ſucceſſorem *Landoberti* Epiſcopi Senonenſis, cuius adhuc exſtat ſubſcriptio Chartae anni 674. *anno IV. Regni Theoderici.* (h). Factus igitur est *Wulfrannus Epiſcopus Senon.* post annum 674. ſub *Theoderico*, cuius in aula verſatus fuerat. At quo anno ſe abdicavit, et monachum induit? Narrat IONAS, narrant et alii, WVLFRANNO ſuffectum esſe *Gericum* ſive *Goëricum* de quibus quae leguntur, quamquam incerta ſunt, certum tamen Goëricum iam anno 695. ſucceſſorem habuiſſe *Ebbonem*, quippe cuius hoc anno data charta legitur in MABILL. *Ann. Ben.* T. I. a. 695. §. 37. p. 604. a. Abdicasſe autem ſe *Wulfrannum* anno 678. certo conſtat ex CHRONIC. S. PETRI VIVI ad a. 678. et 715. (i). Quaenam abdicationis cauſa fuerit, parum refert. Statim vero, ab induto in Coenobio Fontanellae *Monacho* a. 678. in *Friſiam* abiisſe, nunc probabo. Hoc factum ſub *Ansberto* praeſule Rothomag. Sedis, qui *Audoëno* ſucceſſerat. Hoc liquet ex *Fragm.* de *Rebus Dagoberti* I. (k), ubi *Ansbertus* narratur *ſucces-*

(h) De qua V. MABILLON. *Annal. Bened.* T. I. p. 541. imprimis PAG. *Critic.* ad a. 674. n. 4—6 et VIT. *S. Leodegar.* c. 6—10. Quamquam perperam V. D. MABILL. hanc Chartam ad a. 678. referat, deceptus prava Epocha Regni Theoderici.

(i) In D'ACHERY *Spicileg.* T. II. p. 464. a.

(k) In DV CHESN. T. I. p. 641. C. 642. A.

(l) Audoënus a. 641. Rothomag. Eccleſ. praefectus est, obiitque a. 684. Disputatur quidem de hoc obitus anno, eumque post annorum 43. regimen a. 677. nonagenarium obiisſe refert ANON. in *Vit. S. Audoëni* apud DV CHESNE *Hist. Franc.* T. I. p.

cessisse B. Audoëno in Pontificatu Eccl. Rothom. Sub HO- EXCVRS. I.
RVM vero regimine Wulfrannus praesul Senonensis et gentis FRISONVM praedicator; et Erembertus, MONACHI *facti sunt.* Vterque simul sub ambobus nequiverunt. Alteruter igitur sub *Ansberto.* At *Audoënus* Praesul Rothomag. fuit a. 641—684. Ansbertus ab a. 684. (l). *Erembertus* igitur referri debet ad Audoënum, *Wulfrannus* ad Ansbertum. Et hoc utique rectum. *Erembertus* enim a. 704. iam per 33. annos sepultus iacuerat, ut docet CHRONIC. FONTAN. c. 2. p 268 a. Quando autem Episcopus Tolosanus factus, docet MABILLON. *Ann. Bened.* T. I. L. XIV. § 62. p. 447. f. Obierat igitur iam a. 671. De *Wulfranno* sub *Ansberto* monacho facto, immo sub eodem *in Frisiam* abeunte, testis idem est CHRONIC. FONTAN. App. II. c. I. p. 284. a. cuius verba hactenus obscura nunc clara fient: *S. Wulfrannus — Praesulatus apicem — satis digne aliquantis per administravit; sed accepta postmodum divina iussio-*

p. 638. A. quamquam p. sq. f. c. 12. ex *Vit. S. Wandregis.* memorat, eum anno III. Clodov. fil. Dagoberti i. e. 641. sedem hanc adeptum esse. Vnde annus surgit 684. Quod et confirmat idem ANONYMVS, qui obiisse refert *res palatii administrante Waratbono.* At ab anno 681 — 684. Maiordomus fuit *Waratho.* Sic GESTA FRANCOR. c. 48. quorum scriptor presse iungit mortem *Waratonis* morti *Audoëni.* Cf. ECCARD. *Rer. Franc.* L. XVI. §. 5, 6. p. 267. sq. Add. PAG. *Critic. Baron.* ad a. 684. p. 112. n. 19—23. quamquam ad a. 683. retrahit MABILLON. *Ann. Bened.* l. l. §. 36. T. I. p. 570. Factus igitur est a. 684. *Ansbertus* Praesul Rothom., qui quum *Abbas* fuerit *Fontanellae*, hinc *Wulfranno* cognitus fuit. Vid. *Append.* II. CHRONIC. FONTAN. c. 1, p. 284.

MCMS. I. *sione, ad praedicandum vitae verbum Fresionum genti animum intendit: quapropter insignem — Ansbertum, Abbatem vidl. Fontinellensis Coenobii, qui — iam successerat [a. 684.] AVDOËNO Praesuli in Pontificium urbis Rotom. festinus adiit, ——— sicque demum Sequanam ingressus, prospero* FRESIAM *navigio petiit.* Nempe Wulfrannus statim, ut audivit Audoëno successisse *suum Abbatem Ansbertum* in sedem Episcopalem, eum adeundo rogavit, et ab eo *auxilium poposcit, sufficienterque accepit, sicque demum Sequanam ingressus prospero* FRESIAM *navigio petiit — illi populo euangelizavit, et — quosque rebelles et incredulos perdomuit, atque ad percipiendi* BAPTISMI *gratiam convolare fecit.* Abiit igitur anno, quo ANSBERTVS Episcopus factus est, hoc est, a. 684. vel summum 685. in Fresiam. Confirmat rem ipse IONAS, hac parte non interpolatus *Cap.* 3. Illic autem *per* 5. *dumtaxat annos* fuisse commoratum, omnium calculo comprobatur, assentiente eodem IONA, qui addit, eum *inde Fontanellam* rediisse, ibidemque *nec multo post* obiisse: tempus autem ipse 4. *annorum* numerat. Et sic recte quoque idem CHRON. FONTAN. c. I. App. II. p. 284. *Post multorum mirabilium exhibitionem tandem Fontinellam, ubi monachicum* PRIDEM *fecerat votum, rediit,* NEC MVLTO POST *dignus praemiis coelestibus decessit. Sepultus secus S. Patris Wandregisili tumulum, per novem annorum curricula requievit, unde postmodum a S. Baino — eiusdem Coenobii Rectore, quinto videlicet sui regiminis anno, translatus est in Basilicam S. Petri* —. Rerum igitur summa huc redit.

Wul-

Wulfrannus natus est a. 650. fit *Episcopus Senon.* iam a. 674. xcvii. l. abdicat se et *monachus* fit *Fontanellensis* a. 678. Inde sub *Ansberto* a. 684. vel 685. transit in Frisiam, redux est factus a. 689. obiit vero quincto post anno, i. e. 693.

Ex his hactenus disputatis manifestum est, ea omnia, quae de *Wandone*, ex *Wandonis* ipsius relatu, cum pluribus aliis rebus a IONA memorantur, aliorum accepta referenda esse interpolationibus: quibus miserrime hic scriptor laborat. Interpolationes adesse confitentur omnes. Vid. modo *Commentar. Praev. Vit. S. Ansberti d. IX. Febr.* HENSCHEN. Et hinc certe factum, quod de *S. Wulfranni* translatione tam diversae intercesserint lites, quas vide in not. MABILL. *ad vit. Wulfr.* T. III. p. 364. sqq. cf. *Comm. Praev.* HENSCHEN. T. III. d. XX. Mart. Hinc quoque fabulosa de *S. Gangulpho* Wulfranni adiutore ad d. XI. Mart. HENSCHEN. T. II. p. 642 derivanda. Quemadmodum vero expediantur omnia, hactenus invenit nemo. Nunc modo animadvertas, ea, quae de socio *Wandone*, deque eius maritimo cum *Wulfranno* itinere, et *Radbodi* baptismo, narrantur, quasi ex ipsius *Wandonis* testis oculati ore excerpta, esse falsa et conficta; siquidem constat, *Wandonem* demum anno 742. Abbatem factum esse *Fontanellensem*. V. *Chron. Fontan.* c. XIII. p. 274. b. etsi antea se per 3. annos etiam intruserat. Vid. c. III. p. 268. b. ubi tamen perperam de *Wiltaburgo*, quum non *Traiectum ad Rhenum*, sed *ad Mosam* intelligi debeat; quod illic scholion

Interpolatus est IONAS.

XXCVIII. I. lion censendum est, ut iam observavit WAGENAAR (m). Ex hoc igitur turbido fonte derivanda est omnis *de Radbodi baptismo* fabula. Quomodo enim, qui a. 719. obiit *Radbodus* baptisari a *Wulfranno* potuit intra a. 685. — 689. et tertio post die fato fungi.

II. *Ex silentio reliquorum de Radbodo.* Verum dantur et alia, quae hunc Baptismum ficti falsique insimulant: et quidem secundo loco id deducam ex silentio aliorum. Frustra enim reperias non solum in genuino *Wulfranni* vitae scriptore, seu IONA non interpolato, sed etiam in *Vitis SS. Willebrordi*, et *Bonifacii*. Antiquissimus ex scriptoribus exoticis est scriptor sec. XII. ineuntis SIGEBERTVS GEMBLAC., unde reliqui sua hauserunt, qui defunctus est a. 1113. (n). Atqui hic rem ad a. 718. eo modo narrat, ut ex *Iona* desumtam credas: *Rabbodus*, inquit, *Dux Fresonum praedicatione Vulfranni Episcopi ad hoc adductus, ut baptizari deberet, cum unum pedem* sqq. Quod si tantillum veri his inesset, cuncta clamant, haec debuisse contingere intra hos v. annos 685—689. Et tunc certe falsum esset, quod de *insecuta morte tertio post die* adiicitur. Verum res inter Radbodum et Pipinum post adventum *Willebrordi* gestae hoc non suadent: quemadmodum falsum hinc quoque est, quod aliunde infertur, *S. Wulfrannum* fuisse *comitem et adiutorem* S. Willebrordi: siquidem is demum a. 690. in Frisiam appulit.

III. Si

(m) *Vaderl. Hist.* D. I. bl. 396. not. (2).

(n) Vid. ROB. DE MONTE Append. ad SIGEB. p. 864. Ed. Pistor. Add.

EXCVRS I.

III. *Ex gestis S. Willibrordi.*

Si vero vel maxime per tempora fieri posſit, ut a. 719. a Wulfranno baptizatus ſit Radbodus, an probabile ſit, *S. Willibrordum*, ab ipſo *Papa* propagandae religionis ergo conſecratum, baptizandi Regis gloriam ſibi ſe praeſente ab alio, *Wulfranno* nempe, praeripi paſſum fuisſe.

IV. *Ex gestis S. Bonifacii.*

Adfuit h. t. in *Friſia S. Bonifacius*, cuius vitae ſcriptor multa de *Radbodo* narrat, memoratque pluribus eius *mortem*, eumque ex valitudine per ſexennium minus prospera tandem obiisſe refert. Vnde ſatis apparet, nihil his temporibus neque *Willibrordo*, neque *Bonifacio*, neque eorum vitae ſcriptoribus, quidquam innotuisſe de baptizato per *Wulfrannum* Friſonum Rege, neque de ipſo Wulfranno iam tunc defuncto.

Quae ſi ita ſunt, unde orta igitur tam lepida de *Radbodo baptizato* fabula? Fabula enim, ut in proverbio est, non nascitur de nihilo. Dicam quod ſentio, et ſtatim omnes ſedatos fluctus videbis. Res baptismi vera fuit, ſed transferri in alium Freſonum Ducem, *Ratboldum* nomine, debet, et in annum vel 728. vel 729. traiici. *Chronicon* meum MS. (unde HEDA p. 26. et BEKA p. 10.) rem non ad a. 719. ſed a. 728. refert. At vero hoc ipſo anno 728. eadem ac de *Radbodo* Rege (qui itidem ſaepe *Radboldus* audit) inſtituitur narratio de *Ratboldo*, aliis *Ricboldo Duce*, Popponis cognato. Quam in rem audi *Furmer. Ann. Friſ.* L. III. c. 7. p. 211. ſq. *Peragrabant illi quidem* (Euangelii praecones) *totam Friſiam ſtrenue*

p. 1015. nec non CHRON. MONASTER. MORTVI-MARIS a. 1113. in EDMVND.

MARTENE *Theſaur. Anecd.* T. III. p. 1437.

EXCVRS. I. *et ſecure*, RICHOLDVM *quoque Ducem Popponis cognatum iam Christo lucrati videbantur, cum ille diceret ſe baptizari velle, ſed cum aquam intraret, inciait ipſi dubitatio, qualem* [NB.] *et de Radbodo referunt, ita ut pedem e lavacro retraheret, rogans baptizatorem ſuum, pluresne maiorum ſuorum apud inferos an apud ſuperos eſſent? cumque illi reſponderetur plures eſſe in orco, etiam alterum pedem aqua eduxit, inquiens, ſibi honeſtius eſſe complures sectari quam pauciores: atque ita morte repentina oppreſſus et de medio ſublatus in Idololatria ſua ſuffocatus perhibetur. Richoldus* ſeu *Ratboldus* et *Radbodus*, uterque *Dux* vocantur. Ipſe SIGEB. GEMB. apud PISTOR. non alium vocat, quam *Ratboldum ducem Friſonum.* Et in meo Chronico ad a. 694 Codex MS. habet *Ratbordum.* Habet etiam ad h. annum 728. vel 729 cum Nostro OCCO SCARLENSIS, aliique ſcriptores Friſici; unde credibile, priorem de *Radbodo* narrationem, quae apud Occonem nimis multis ornata fabulis occurrit, ab aliena ac ſeriore manu eſſe intruſam, et *Occonem* genuinum de Rege *Radbodo* baptizato nihil quidquam memoriae ſcriptum reliquisſe. *Radbodum* contra *Regem* Friſiae ex *ſexennii* languore obiisſe, dubitare nos non ſinunt ſcriptores coaevi, quorum testimonia in rebus RADBODI gestis afferam *Diſſert.* III. Concludamus, Baptismum Radbodi quadrare *in Radbodum* ſive Ratboldum Praefectum Ducis Friſiae, et recte a ſcriptoribus collocari in a. 728.

E X-

EXCVRSVS II.

DE VERA ORIGINE VOCVM THEODERICI, FEODI, LEODI, LEODES, NEOMAGI, ET SIMILIVM.

(*Ad Chronic.* a. 863. p. 15. not. 43)

Quam necessaria sit Germanicarum Dialectorum analogiae cognitio, non aliunde magis quam ex prava scribendi pronunciandique vocis *Theoderici*, in medii aevi scriptis perquam frequentis, ratione attento lectori patescet: cuius etiam ope quam clarissime evincetur, quantam viri docti luserint operam in explicanda origine vocis, tot in formas distractae, *Feudi* et *Feodi*.

Sunt qui censeant, vocem *Theodericus* (vel, ut alii male, *Theodoricus*) instar *Theodori*, *Theophylacti*, et similium, e Graeca oriri voce Θεός, Deus; iisque mirum accidit, potuisse vocem nostra in lingua mutari in *Diederijk*, *Diedrijk*, *Dirk*, et medio aevo, *Tirricus*. Sed falluntur. Nunquam enim in nominibus exoticis vox *Theodericus* occurrit; sed frequentissima est apud *Gothos*, *Suevos*, *Francos*, *Germanos*, aliosque lin- *Etymon* THEODERICVS.

xxcvrs.II. linguarum feptemtrionalium fectatores; estque mere Germanicae originis, quae pro varietate Dialectorum varie et pronunciata et exarata fuit; donec apud nos fubftiterit in *Diederik* feu *Diedrik*, contracte *Dirk*. Parum autem refert, fcribasne per E infertam, *Diederik*, an E extrita, *Diedrik*, uti et Lat. *Diedericus* et *Diedricus*. Litera enim E in vocibus, ubi *liquida* fequitur, haud abit ab Hebraeorum *Schevate quiescente:* cuiusmodi fchevatis ufus nostra in lingua perquam est frequens; quippe quae imprimis auditur in vocibus, quibus affigitur vocula *lijk* et *loos*, e. gr., *fmaak-lijk*, *vriend-lijk*, *erf-lijk*, *ftof-lijk*, *hof-lijk*, *vrees-lijk*; *hulp-loos*, *god-loos*, *zorg-loos*; pro quo frequens est pronunciatio, *fmaake-lijk*, *erfe-lijk*, *hoffe-lijk*, *godde-loos*. At contra analogiam. Nunquam enim Belgae dicunt *erfe*, *hoffe*, *godde*, pro *erve*, *hove*, *gode*. Quemadmodum et minus hodiedum illa E adhibetur in vocibus per *rijk* (Lat. *dives*) compofitis, ut *bloed-rijk*, *volk-rijk*, *land-rijk*, quamquam olim perfrequens erat, ut patet ex vocibus *ChildeRICVS*, *ChilpeRICVS*, *FredeRICVS*, *GenfeRICVS*, *GibeRICVS*, *GundeRICVS*, *HelmeRICVS*, *HuneRICVS*. Adde ex alia dialecto per A, *ALAricus*, *AthalARICVS:* quae omnia in KILIANI nostratis *Lexico* explicantur per *Huld-rick*, *help-rich*, *fred-rick*, *gants rick*, *geb-rick*, *heim rich* et *hein-rik* etc. Vnde duo fequuntur, 1° vocem *Died-ricum* vel *DiedEricum*, eodem modo abiecta terminatione Latina, nihil aliud fignificare quam *died-rik* (*rijk van died*), ficuti *Fredericus*, *Heimericus*, *Adelricus*, nihil fo-

ſonant praeter *rijk van vrede*, *van heim*, *van adel*, i. e. dives pacis, terrae, nobilitatis. 2° vocem *Theodericum* vel *Diedericum*, nunquam ex genio linguae posſe ſcribi per O *TheodOricum*. EXCVRS. II.

Haec de terminatione. Transeo ad vocem. Quid nobis *Died*, vel *Thied*, ſignificet, cuique notum est ex celebri AEM. STOKII *Rhythmographi* loco, L. I. vs. 188. ſqq. p. 27.

> Want Willibrort ende Wolfram /
> Ende ander volc dat mit hem quam /
> Bekeerden dat Dietſche DIET.

Et LODEW. VAN VELTHEM *Spiegel Historiael* L. I. c. l. p. 3.

> Ende oec mede al 't geuecht
> Dat in ſinen tiden geſchieden /
> Van allen landen / van allen DIEDEN.

i. e. *populos*.

Quomodo vero *Diedericus* et *Theodericus* una eademque vox? Nihil facilius, et tribus abſolvi verbis facile posſet, niſi haec reſponſio ſimul aliis vocibus explicandis viam muniret. Haec nimirum nobis Belgis, cum Alemannis, Francis, Gothis, Angloſaxonibus communis uſitatisſimaque est regula ac Dialecti norma, ut diphthongus IE varias accipiat mutationes in EO, IO, IA, IU. etc.

IE et EO eadem diphthongus.

De Angloſaxonibus, quum imprimis proxime his accedat dia-

EXCURS. II. dialectus *Frisonum* et *Saxonum*, primo videamus. Horum est permutare IE cum EO et IO.

Hoc ad saturam usque probavit laudatissimus noster L. TEN KATE in celebri suo Opere, *Aanleiding tot het verbevene Deel der Nederduitsche Taal*, ubi Tom. II bl. 18. exemplis probavit, easdem esse voces cum scriptura tum pronunciatione, tum origine

Nostras.	Anglo-Saxonum.
rIEKen,	*rEOcan.*
bIEden,	*bEOdan.*
kIEzen,	*gecEOsan.*
klIEven,	*klEOfan.*
lIEgen,	*lEOgan.*
bedrIEgen,	*a-drEOgan.*
tIEgen,	*tEOgan.*

Quae vox *tiegen* est obsoleta, unde in usu remansit Imperf. Belg. *toog*, *getogen*, uti *liegen*, *loog*, *gelogen*.

Sic etiam Anglosax. *dEOnan*, *dEOr*, *nEOman*, *lEOd*, *sEOc*, *sEOr*, invenitur; pro quo Belgae *dIEnen*, *dier*, *nieman*, *lied*, *siec*, *vier*. His addatur et altera Dialecti norma, qua D nostras in Anglosaxonum TH mutatur, ut idem docuit TEN KATE T. II. bl. 19. unde *Diet* nostrum et Anglosaxonum *Theot* eadem vox. Vid. TH. BENSON *Vocabular. Anglo-Saxonic.* in Voc. *Theod*, *theode*, quae

quae explicantur per *gens*, *provincia*, et THEOD-LAND, EXCVRS.II.
regio, THEODLIC, *gentilis*, et THEOD-LOGA, *impostor publicus.* Hinc etiam hodierni Angli, quod ſcribunt *people*, pronunciant, tamquam ſit *piepel*; uti recte obſervavit v. ILL. HVYD. ad M. STOKE D. I. bl. 64. Hinc legitur in IVNII *Gloſſar. Gothic.* p. 348. ad *Thiuda.* „*Theod* A-S. *gens*; „ *theoda*, *gentes. Theoda-folc*, *gentium populus*; *elitheodig*, „ *peregrinus. Theodlic nama*, *gentile nomen*" cett. Quocum pluribus conferantur GOLDASTVS ad *Tyrol.* p. 13. b. 14. a. b. in SCHILTER. *Theſaur. Teuton.* PALTHEN. ad TATIAN. *Harm. Euangel.* p. 314. ed. 4. SCHILTER. *Theſ. Teut.* T. III. ſive Gloſſar. p. 209. V. DEOTA. M. VELSER. *Rer. Boic.* L. III. init. p. 47. et 77. et ECCARD. *ad Leg. Salic.* p. 19 ubi variae vox *populi* ſcribitur per *theota*, *thiuda*, *theoda*, *thiuta*, *deota*, De quibus ſtatim. Ex his ſufficienter liquet, vocem *theod* pro *populo* non modo frequentiſſimi eſſe uſus, ſed etiam pro variis dialectis, Franco-Teutonica, Alemannica, Anglo-Saxonica, Moeſo-Gothica, diverſo modo ſcribi, *theot*, *thiot*, *thiat*, *thiet*, *thiud*, *theud*, *diet*, *deut.* Hactenus de IE et EO.

Datur et alia dialectus, quae in cenſum veniat neceſſe IE et UI.
eſt. Pro IE enim Moeſo-Gothi et Franco-Teutones ſcriptitabant olim *UI* vel *IU*; adeoque noſtrum *Thiet* vel *Diet*, et horum *Thiud* vel *Thuit* pronunciatione nihil differebant. Admodum inſignis haec eſt analogia, exemplis a Doct. L. TEN KATE D. I. bl. 173. probata. Hinc noſtratium

Ge-

xcvIII.II.	*GebIEden,*	M - G. *bIUdan.* Fr - D. *gibIUtan.*
	GenIEten,	M - G. *nIUtan.*
	KIEzen,	M - G. et F - D. *kIUſan.*
	VerlIEzen,	M - G. *fralIUſan,* F - D. *forlIUſen.*
	GIEten,	F - D. *gIUzzan.*
	KlIEven,	F - D. *klIUfan.*
	VlIEgen,	F - D. *flIUgan.*

Hinc in WILLERAMI Abbatis *Cantico Canticor.* Theutisco, ſine discrimine *ie* et *iu.* Per *iu* p. 18. Ed. Merulae *vrIUndina min*, nobis, *vrIEndinne* (*amica mea*); p. 19. *thui*, nobis *die* (*illa*); p. 24. *ſliured mih*, nobis *ſlier my*, (*mitte me*); p. 23. *liuden*, nobis *lieden* (*homines.*) Vnde obiter videmus, quo fundamento apud nos varient *beſtieren*, *beſtuuren*; *vier* et *vuur*, olim *vuir.* Sic et eadem nobis hodiedum ſunt *lIEden* et *lUIden*; *bedIEden* et *bedUIden*; *rIEken* et *rUIken*; *bIEgen* olim, et *bUIgen:* cuius tamen *ui* pronunciatio hodie in Hollandia depravata auditur, quaſi esſet *eu* vel *eui.* Horum autem manifestior fit convenientia, ſi obſerves, verba, per *ie* et *ui* promiscue exarata, in *Praeter. Imperf.* et *Partic. Pasſiv.* per *O.* tenue efferri, e. c.

1° *BIEden, bOOd, gebOden.*
Vlieden, vlood, gevloden.
Kiezen, koos, gekozen.
Liegen, loog, gelogen.

2°

2° { *Rieken, rook, geroken*; vel
Ruiken, rook, geroken.
Druipen, droop, gedropen.
Schuiven, schoof, geschoven.
Buigen (olim *biegen*), *boog, gebogen.*
Zuigen (olim *ziegen*), *zoog, gezogen.*
Tuigen (olim *tiegen*), *toog, getogen.*

Cum aliis bene multis, quae nobis congessit industria *L. ten Kate* D. II. bl. 36 —: cf. D. I. bl. 556. sq.

Haec autem eo faciunt, ut ratio reddatur, cur tam frequenter vox *ThEOdericus* in medii aevi scriptis degeneraverit in *ThIUdericus*, ut inspicienti cuique patebit ex Indicibus elementariis Operum MARTENE *et* DVRANT *Thesaur. Anecd. et Coll. Ampl.*, DV CHESNE *Histor. Francor.*, D'ACHERII *Spicileg.* aliisque permultis, ubi sine discrimine *Thiederic* et *Thiuderic.* Nec quidquam ab his abludit *ThEUdericus.* Nam quemadmodum *Thiedbertus* et *Theudebertus* idem est nomen, sic *Thiedericus* et *Theuderic.* Quam scripturam non opus est ut probem, quum omnis antiquitas eam commonstret. Immo in Nummis patriis habetur unus hac epigraphe: *Teudericus.* Vid. LE BLANC *des Monn. de Franc* p. 50. et ex eo VAN LOON *Aloude Hollandsche Historie* I. D. bl. 248. Vnde etiam GROT. *Indic. nom. pr opp.* cett. „ *ThEUderych, populis pollens. Sic scribunt Graeci* Θευδέριχος, Latinis *Theodoricus*". Malim *Theodericus.*

EXCVRS. II. Harum pronunciatio olim, ut videtur, non longe ab *IE* abiit; hodie, certe apud nos, nonnihil differt, ita ut *UI*, *IU*, et *EU* magis accedat ad ſonum τῶ *EUI*. Atque ex hoc fonte deduxeris, quod vox *lieden* apud nos, *leuden* penes Germanos, notet *homines*. Quum autem *homines* medio aevo ſignificarent *vaſallos* Domini, et etiam *ſervos*; hinc manifestum, cur eadem olim vox ſcripta ſit vel per *leudes*, vel *leodes*, vel *luiti* (BVCH. ad HED. p. 32. hh.) vel *liti*, vel *lidi*, etſi varia ſignificatione. Eadem ſane vox est, etſi diverſa dialectus.

FEODUM. Quae ſi conſideres, ſupervacaneum duxeris doceri, quam abſurde hactenus voces *feudum*, *feodum*, *fiedum* a nonnullis e diverſis thematibus deducantur. Notum in vulgus est, vocem *Feudum* ſerioris eſſe aevi, pro qua olim *beneficium* uſu terebatur. Atqui primarii Iuris Feudalis interpretes, eo quod haec vox frequentius per *EO* antiquitus ſcribebatur, in eam devenerunt ſententiam, eſſe vocem compoſitam ex *FE* et *ODE*, quaſi dicas, ſecundum SCHILTER. *de Orig. et Auct. iur. Feud.* c. 1. §. 1. *fundum ſtipendiarium*, a ſubſtantiva voce *OD*, quae olim *poſſeſſionem* denotavit. Quod uti de voce ALODE quammaxime verum, ita de FEVDI voce falſum. De *alode* prius dicam.

ALODE. Vox *ode*, vel ſono magis acuto *óóde*, olim notabat *id quod facile factu eſſet*. Hinc *ODI* apud *TATIAN*. *Verſ. Theotiſc. Harm. Euang.* Cap. 181. 2. p. 173. *Fater, ob iz ODI est, Fater, Fater allo ſint thir ODU*, i. e. *Pater, ſi fieri potest; Abba pater, omnia ſunt tibi faciendo, vel* fa-

factu facilia. cf. SCHILTER. *Thes. Teuton.* T. III. in Voc. ODI et OTH. Hinc Belg. olim *oodelijk*, nunc *óólijk*, i. e. *aptus*, *habilis*, *sagax ad faciendum*; hinc et composita vox Belg. *noode*, hodie *noó*, ex *ne*, et *oode*, quemadmodum *niemand* et *niet*, ex *ne-iemand* et *ne-iet*. Notat autem *noode*, *id quod difficile*, *invite* et *aegre fit*; hinc *invite*, *gravate*; de quo vid. KILIANI *Lexicon Belg.* in *noode*, *noye*, *ongbern*. Ex eodem fonte orta videntur *oodmoed* et *oodmoedig*, apud *Kilian. humilis*, *demissus* et *humilitas*; composita ex *ood*, *facilis*, *lenis*, et *moede*, quod *moede* accipitur pro *animi habitu* et *affectu*; unde Belg. *droef te moede*, *blij te moede*; et hinc fortasse Germanis per metathesin *domuth*, *demuth*, et nobis *deemoed*, *deemoedig*. Ex hoc igitur Adiectivo *oode* (*facilis*) descendit substantivum vel substantive usurpatum *oode* pro facultatibus cum animi tum corporis, et deinde pro quibusvis *facultatibus*, *opibus*, *possessionibusque*, instar Latinorum *facultates* pro divitiis. Hinc apud OTFRID. I. VII. 35. *Odegan*, et apud TATIANUM (Vid. not. p. 302.) *Otage*. — *Odeg* autem, *odag* et *odig*, adiectiva sunt, quae vi terminationis significant *hominem facultatibus sive opibus* instructum. Hinc denique compositum *Alod*, sive *Alode*, ex *AL*, *universum*, *penitus*, et ODE, de re, quae penitus in alicuius est facultate, vel etiam de re, quae ad facultates pertinet; unde *Alode* PALTHEN. *observ. ad* TATIAN. *Harm.* p. 298. circumscribitur tamquam *bonum hereditarium omni iure ad possessorem pertinens*. Hinc Germ. *kleinod*, Belg. *kleinood*, quod, auctore ibid. PAL-

MCVIII.II. THENIO, *rem pretiosam*, *mole exiguam*, significat. cf. TEN KATE *Nederl. Taal* D. I. bl. 298. et 303. Differentia autem nulla est, etsi inesse videtur, inter *Aloda*, *Alodium*, et *Alaudium*. Solebant enim Latini, quantum ad genus spectat, vocibus medii aevi mere Belgicis vel Germanicis eam dare terminationem vel masculam vel femininam vel neutram, quam Belgicae vel Germanicae vocis genus requirebat. Vnde etiamnunc genera nostrarum vocum dignoscas. Sic *lista* scribebant ex Belg. lijst, f. g. *Schella*, schel f. g. *Helmus*, helm, m. g. *Sperwarius*, sperwer, m. g. *Slusa*, sluis, f. g. multaque alia ex Legibus Salicis, Ripuariis, aliisque nota. cf. TEN KATE l. l. D. I. bl. 402. Sic *kleinood*, Belgis olim f. g, unde KILIANO vocatur *clinodia*; nunc neutro effertur genere, Latine hinc efferendum per *clinodium*. Eadem est ratio vocis *alodia* et *alodium*. Restat *alaudium*, cuius vocis orthographia itidem est manifesta. Praeterquam enim quod in SCHILTER. *Thes. Teut.* III. p. 652. in voc. OT, eadem inveniatur scriptura, quum „LOCCENIO, inquit, *Lex. Iur. Sueo-G.* p. 198, 199. „ vox *odhe*, vel *ödhe*, Gotho - Saxonica audit, *posses-* „ *sionem vel proprietatem* significans. *Aod* et *ode* a voce, „ quam Stiernhelm refert, *AUD*, *essentia*, *substantia*, de- „ rivanda"; sic etiam nostrae linguae ea est communis et immutabilis regula, ut, quaecumque vocabula nobis longa syllaba et aspere sonante *öö* scribantur, ea omnia Latinâ et nostrae affinibus linguis per *au* pronuncientur scribanturque. Hinc Latin. *auris*, Belg. oor; *caulis*, kool;

pau-

pauper, poover; *pausa*, pooze; *thesaurus*, threſoor; *clau-ſtrum*, klooster. Sic in Moeſo-Gothic. *glaupjan*, Belg. *loopen*; *auge*, oog; *auk*, ook; *skauts*, ſchoot; *haubs*, hoog; *dauthus*, dood; et apud Germanos ſexcenta ſimilia; quorum catalogum exhibet L. TEN KATE D. I. bl. 291. — 312. Add. Belg. Libr. *Nieuwe Bijdragen van Taal en Digtkunde* D. I. bl. 331. ſqq. EXCVRS. II.

At contraria obtinet derivandi ratio in voce FEODVM, quae in *feudum* permutatur. Quemadmodum enim ſyllabae ſeu potius diphthongi EU, EO, IE, IU, variante dialecto, omnes permutantur in *Theodericus*, *Thiedericus*, *Theudericus*, *Thiudericus*, et *Thuidericus*: ſic etiam ſcribitur *feodum*, *fiedum*, *feudum*. Hoc de *fiedum* probandum est, et quidem in ſignificatione beneficii. Si verum enim est *EO* et *EU* dialecto variante mutari in *IE*; ſi olim *deonen* pro *dienen* (SCHILT. *Gloſſ. Teuton.* p. 207.) ſi *feor* pro *vier* (ib. p. 291. b.), ſi *leod* pro *lied* (p. 534), *neoman* pro *nieman* (p. 628) *feoc* pro *fiec*, (IVN. ad WILLERAM. *Cantic. Cantic.* p. 64.) olim valuere: hinc prona est analogia vocis *feodum*, *feudum*, et *fiedum*, *FIED*. Huius autem poſterioris ſatis clara ſunt veſtigia in ſententia eorum, qui opinantur, vocem *feodum* derivari a Latina voce *fidus*; quod argumento videtur, ita cenſentes olim pronunciaſſe vocem *feodum*, quaſi *fidum*, eodem modo ut *leodes* ſive *leudes* Germ. vel Belgis *lieden* (homines). Verum quorſum haec omnia? Habet omnino antiqua lingua Germanica vocem *fied*, *beneficii*

 no-

XXCVII.II. notione. Vid. annotationes ad Franco-Galliam IOH. HENR. OTTII in LEIBNIT. *Collect. Etymol.* T. I. p. 15. ubi ipsa vox FIET explicatur per *Feudum.* Non meum nunc est inquirere, utrum vox *Fiet* seu *Fied* ex Italia in Germaniam, adeoque ex Latino fonte ad nos venerit; an originem debeat Longobardorum *fe*, *fede*; an vero Anglosaxonum et hodiernorum Anglorum *fee*, i. e. remuneratio, stipendium, merces. Vid. SCHILTER. *Tom.* III. voc. *Fe.* p. 288. a. (o). Ad primum proclivior videtur annotator Leibnitianus, quando ad vocem *Fiet* sic commentatur: „ FIET, *feudum*, credo a fide, quia vox ex Italia in Germa- „ niam venit. Et ante seculum XII. feuda in Germania et „ apud omnes Francos *beneficia* appellabantur ". Et mox: „ Anglis FEE est remuneratio. Videndum, an in Anglo- „ saxonicis extet ante Normannorum irruptionem ". Equidem nihil definio. Sufficiat probasse *feudum*, *fiedum* et *feodum* eiusdem esse originis, eaque non nisi dialecto discrepare, adeoque in errore versari eos, qui *fe* et *ode* tamquam duas voces accipiunt.

Si quis haec considerat, facilem et planam habebit ad plures voces illustrandas viam. Excusabit etiam is BVCHELIVM ad BEKAM p. 7. (h), dicentem, ex *died* formari quidem *Diederic*, sed non *THEOdericus*; quum ait: „ DIET autem vetere lingua Teutonica *Plebs* vel *Vulgus* dicitur, „ unde *Diederic*, populi dives, quod idem cum *volcrijc*, „ et

(o) Et hoc fortasse idem ac *fio*, *fiu*, *feob* (hodie *fee* dixeris) Saxonibus pr-

„ et male *Theodericus* fcribitur. Excufabit in V. D. IVNIO ad *WILLERAMI Cantic.* p. 60., quod Anglofaxonum *leod*, nobis *liede*, a Graeco λεώς derivatum vellet. Docebitur idem, vocem *chiulae*, *cyulae*, *chyulae*, quae frequens occurrit apud *NENNIVM Histor. Britann.* c. 36. fq. et c. 28. p. m. 114. ed. Hafn. 1757. 8° *Interea venerunt tres CHIVLAE a Germania in exilio pulfae, in quibus erant Horst et Hengist, qui ipfi fratres erant*; et apud *GILDAM BADON. de Excid. Brit.* c. 23. p. 84. non aliam effe quam Belgicam *kiel*, carinam, et tropice navim fignificantem. Reperiet porro, nomen *LEOdium*, olim *LIUdicum*, Belg. *Luidik*, *Ludik*, et nunc *LUIK*, Gallice vero *Liege*, eiusdem effe originis. Ex *Leodicum* enim leodic, liedic, liudik, et tandem Belgice Luik; contra Liedic, *c* in *g* mutato, fecit Liedige, et tandem per crafin Gallice Liége: quae vero propiora quam quae LIPSIVS hac de voce habet in *Poliorcet.* I. *Dial.* 2. T. III. Opp. p. 469. fq. Hinc quoque *Theotiscus*, *Teudiscus*, *Thiatisc*, *Thuisco*, *Theut*, Belg. *Duitsch*; quaeque plura ex hoc fonte derivantur; ut funt *Teutoburg*, *Teotmallum*, *Teutomallum*. Hinc urbs *LEOvardia*, Belgice *Leeuwaarden*, fed apud indigenas *LIEwerden*, et olim in fcriptis *Lieuward*. Vti vero *Leo*, *lie*, *leeu*; fic olim *EO* apud SCHILTER. T. III. ex Notkero p. 266. (veterum *eeu*) pro *lege* acceptum; unde in Catechefi Theotisca, quam ECCARDVS edidit p. 63. *Ni letit*

EXCVRS. II.
LEODES, LEVDES, LITEN, *Belg.* LIEDEN.

CHIVLAE, *Belg.* KIELEN.

LEODIVM, LIEGE, LUIK.

THEOTISCVS, TVISCO, DEVTSCH.

pecora, *pecunia*, *bona*, in SCHILTER. l. l. p. 299.

XCVIII. *rit Got EOmannan in ubilo*, i. e. Deus non ducit quemquam in malum, pro nostrati IEMANT. Denique hinc *EOC* et *EOG* idem ac nostrum *IEG*, et eius compositum *EOgalicha* pro *iegelike*, apud SCHILTER. *Thes.* T. III. p. 265. Huc refer *Theole* pro *Thiel*, Gelriae oppidum, in Charta Probb. II. a. 889. pro quo alibi *Tiala*; *Neomagum* et *Niumaga*, hodie *Niemegen*; *Liora* pro *Liera* in Probb. Chart. a. 985. *Theotmarus*, *Dietmarus*, *Ditmarus*, et sexcenta similia.

Vti autem *eo*, *io*, *iu* variant pro *ie*; sic pro eodem usurpatur *uo*. Hinc *fluvius StrUOna* pro *Striena* in Charta Ottonis a. 966. MIR. Opp. Dipl. I. p. 654. Hinc *dilectus* Germ. olim *liab*, *lieb*, *liuben*, in SCHILTER. *Thes.* III p. 536. ubi multa passim, ad quae hactenus dicta applicari, et ex dialectorum varietate explicari, a quovis facili opera poterunt.



EX.

EXCVRSVS III.

DE ZVIDHOLLANDIA, OLIM SVB MEREWEDAE ET FLARDINGAE NOMINE COGNITA, A THEODERICO III. COMITE HOLLANDIAE TRAIECTINO ALIISQVE EPISCOPIS ABLATA.

A. 1018. D. IV. KAL. AVG.

Ad Chron. p. 43. not. 41). p. 44. not. 43). et p. 46.

Dudum quaesiverunt viri docti, quae fuerint primorum Comitum iura in Zuidhollandiae tractum? Vtrum haec illorum prima possessio? an exinde nomen *Hollandiae*? et similia. Verum intelligi haec accurate non potuerunt ex confusione, an dicam ignoratione, rei Feudalis, quae tunc temporis utramque paginam fecit. Distinguenda sunt, quae quis iure feudi, quae alodii, possederit; quae ab Imperatoribus Regibusque obtinuerit; quae armis sibi vindicarit. Habuerant primarii nostri Comites multa hoc tempore bona, sive Imperii feudalia, sive alodia, in *Westfrisia*, in *Kennemaria*, in hodierna *Hollandia* inter Harle-

XXCVRSVS III. mum et Roterodamum, olim inter *Rhenum et Zuidbardesbage*, inter *Lieram et Isalam*, in *Masaland*, aliisque nominibus dicta. At feculo decimo exeunte nondum dicti fuere *Hollandiae* Comites, nec dici potuerunt; quoniam ea regio, unde priva denominatio ortum traxit, anno demum 1018. ab ipsis vi armata occupata est, et *Episcopo Traiectino* aliisque *Episcopis* illum terrae tractum in commune possidentibus ablata. De hac occupatione nunc agam.

Quo vero distinctius omnis res gesta intelligatur, duae diversae pugnae, hoc anno inter *Episcopum* Traiectinum et *Theodericum* Comitem huius nominis III. pugnatae, distinguendae veniunt, quarum prior fuit ad *Bodegrave*, idque ob ditionem circumiacentem; altera *in sylva Merweda, in pago Fladirtinga*, ob eundem Pagum.

Probb. ad a. 10.8. N. I. Quod ad priorem: narrat ANONYMVS *de Bell. Campestr.* habuisse Episcopum Traiectin. COMITEM *quendam in vasallam*, THEODERICVM BAVONEM dictum, *circa oras Rheni beneficiatum*; quas *Rheni oras* BEKA p. 37. sq. HEDA p. 107. sq. JO. A LEID. L. IX. c. 8. propius definiunt, et circa *Bodegrave* fuisse monent. Sic enim HEDA diserte de hoc Bavone narrat, „eum circa oras Rheni, „*Comitatui, ubi nunc* Bodegrave ac Zwadammerdam „vici sunt, praefuisse, Episcopo fide beneficiali, quam „Vasallorum dicunt, obnoxium"; qua in re etiam consentiunt seriores. Vid. MATTH. not. ad *Bell. Campestr.* p. 221. Fuit *Bodegravensis ditio* tunc adhuc peculiaris *Comitatus*, *Feudumque* Episcopi Traiectini, unde hic

Ba-

Bavo Episcopi *vasallus* et *beneficiatus* appellatur. Hunc Bavonem vicinas THEODERICI *Com. Holl.* terras infestantem dominio et bonis eiecit *Theodericus* Comes *Hollandiae*; eumque quum armata manu reducere in bona conaretur Episcopus, cum multis Nobilibus tulit repulsam a *Theoderico*, qui victor exstitit, eandemque *Bodegravensem* ditionem, ingens sane terrae spatium, suo dominio adiecit. In re consentiunt JO. BEKA et W. HEDA l. l. quamquam illorum narratio partim confusa, partim falsa est, ut iam animadvertit BVCHEL ad BEK. p. 38.(e). Pugna haec inita fuit *die V. Idus Iulii* anni 1018. uti habetur in N° I. et in BEKA, in quo tamen per typothetas expressum est *iunii* pro *iulii*: nam ipse Beka definit *XIX dies* ante *d. IV. Cal. August.* in hoc cum ANONYMO consentiens. Hanc autem pugnam cum altera, quae sequitur, eandem habuisse caussam, post videbimus.

SECVNDVS III.

(Probb. h. a. N° I. not. 1.)

Altera pugna ea est, quae in *Merewedano* agro pugnata est, de qua vel penitus silent Nostrates, vel admodum ieiune, vel etiam perperam, scribunt; sed in qua enarranda habemus quos sequamur *Auctores* magni momenti, penitus coaevos, quique vel ipsi interfuerunt, vel rem ab aliis accuratissime cognoverunt, nempe ALPERTVM, qui scripsit ab anno 1005. ad a. 1019. DITMARVM MERSBVRG. qui ab a. 1012. usque ad a. 1021. Germaniae res persecutus est, BALDERICVM NOVIOMENSEM, qui desiit a. 1070. HERMANNVM CONTRACTVM, qui desiit a. 1054. *Chronicon Lobiense*, quod eodem seculo scriptum est. Vt mittam SI-

Pugna ad Merwedam.

EXCVRSVS III. GEBERT. GEMBLAC., ANSELMVM LEODIENSEM, alios; quorum ex testimoniis, quae in *Probatt.* ad h. a. exhibeo, rem gestam accurate explicare annitar.

Litigantes. I. Et primo quidem loco horum ductu consideremus *litigantes:* quorum ab hac parte fuit THEODERICVS. Is in BALDERICO N. VI. vocatur *Theodericus Arnulfi Gandensis filius, qui participium Marchiae Frisonum tenebat, qui Frisones pro morte patris, quem interfecerant, suspectos habebat.* Idem nomen ei tribuitur a BALDVINO NINOV. N° XVI. *In Frisia Theodericus Comes Flandrensis, fil. Arnulphi Gandavensis* cum suis *Frisonibus Morsatenis* i. e. ad paludes habitantibus. Nec non SIGEBERTO N° VIII., vocaturque ab ANSELMO N° X. *DOEDERICVS Comes Fresoniae,* qui *bellis et seditionibus Regnum exagitabat Galliae:* et ab eodem N° XI. *Arnulphi Comitis Gandavensis filius Theodoricus.* H. CORNER. N. XIII. *Theodericus Comes Gandensis.* DITMARO N° V. *Thiedricus IMPERATRICIS NOSTRAE nepos* (p) *cum suis Fresonibus, Iuvenis, et infaustus Antistitis* [Adelboldi Traiectini] *satelles;* cuius *Senior* Episcopus dicitur; unde manifestum, Theodericum nonnihil bonorum ab Episcopo Traiectino in feudum, seu, ut tunc loquebantur, in beneficium habuisse. Huic adiungitur frater *Sicco,* alias *Sigefridus,* ANONYM. N. I. Ab altera stabant parte cum copiis ADELBOLDVS *Episcopus Traiectensis,* cuius imprimis res agebatur, qui *Theoderici Senior,* i.

(p) Fuit nempe *Theodericus* filius *Luitgardis,* quae soror erat Imperatricis *Cunigundae* uxoris Imperatoris *Henrici,* de quo hic sermo. Rem et ge-

i. e. *Dominus feudalis*, vocatur a DITMARO Nº V. (Heribertus) Archiepiscopus Coloniensis; (Poppo) Episcopus Trevirensis, (Gerardus) Cameracensis, Baldricus Leodiensis, et aliquot Abbates. Porro *Reinerus*, *Comes*, ut credere licet, *Montensis*, CHRON. LOBIENS. Nº VII. *Iohannes Miles egregius*, forte Dominus de Arkel, *Iohannes* et *Godefridus* COMITES, multique alii, DITMAR. Nº V. ANONYM. III. et BEKA Nº II. Imprimis Godefridus *Dux Lotbariensis sive inferioris Belgicae* (hodie Brabantiae), cuius in ditione iacebat terra, de qua quaestio erat, et Episcopatus Traiectinus. Tandem *Henricus* ipse Imperator, avunculus *Thiederici Fresoniae Comitis*; a quo mandatis teste ALPERTO Nº IV. *acceptis ut Frisones* (scil. Theodericum cum suis) *adeant*, *immensam multitudinem cogunt ADELBOLDVS et Dux Godefridus*, vel ut, BALDERICVS NOVIOM. Nº VI. testatur, Imper. Henricus, *clamore excitatus ac maxime ADELBOLDI Episcopi monitione compulsus Duci Godefrido, et Episcopis Colon. Traiect. Leodiens. ut exercitum adunarent, edixit.* Vnde teste ANSELMO LEOD. Nº X. Dux Lotharingiae *suos scribens ad militiam, ne Episcopos quidem Galliae ab hac profectione excludebat*, sed *Episcopo Leodiensi, sicut caeteris Coëpiscopis suggerebat, ut communibus Reipublicae negotiis auxilium ferret.* Quod eo factum ab Episcopo Leodiensi est, ut regio mandato morem gereret; quamquam admodum imbecillis et invitus, atque eo effectu, ut eodem die eademque pugnae hora, d. 29. Iul. in ARCVLSVS III.

 vil-

genealogiam vide in Dissertat. Geneal. in ARNVLFO COMITE.

[illegible] III. villa *Herwardi*, vel fecundum alios *in Tiela* vita decesferit. Arg. BALDERIC. N° VI. cf. ANNAL. SAX. N. IX. et CHRONIC. LOBIENS. N. VII.

Causfa belli. II. Causfa belli varie traditur. In eo tamen omnes confentiunt, belli fuisfe *causfam* violentas *Theoderici* nostri *Comitis* actiones; *incentorem* vero belli *Adelboldum* Traiect. Epifcopum. Hinc *Theodericus* BALDERICO N. VI. vocatur „alienus invafor, qui facto quodam Municipio ipfam „terram [quae postea *Hollandia*, deinde *Zuidhollandia* dici coepit] „praefumpferat posfidere, et negotiatores inibi navigantes" [intellige ex ALPERTO N° IV. *Tielenfes*, *ex Anglia* ultro citroque commeantes] „gravisfimo cenfu „constringere". Idem Comes fecundum ANSELMVM N. X. „ea tempestate bellis et feditionibus regnum exagitabat „Galliae" (i. e. Lotharingiae inferioris), „et ob fui firmitatem loci vel difficultatem vel opum potentiam, quietem „perturbabat ferenitatis Imperatoris". DITMARO N° V. „vocatur Epifcopo (Adelboldo) prius in occifis Militibus „fuis nocens". Erat autem quaestio de quodam loco, quem Theodericus occuparat, qui fic defcribitur: BALDERICO N° VI. „Erat locus filvis ac paludibus inhabitabilis, ME„REWEDA, ubi Mofa et Wal fluvius de Rheno effluens „pariter corrivantur. Hunc in commune posfederant Epifcopi, *Adelboldus* Traiect. (cui *maior* omnium *portio*), *Colonienfis*, *Trevirenfis*, *et aliquot Abbates*. Huc *fecesferat* Theodericus; hic *Municipium* ftruxerat; hic *mercatores teloneo gravabat*. Teste vero DITMARO N. V. Adel-

delboldo erat „in quadam silva Mirrida [l. Merveda] magnum Praedium, quod sibi ex parte Theoderici iniuste „ ablatum esse, cuncti Comprovinciales (i. e. Lotharingiae Vassi et Episcopi) Caesari in Neumagun querun„ tur". Sed omnium accuratissime locum et caussam rei describit ALPERTVS N. IV, qui nunc *silvam*, saepius *insulam*, interdum *regionem*, et nominatim *FLARIDINGVN* appellat; et belli hanc caussam tradit: „Pars *FRISIORVM*, inquit, sedibus suis (a boreali Mosae parte) reli„ ctis, in silva Meriwido habitacula construentes conse„ derant, et adiunctis sibi praedonibus magna mercatori„ bus damna intulerant". *Praedones* vero [intelligi Theodericum Comitem cum suis Frisonibus, res ipsa manifestum satis reddit] „eis postea subiugatis, singulis ad modum u„ niuscuiusque culturae ad exstirpanda novalia terram di„ viserunt, eamque colere iusserunt, et sibi vectigales fe„ cerunt". Dicitur autem huc *secessisse*, teste BALDERICO N°. VI. „Theodericus Arnulfi Gandensis filius, qui „ participium Marchiae (q) Frisonum tenebat, quia Friso„ nes pro morte patris, quem interfecerant, suspectos ha„ bebat". Quibus ex testimoniis sequentia elicio: EXCURSUS III.

(1) Terra haec non alia fuit, quam quae adhuc nomen *Merewedae* servat, olim longius se extendens, secundum fluvium, cui etiamnunc nomen *Merewedae* adhaeret.

(2)

(q) Sic enim legendum pro *Monarchiae* coniecto; quod tamen quo se tueatur, etiam habet.

EXCVRSVS III.

(2) Haec terra hactenus fuerat alodium five peculiaris posfesfio Epifcopi Traiectenfis, in commune posfesfa cum Epifcopis Colonienfi, Trevirenfi, aliis: nifi imperii Feudum dicere malis ab Epifcopo habitum pro more istius aevi.

(3) Fuit *filva* five *forestum*; fuit *infula*; fuerunt *paludes*; *pifcationibus*, *venationibus*, *novalibus*que opportuna omnia! Vnde pro more huius et nostri etiam aevi ingens lucrum! Vbicumque enim hoc tempore *filvae* erant, caedebantur illae, *novalia exftirpabantur*, et excoli terra coepit; de quibus dicam *Disfert. Geogr.*

(4) Quum in *hac Silva Frifii relictis SVIS SEDIBVS habitacula* conftruant ac confideant; docet hoc, *Frifiorum* terram non usque ad hanc *filvam*, *regionem* feu *infulam*, pertigisfe, fed terminatam esfe per *Mofam* fluvium five Merwedam, tamquam *Frifiorum Marcam* feu limitem. Vnde *THEODERICVS* in BALDERIC. N°. VI. dicatur *Marchiam Frifonum tenuisfe*, fed nunc *huc fecesfisfe*. Hinc alibi, et feriusetiam, adhuc *Marchio Fladirgenfis* audit HERM. CONTR. N. XVII. Est autem *Marcha* vel *Marchia* limes, ubi finitur *Comitatus* vel *Comitis* alicuius iurisdictio.

(5) Hic *locus*, *filva*, *regio*, vel quocumque vocas nomine, commendatur, tamquam *Theoderico* novo domino benigna et favens a) ob firmitatem, b) ob difficultatem, c) ob opum potentiam.

a) FIRMITAS in eo fita erat, quod *Frifones in hac filva habitacula conftruxerant*, paullo post *domos* dictas ALPERTO N. IV. *His* autem Theodericus *fubiugatis*, et *divifa terra inter eos*

fibi

ſibi vectigalibus factis Munitiunculam hic *fecerat.* Vocatur EXCVRSVS III.
et *munitio*; immo et memorantur *oppidani*, eademque paullo post vocatur OPPIDVM, *unde laeti de victoria* (milites Theodericiani) *ſubito erumpunt*, et *per cadavera perequitant:* quin et ſermo est *de Caſtello*, in quod *Dux Godefridus captivus* perductus est, ibid. BALDERICVS N. VI. vocat *Municipium*, *quo* Theodericus *facto ipſam terram posſidere* ſtatuerat, et *negotiatores gravisſimo cenſu conſtringere.*

b) DIFFICVLTAS Theodericum adeundi ac vincendi non erat minor. *Erat locus*, teste BALDER. N°. VI. *ſilvis ac paludibus inhabitabilis*; ubi *municipium* ſive *oppidum*. Ex ALPERTO N. IV. *exſtirpabantur per totam inſulam novalia.* Erat etiam *inſula*, non niſi navibus adeunda N°. IV. „ Omnis campus fosſis praefosſus ad defendendum maiorem „ aestum maris, qui in plenilunio maior ſolebat fieri, vel ad impediendum iter hostium " N. IV.

c) OPVM POTENTIA quanta Theoderico, et quam formidoloſus iam tunc hostis fuerit, ex antedictis partim patet, partim cognoscas ex ingentibus contra eum copiis, ex turbata hinc ipſius Imperatoris quiete, et e rerum eventu.

Hunc locum, hanc regionem Theodericus ademerat Epiſcopo *Adelboldo* et communibus eius ſociis, ibique *ſe communiverat*, et *Friſones*, qui paullo ante ibi conſederant, ſubiugarat. Et quare? Omnes hanc exhibent rationem, quod illuc *ſeceſſerat*, quia Friſones, [intellige Westfriſones]

MXVIII. nes] „ob patrem Arnulfum interfectum, fuſpectos habebat", BALDERICO N. VI. Vnde duo colligimus, 1. Vrbis *Dordraci* originem, quae procul omni dubio hic innuitur, tamquam *Seceſſus* Theoderici, quae hinc exacte ſatis poteſt definiri intra annum 1003. quo caeſus eſt *Arnulfus* Comes, et a. 1018. 2. Non a vero abhorrere, quod ſeriores dictitant, Weſtfriſios inſtigatos eſſe ab *Epiſcopo* Traiectino creſcentis Comitum potentiae aemulo. Quando igitur Comes dicitur, apud ALPERTVM N. IV. *Friſones* in Merewedam commigrantes *ſibi ſubiugaſſe*; et ANSELMO N. XI. *mortem patris* ulturus „totam pene Friſiam igni, ferro, omnique nocen„di arte depopulatus; ad eumque debellandum Godefri„dus eſſe miſſus": porro quum *Bavo* Bodegravenſis ipſi moleſtias faceſſiverit, ANONYM. N. I. hinc credere par eſt, haec omnia artibus *Adelboldi* adſcribenda. *Friſones* enim, in *Mereweda* antea oppreſſi, erant *homines*, qui, in clientela *Epiſcopi* poſiti, has eius terras colebant, et a Comite ſuperati erant.

Haec de THEODERICO! Videamus cauſam a parte *Adelboldi* cum ſuis.

Degebat nempe Imperator *Henricus* huius anni Paſchate in regio palatio *Neomagi*. „Huic cuncti (Epiſcopi) „Comprovinciales in Neumagun conqueruntur, magnum „eius praedium ipſi abs Theoderico iniuſte ablatum eſ„ſe, DITMAR. N. V. Praeterea Tielenſes mercatores cre„bro Regem interpellabant, ut pro ſua gratia hos prae„dones" [quo nomine Theodericus cum ſuis indicatur,

vid.

vid. not. 1.) ad N. IV.] „ab his iniuriis defendant. Si id ARCVLSVS III.
„ non faciat, se causa negotiandi in Insulam nec posse
„ venire, nec cum Britannis commeare, nec vectigalia Re-
„ gi solvere". Culpam et querelas hasce *Adelboldo* tribuit
BALDERICVS N. VI. „Imperator, inquit, Henricus clamo-
„ re excitatus, ac maxime ALBALDI monitione compul-
„ sus, cui maior portio de ipsa communi possessione ce-
„ debat".

Effectus querelarum fuit, ut „Imperator vias mercato-
„ rum patefieri volens Adelbaldum Episcopum et Ducem
„ Godefridum ad se vocaret, datis mandatis, ut Frisios
„ [Theodericianos] adeant, eosque a sedibus iniuste occu-
„ patis propellant", ALPERTO N. IV. „Duci Godefrido sed
„ et Episcopis Coloniensi, Traiectensi, Leodiensi, ut exer-
„ citum adunarent, edixit", BALDER. N. VI. Quomodo
haec Regis iussa in comparandis militum copiis exsecutus
sit Dux GODEFRIDVS, pluribus enarrat ANSELMVS N. X.
Contra quidem nitebatur Comes *Theodericus*, qui Neoma-
gi in Imperii Comitiis praesens, „seniorem suum [Adelbol-
„ dum] iussum haec loca incendere, a mandatis talibus com-
„ pescere conabatur", ut narrat DITMARVS N. V. Quod
quum Comes obtinere non posset, „licentiam abeun-
„ di petit, et id prohibiturum se esse promittit", i. e. mi-
natur.

Hinc statim hostilium armorum praeparatio! Nec o-
misit tam pulcram occasionem Adelboldus, remque strenue
ursit. Videtur autem iam antea initium fecisse a parte ter-

 restri.

EXCVRSVS III. reſtri. Et hinc ratio apparet, cur THEODERICVS BAVO in Bodegravenſi agro *ſe contradictorium exhibuerit Theoderico*, qui Bavonem oppresſerat, ANONYM. N. I. Quem Bavonem quum *posſeſſionibus ſuis reſtituere* Epiſcopus ſtuderet, pugnatum erat *d.* V. *Idus Iulii* a. 1018. vid. ANONYM. N. I. et III. et BEKA N. II. donec tandem fatalis illa pugna d. 29. Iul. in *Flaridingun* pugnata finem omni molimini Epiſcopi impoſuit. *Bavonis* partes Epiſcopum etiam hoc in bello egisſe, docet ANONYMVS N°. III. quum „ſecundum, inquit, bellum „ propter vindictam praedictorum armigerorum et prin- „ cipum occiſorum traxit originem; quod tamen occulto „ Dei iudicio magis obfuit quam profuit ".

Locus. III. Locus, ubi pugna fuit inita, his modis deſcribitur. „ In inſula quadam fit conventus collecti exercitus", DITMAR. N. V. „ Vtraeque acies apud Flandebergem confli- „ xerunt" in AEGID. AVR. VALL. N. X. vocatur hinc *praelium Flardargenſe* in ANSELMO N. X. locus ipſe, *Friſiorum regio* FLARIDINGVN, ALPERTO N°. IV. *apud Flardenges* GEST. LEOD. N. XV. In genere a reliquis ſcriptoribus dicitur res contigisſe *in Friſia*, vel *in Friſonia*; quod quomodo intelligi debeat, vid. not. *a*.) ad N. IV. Probb.

Tempus. IV. Tempus exacte definitur *IV. Kal. Aug.* a. 1018. ſive d. 29. Iul. *die XIX.* post priorem pugnam. ANONYM. N°. III. Die *IV. Kal. Aug. ipſo die eademque hora*, qua belli ſocius Baldricus Epiſc. Leod. obiit, ANSELMO N. X. et GEST. LEOD. N. XV. et quidem *III. feria* ſeu die Martis, DITMAR. N. V. ubi tamen vitioſe III. Kal. Aug. pro

pro IIII. ſcribitur. Incidit enim hoc anno dies 29. Iul. in diem Martis. EXCVRSVS III.

V. Exitus praelii Adelboldo Epiſcopo, Godefrido Duci et omnibus horum auxiliis ac copiis fuit funestus. Per ſtrategema quorumdam conclamantium *fugite fugite*, omnes in fugam tumultuariam ſunt coniecti. „Plus quam „ tres legiones fuere interfectorum", DITMAR. N. V. „Milites Leodienſes et Cameracenſes paene omnes oppetierunt, et in proximis tribus Provinciis nulla fuit domus, „ ubi ſaltem non deesſet unus habitator". Multi *Nobiles* Traiectenſes, ac *Comites* caeſi, BEKA, et ANONYMVS N. II, III. Immo tanta dicitur exſtitisſe clades, quanta *post Caroli M. tempora his regionibus* non acciderit, ibid. Ipſe Adelboldus Epiſcopus *vix in navicula effugit* N°. V. Quin „vulneratus et vix vivus ereptus, ac captivus, in castellum „ abductus est Dux Lotharingiae *GODEFRIDVS*", harum regionum Dominus, ALPERT. DITMAR. BALDERIC. N. IV–VI. nec, niſi ſequente demum anno, ex captivitate dimisſus, ANSELM. N. XI. BROVWER. N. XIV. cum not. (*d*). ad N. IV. postquam ad eum liberandum misſus fuit *Wolbodo* Epiſc. Leodienſis, qui, propterea quod antea Traiectinae Eccleſiae Diaconus fuerat „his in regionibus notus erat et „ carus", ANSELM. N. XI. idque iusſu Imperatoris HENRICI, REINERO teste N. XII. *Exitus.*

Fructus victoriae *Theoderico* fuere ingentes. Nam 1°. non ante dimiſit *Ducem*, quam apud Imperatorem rerum actarum impunitatem impetravit. Docet SIGEB. N. VIII. ad

F 3

EXCVRSVS III. ad a. 1019. „Ducem Godefridum impetrata Frisonibus to„tius iniustitiae impunitate a captivitate solutum esse". *Obsecraverant* nimirum *Fresones* i. e. Comes cum suis, teste ALPERTO N. IV. „ut Dux apud Imperatorem et Episcopum Adelbaldum pro eis interveniat". Wolbodo vero, teste ANSELMO N. XI. „Praedonibus veniam ab Imperato„re obtinuit, ac Ducem sanum recepit". Nam Theodericus Comes, teste BALDER. N. VI. „timens tantae ma„gnitudinis virum in captione tenere, suae temeritati con„suluit; eumque ut sibi *IMPERATORIS* gratiam emerceretur „abire concessit"; et REINER. N°. XII. „Wolbodo sua ef„fecit industria, ut et captivitate Dux solveretur, et illata Du„ci et Regno iniuria Fresonibus ab Imperatore donaretur".

2°. Eiusdem „Ducis auxilio Adelboldus cum Thiedrico „hoste est reconciliatus; quamquam haec reconciliatio „non venit ex Episcopi voluntate, sed ex summa ne„cessitate", teste DITMARO N. V.

3°. Theodericus, victor, ab hoc inde tempore suo Fresoniae Comitatui duo haec Dominia, utpote armis occupata et Episcopo ademta, adiecit; ditionem nempe *Bodegravensem* Bavoni ereptam, et *terram de Merewedam* sive ditionem hodie *Zuidhollandiam* dictam. Docet hoc res ipsa. Docet locus DITMARI N. V. de *invito* Adelboldo; porro rerum deinde actarum contemplatio; imprimis vero hoc do-

(r) *Vnroch* nihil aliud esse videtur quam hodiernum *Henrik*.

(s) Sic emendavi integrum *Hedae* locum ex *libro MS. Donationum Imperia-*

docet insigne illud Regis Henrici IV. monumentum a. 1064, sive Charta in W. HEDA p. 129. qua is „Ecclesiae Traiectinae reddit restituitque loca, quae a *THEODERICO* [III.] COMITE eiusque filiis [Florentio I. et Theoder. IV.] „ iniuste *ablata* fuerant Ecclesiae Traiectensi, inde a tempore HENRICI II. et ADELBOLDI Episcopi, pro „ quibus et idem Imperator HENRICVS, et avus noster „ Conradus et pater noster P. M. Henricus plurimum laboraverunt, et multa bella fecerunt". Quae verba hinc ingentem adipiscuntur lucem. In his bonis nominatim exprimuntur, 1° *COMITATVS omnis in HOLLAND cum omnibus ad bannum regalem pertinentibus.* 2. *Beneficium* [i.e. Feudum] *quod Comes Vnrocb* (r) *ab Episcopo ADELBOLDO tenuit, ab eo loco qui dicitur Sigeldritb usque in Rinesmutbon; inde sursum ab occidentali parte Reni usque in BODENGRAVEN, post Vnrocb Godezo, post Godezonem THEODRICVS BAVE filius, quem THEODRICVS COMES expulit, et vi S. MARTINO abstulit* (f). Quibus ex verbis simul videmus, quam extensi fuerint limites huius Comitatus, unde *Bavo* vel *Bavae filius* eiectus *Theodericum III* possessorem ac Dominum reliquit. Sed ad rem redeo. Ex quo Theodericus *Merewedae* tractus secundum fluvium cognominem *possessor* evasit, hinc seq. tempore lares illuc ex *Frisia* transtulit, et originem dedit novo *Comitatui*, qui ab hoc inde seculo *Holtlandensium* audire coepit. Certe hunc terrae tra-

EXCVRSVS III.

Hollandiae origo.

tialium in prima fundatione Eccles. mai. Traiect. (f) LP quocum consentit HEDA *MS.* Vterque vocem *possedit* recte, opinor, omittit.

EXCVRSVS III. tractum *primaevam* effecisse huius nominis *Hollandiam*; nemo hodie dubitat. Viderunt hoc iam A. MATTHAEVS, BVCHELIVS, alii. Quod ut probetur, haec duo sufficiant. Distinguuntur in *Libro Camerae, Ecclesiae Traiect. antiquissimo MS.* apud MATTH. *Anal.* T. III. p. 43. et not. *ad* ANON. TRAI. p. 210.

Decanus in Rynlant.
Decanus in Scalden.
Decanus in Zuytbevelant.
Decanus de Kennemare.
Decanus de Betue.
Decanus de Westlinglant.
Decanus de HOLLANT.
Decanus de Goye.
Decanus de Amstelle etc.

Manifesto argumento, *Holland* ab his omnibus separatum tenuisse locum, qui qualis sit, docet vetusta Charta *Godebaldi* Episcopi a. 1126. in HEDA p. 155. et MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* T. I. p. 87. *Ego Godebaldus — Ecclesiam mei iuris in* HOLLANT, *quae vocatur Tiezelineskerka* —. Quae non alia est quam ecclesia magnae Insulae *Dordracensis.* Nomen hoc *Holland* seculo demum XI. in coaetaneis scriptoribus occurrit, ita ut non modo *Hollandiensis*, sed et *Holtlandensis* scriptum inveniatur. Non aliter *Theodericus*
Probb. V. in Charta autographa a. 1083. se vocat: *Holdlanden-*

sium

ſium Comes. Et AVCTOR coaevus Vitae *B. Caroli Boni* EXCVRSVS III.
ad d. 2. Mart. in ACTIS SS. p. 204. vocat Florentii I. viduam *Gertrudem COMITISSAM HOLDLANDENSIVM.* Testatur etiam CORN. AVRELIVS apud V. LEEVWEN *Bat. ill.* p. 42. ſe varia legisſe Diplomata ſub Meinardo Abbate Egm., ubi *Holtland* ſcribebatur; eademque dicit MARTINVS DORPIVS. Vid. H. V. R. KERKL OUDH. Voorber. D. I. bl. IV. et V.

Quemadmodum igitur ante devictam hanc regionem et paullo etiam ſerius Comites, *a Friſia* ab altera parte Moſae et Rheni ſita, ſe *Friſiae* vel *Friſoniae Comites* dixerunt; unde AVCTOR *Vitae Meinwerci* THEODERICVM *III.* adhuc ſub titulo *Comitis FRESONIAE inter Imperii Principes* produxit ad a. 1024, 1028, 1029. p. 557. p. 559. ſic postea *hi Comitatus* coniunctim poni coeperunt; unde in *Chronic. Egmond.* ad a. 1063. *Robertus Gertrudem Comitis Florentii viduam ſibi in matrimonium ſocians, ſic Comitatum HOLLANDIAE et FRISIAE acquiſiviſſe* dicitur; idemque *Robertus* Comes *Friſonis* adhuc nomine inſignitus est. Postquam vero generale hoc *Friſiae* nomen in multa diſtincta nomina disſolutum est: (uti ſupra iam occurrunt *Westlinge*, i. e. Westfriſia, *Kennemare*, *Rijnlant*, *Moſaland*, *Scieland*, et in ſupradicta Charta a. 1064. pagus *inter Lek et Iſalam*) ſic deinde iterum in unum corpus coaluere, mutatoque *Friſiae* nomine novum illud *Hollandiae* nomen latius patuit; quin immo ad diſtinctionem *Zuidhollandiae* dici tunc *Noordhollandia* coepit omnis ille tractus, qui ab amne *Iſala* cis *Roterodamum* usque ad *Har-*

EXCVRSVS III.

lemum extenditur, reservato *Frisiae* tantum nomine in hodierna *Westfrisia*; et adscito *Kennemariae* nomine usque ad *Harlem.* Credibile autem est, Theodericum Comitem ab hoc tempore sese magis magisque in hac terrae parte munivisse; contra vero fratrem suun *Sicconem* Boreali terrae praefecisse. Certe *Sicco* seu *Sifridus* in vetustis Annalibus occurrit tamquam *PRAESES KENNEMARIAE*: id quod hinc derivandum puto.

HOLLANDIAE *Etymon.*

Vnde vero nomen *Holland* sive *Holtland*, non adeo expeditum est. Si tamen revera primitus dictum fuit *Holtland*; ut etiam fatetur HEDA p. 59. nec negat MATTH. *de Nobil.* L. I. c. 12. et not. ad *Bell. Camp.* p. 220. res facilis erit explicatu. Nimirum habetur in antiquissimo bonorum Ecclesiarum Traiect. Catalogo seculi IX. (t) in HEDA p. 65. pagus quidam vel vicus, qui *Holtland* vocatur, in quo iam tunc Episcopi IV. *terrae mansos* possidebant. Rapidissime his temporibus Episcopi suas terrarum possessiones variis modis extendebant. In Merewedae tractu hoc a. 1018. ingens illis iam erat possessio, communis tamen cum aliis Episcopis, Leodiensi, Coloniensi, etc. Non erat autem ex more huius aevi, ut Comites munitis in urbibus sive oppidis, quae necdum exstabant, habitarent; sed Castel-

(t) Edidit hunc Catalogum MIERIS *Charterboek der Grav. van Holland*, I. D. bl. 17. ad. a 866. Longe tamen emendatius Ill. Baro DE SCHWARTZENBERG Charterb. van Vriesl. I. D. h. a. Habetur in *MS. Cod. donationum Imperial.* fol. XV. inter Chartam Traditionis *Wicberti* filii Wideking-

tella fuia in agris haberent. Vnde CHRON. EGMVND. adhuc a. 1132. p. 78. in Kennemaria *antiquorum Comitum domos* combustas memorat. Si igitur *Theodericus* III. post occupatam primaevam Hollandiam, illic devicti Epifcopi Castellum vel invenerit, vel novum ftruxerit; hinc procul dubio pagus ille HOLTLAND, ubi fitum fuerit Castellum, incolis maxime frequentari coeperit, et fic a *Castri fui* vel etiam *vici* feu *pagi* (u) nomine cognomen toti Regioni dari coeptum, ficuti *Gelriae, Clivis, Iuliaco, Brabantiae*, obfervante W. HEDA l. l. Fuit profecto haec regio teste BALDERICO N. VI. *locus SILVIS atque nemoribus fere inhabitabilis.* Quid igitur magis confentaneum, quam opinari, antiquitus vicum hac in regione exftitisfe, qui quod undecumque *arboribus* ac *filvis* erat confitus, hinc *Holtland* dicebatur: quemadmodum in eadem Henrici Charta a. 1064. iungitur HOLTREKA *cum Thuredrecht*, [hodie *Dordrecht*] *et Werkenemunde*: quam vocem *Holtreka*, *Holtrek*, hodie pronunciares *bout-rak* vel *boutrek*, five *locus arboribus confitus*. Seculo XI. medio nomen hoc *Holland* infigniori fua notione occurrit. Exftitit enim *Epitaphium Traiecti* in honore Epifcopi *Bernulfi*, in Ecclefia S. Petri, quod olim iuvenem adhuc fe legisfe testatur MATTH. EXCVRSVS III.

 in

kindi Magni a. 834. quae edita est in *Batav. Sacr.* p. 104. et inter Praeceptum Regis *Zuentiboldi* fub Egilboldo, quod apud HEDAM est p. 70.

(u) Cave ne *pagi* vocem trito fenfu accipias. *Pagus* t. t. fignificabat latum quoddam territorium, ac faepe aequivocum *Comitatus* nomen est.

EXCVRSVS III. in not. *ad Bell. Campestr.* p. 223. ubi haec inter alia habentur:

> *Vicenus* BERNOLD *pastor successit Adelbold:*
> *Annis septenis bene rexit bis quoque denis.*
> *HOLLAND Militiam iunxit ad Ecclesiam.*

Quorum verborum videtur sententia, *Bernulfum* Ecclesiae Trai. Episcopum *Militiam Holland*, i. e. *Milites Hollandiae* sive Equestris ordinis Vasallos sibi amicos conciliasse, adeoque cum *Hollandiae Comite* pacem coluisse, etsi fuerat successor *Adelboldi*, Hollandis non immerito infesti. Quae explicatio maxime congruit historicae veritati. Nam ANON. *Bell. Campestr.* p. 213. *Post obitum Adalboldi Pontificis Bernoldus vir egregius Trai. successit Episcopio, qui cum Hollandensibus pacem habuit.* cf. BEK. et HEDA p. 118. qui ita loquitur; „Primum pacem pepegit „ cum Comite Hollandiae et Principibus vicinis, quum ante„ ea internecino odio inter se flagrarent". Quum autem et stilus Epitaphii, et rei natura suadeat, esse dicatum eius memoriae Monumentum ipso obitus tempore, qui annus fuit 1054., hinc tuto statuas, nomen *Holland* iam tunc pro *Comitatu* invaluisse. Quae omnium huius nominis antiquissima est mentio ex actis authenticis desumta, quantum equidem scio. Sequitur et altera a. 1064. in Charta Regis supra laudata; tertia vero mentio habetur in Charta a. 1083. ubi *Theodericus Comes Holdlandens.* Sed de his alibi fusius. Ex

Ex hactenus autem disputatis multa emendari poterunt EXCVRSVS III.
in narratione, quam de huius anni 1018 gestis fecere BVCHELIVS, MATTHAEVS, VAN LOON, WAGENAAR, optimi alioqui scriptores; ut de antiquioribus nunc taceam. *Flardingam* vero sive *Fladirtingam* regionem, non aliam esse, quam quae hodie *Zuidhollandiae* nomine venit, in qua urbs *Dordrechtum*, evincam in *Dissertat. Geograph.* Nunc tantummodo duo testimonia inter se considera, quae dedi N°. IV. *c*). cum nota N°. XIX. subiecta. Diu autem Comites nostri ab hac *Fladirtinga* denominati fuere. Vnde HERM CONTRACT. N°. XVII. ad a. 1047. vocatur *Theodericus de Phladirtinga Marchio*, et a. 1046. *Theod. Marchio, qui Pagum quemdam, Phladirtingam, sibi usurpasse* dicitur. Si vero cum disputatis conferas, quae nuperrime hac de re scripsit Illustr. Editor AEMIL. STOKII *Chron. Rhythmic. Belg.* D. I. bl. 106, 107. patebit, quam multa hinc corrigi possint. Profecto STOKIVS ex *Chronico Egmundano* sapuit; at scriptoris verba cum aliis non intellexit, ut monui in notis ad CHRONICON p. 43. Meliora scripsit Doct. MATTH. *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 43. et 69. in multis tamen in viam facile reducendus.

EXCVRSVS IV.

VINDICIAE CHRONICI HOLLANDIAE EGMOND. ET AEMILII STOKII RHYTHMOGRAPHI,

SVPER WALACRIAE INFEODATIONE AB IMPERATORE HENRICO.

Ad Chronicon a. 1057. p. 48.

Noster Auctor ita ad a. 1057. p. 48. *Balduinus Comes Flandrensis ab Imperatore Valentianas et* WALACRIAM *in beneficium suscepit.* Disertum hoc testimonium non modo oculis usurpavit Versificator noster Chronicographus, STOKIVS, sed aliunde etiam plures circumstantias, satis in vulgus cognitas, adiecit B. I. vs. 1073. sqq.

Tien tiden was in Vlaendren mede
Een Grave van groter moghenthede/
Die Boudene van Risele hiet.
Want/ als ment bescreven siet/
Hi mahede Risele de stede/
Ende Kanesie oec mede/
Daer hi noch in begraben leghet.
Deze Boudin/ alsmen ons seghet/

Die

EXCURSUS IIII.

Die wort Keiser Heinrics MAN, (v)
Om dat hi van hem ghewan
WALCHREN entie vier Ambochten/
Ende over Zeelt tlant dat hi sochte.
Dit ghesciede in ons Heren iaer
Dusent ende zeven ende vijstich dats waer.

Quorum sententia huc redit. „His temporibus exstitit „ Balduinus Insulanus Comes Flandriae, vir magnae au„ctoritatis, qui urbem Insulas, in eaque Canonicatum „ condidit, postea illic sepultus. Homo feudalis Impera„toris Henrici narratur evasisse, iccirco quod a. 1057. ab „ Imperatore in Beneficium sive feudum accepit WALA„CRIAM et quatuor Ambactas cum terra transcaldana. Hoc testimonium pluribus falsitatis arguit illustr. editor STOKII bl. 586—589., idque imprimis de *Insula Walcheren* negat. „Melis, inquit, is ook Meerhout [i. e. *Chronicon* „ *Egmondanum*] hierin gevolgt, dat hij deeze gifte zegt ge„daan te zijn door Keizer Henrik aan Boudewijn van Rijs„sel in 't Jaar 1057. Alles mis" i. e. „AEMILIVS STOKIVS „ etiam in his Scriptorem Chronici Holl. Egmondani se„cutus est, quod hanc donationem factam esse dicit *Bal„duino Insulano* ab Imperatore *Heinrico* a. 1057. Omnia „ falsa"! Probationes, quae ad hoc effatum stabiliendum adduxit Vir clarissimus, hae sunt. „ Dees Kei- *Stokius vindicatur.*

„ zer,

(v) i. e. homo feudalis, vassallus. Vid. STOKE B. III v. 1028.
Wandt hi was Man / ende wart [illegible]
Van gerechte [illegible]

IXCURSUS IIII. „ zer, inquit, zou dan geweest zijn Henrik IV., die den 10. „ November 1050. geboren, en zijn' Vader opgevolgd is „ den 5. October 1056. noch geen volle zes jaaren oud ". i. e. „ si haec donata tunc fuit, donator esse debuerit im„ per. Henricus IV. qui d. 10. Nov. a. 1050. natus patri „ successit d. 5. Oct. 1056. nondum sex natus annos". Equidem non satis capio vim argumenti. Si hoc sibi vult vir clar., Imperatorem Henricum IV. propterea quod 1056. *sex annos* modo natus fuit, dare non potuisse a. 1057. *Feudum Imperii*, non valebit argumentum. Quasi vero minorennitas Regum et Imperatorum non permitteret, ut Beneficia concederentur, neve Regni negotia eius nomine administrarentur. Solus SCHATENIVS in *Annal. Paderb.* qui nunc mihi ad manus est, intra ann. 1056 — 1062. tres Chartas exhibet, per quas hic Imperator *Henricus* vel vetera confirmat, vel nova bona tradit, anno nempe 1056. *Kal. Aug.*, 1058. *Octobr.* immo a. 1050. *in ipsa Traiectina* urbe, adiecto *Signo Domni Henrici IV. Regis*, *anno Regni Domni Henrici IIII. tertio.* Add. a. 1062. *Mens. Mart.* Necnon a. 1064. *mense Maio*, quo tempore Imperator Keisersweerdae „ interventu et consilio fidelium suorum Annonis Coloniensis, „ Sigefridi Moguntini, Eberhardi Trevirensis, et Adalberti „ Bremensis ac Burchardi Halberstad. Episcopi aliorum„ que Possessiones [NB] a *Comitibus Hollandiae* ablatas Ec„ clesiae Traiectensi reddidit", ut duas huius rei Chartas exhibet W. HEDA in *Episc. Trai.* p. 129. sqq. Cunctane igitur haec falsa, quia minorennis Henricus Rex? Rectius cum

cum SCHATENIO l. l. ad a. 1064. p. 560. vir doctus dixisset, „Episcopi uti Regem circumducebant, ita omnem „ penes illos administrandi Regni potestatem fuisse ". Notum autem est, Regni et Regis tutelam tunc gessisse matrem Agnetem Imperatricem (x). Et tamen hoc argumenti genere vir clar. non modo hic, sed alibi etiam de *Charta* Comiti Holl. a. 985. concessa usus est. EXCVRSVS IIII.

Secundum viri D. argumentum hoc est: „Het verhaal „ van Meerhout [Chronici Egmond.] wordt gevonden bij „ SIGEBERTVS; doch vijftig jaaren vroeger, namelijk op 't „ jaar 1007. daar wij meer lezen dan SIGEBERTVS geschreven heeft, i. e. huius Chronici Egmondani narratio invenitur apud SIGEBERT. GEMBL.; sed 50. annis ante, „ nempe a. 1007. ubi plura exstant quam scripsit Sigebertus ". En! tamen ipsius diserta verba ed. Miraei. „Coloniae generali conventu habito, BALDVINVS [Comes Flandrensis] „ et GODEFRIDVS [Dux Brabantiae] mediante Victore Papa „ ad gratiam Regis et pacem reducuntur, et omnes bellorum motus sedantur ". Quomodo vero pax et belli motus sedari, ac reconciliatio institui potuit, nisi ex more huius aevi per novam aliquam *infeudationem* vel feudi recognitionem; quam nobis hunc in modum descripsit PIERRE D'OVDEGHERST, *Chroniq. de Flandr.* cap. XL. p. 78. „En

(x) Vid. ad Chronicon p. 48. not. 57.) Cf. STRVV. *Hist. Germ.* in Henrico IV. §. 2. not. 11.) p. 358.

EXCVRSVS IIII. „ son lieu [inquit de Henrico III.] fust esleu, faict et créé „ Empereur Henry le quart son fils: deuant le couronnement duquel fust en l'an mil cinquante sept, tenu en la „ ville de Coulongne un concil general, pour appaiser les „ differents des Princes de l'Empire, auquel assistá en presence nostre sainct pere le Pape Victor, par l'intercession duquel les dicts BAUDOUYN Conte de Flandre, „ et Godefroy Duc de Brabant furent receus en grace du „ nouuel Empereur. Au moyen de quoy cessérent toutes guerres et hostilitez, et se fit une bonne et desirée „ paix: par laquelle ledict Empereur, donná, cedá et „ transportá (1) tout le droict qu'il pouuoit pretendre en „ la ville et Conté de Tournay a Baudouyn de Mons ——. „ (2) Le Conte BAUDOUYN le Debonnaire retint par icelle paix toute LA TERRE qu'est située entre L'ESCAULT „ et LA TENRE, [i. e. Comitatum Alostanum], ensemble „ le Chastel de Gand avec tout le païs, qui gist entre „ L'ESCAULT ET LE HONTE, depuis la fosse appellée Otinghe iusques deuant Anuers, joindant LES YSLES DE „ ZELANDE, que l'Empereur Henry le second [post a. „ 1007.] auoit donné a Baudouyn le Debonnaire fit audict Empereur Henry le quart au jour de son couronnement hommage en sa ville de Coulongne, audict an „ 1057." Quidquid hic scriptor *de Balduino Montensi* habet, habet etiam ALBERICVS *Chronic.* ad a. 1057. p. 94. „ Balduinus iunior Marchisius Nerviorum Comitatum Im-

„ pe-

„ periali munificentia et authoritate Apostolica ſuscepit". EXCVRSVS IIII.
Eademque SIGEBERTVS MS. Lipſ. in Ed. Miraei. Quae vero de ceteris terris, imprimis de *Walacria* ceterisque *Zelandiae Inſulis* Balduino Inſulano a. 1057. datis, cum CHRONICO EGMVNDANO ad h. a. ſcriptores narrant, confirmantur aliunde. Quae quo clarius intelligantur, haec tenete. Exarſerat ineunte hoc ſeculo bellum inter Henricum Imper. et Balduinum Barbatum Comit. Flandriae ob urbem Valentianas in confiniis Lotharingiae ſive Imperii Germanici et Flandriae ſitas; eamque Balduinus Arnulfo Valentiano Comiti, Henrici Imp. Vaſallo, ademerat. Henricus Imp. hanc vindicaturus a. 1006. cum *Roberto* Rege Franciae et *Richardo* Duce Normanniae iunctis viribus contra tendunt; ſed quum fruſtra hoc esſet, ſequenti a. 1007. Imperator redit, et inexſpectato *Gandavum* Caſtrum (ab Ottone Rege ſtructum, ſed Arnulfo Magno Comiti Flandr. posſidendum traditum) occupat, multos Flandrenſium primores capit; unde *Comes Flandriae* territus legatos ad Imper. mittit; factaque eſt reconciliatio, ea lege, ut Comes reddat *Valentianas.* Quod poſtquam factum, Imperator, *rebellione* aut *ſuaſione* ſuorum impulſus, BALDVINVM *hominem* ſuum *feudalem* fecit, eique in feudum conceſſit *Valentianas*; et *poſtea* etiam ei addidit WALACRAS. Haec vera rerum geſtarum facies eſt, quam praeter P. D'OUDEGHERST, *Chroniq. de Flandre*, c. 35. p. 68. ſqq. et c. 36. et reliquos Flandrenſes omnes coaevi ſcriptores et Annales teſtantur,

 quos

EXCURSUS IIII. quos inter prae reliquis eminet DITMAR. MERSBURG. (y); qui anno 1021. desiit, et res suo tempore gestas hoc modo refert: „Balduinum, inquit, Ducem iuventus et rerum „ affluentia ac mala iniquorum inflatio adversus Regem ar„ mavit, et Valentinam urbem possidere, potestatique „ suimet subdere, suasit. Quod Rex ubi primum compe„ rit, ipse cum suis militaribus accedens, eripere eandem „ assidua pugnatione tentavit, et nil proficiens abiit, expe„ ditionem suam in proxima aestate super BALDVINVM fie„ ri Orientalibus et Occidentalibus firmiter indicens. Ad„ venit optatum tempus, exercitus grandis colligitur et a „ Rege cum eodem ad Scellam (i. e. Schaldin) fluvium „ pervenitur. Ibi se Balduinus armato milite praesentans, „ transitum regi prohibere frustratoria spe nititur, sed pru„ denti consilio quorumdam nostri navibus alio latenter „ transvecti, eiusdem nimiam praesumptionem ex impro„ viso irruentes confundunt. Fugiente eo, Rex in Christo „ victore laetatur, flumen transgreditur, vicinitatemque „ contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quae „ GENT dicitur, veniret, a confratribus illius Ecclesiae „ susceptus, loco eidem et bonis appertinentibus cunctis „ pepercit. Tandem Balduinus magna necessitate coactus „ humili supplicatione veniam impetrat, et non longe post „ per manus Regis miles effectus WALEKORN et VA-
LEN-

(y) In LEIBNIT. *Script. Rer. Brunsvic.* T. I. p. 383. Quis autem DITMARVS fuerit, et quantae fidei scriptor in rebus, quae suam attigerunt aetatem, vide LEIBNITII Praefat. ad T. I. not. XXIX.

„ LENCINAM praenominatam urbem in beneficium adi- EXCVRSVS IIII.
„ piscitur ".

Cum hoc autem coaevo scriptore conferatur accuratissimi SIGEBERTI testimonium, et dicat quis, num plura illic occurrant, ut vult vir doctus, quam scripserit SIGEBERTVS. Sic ille ad a. 1006. et 1007. „Castrum Valentianas, si-
„ tum in Marcha Franciae et Lotharingiae, quod Baldui-
„ nus Comes Flandrensium invaserat, Imp. Heinricus obsi-
„ det, concurrentibus ad auxilium eius Rotberto Rege
„ Francorum, et Richardo Comite Northmannorum. A. 1007.
„ Heinricus Imp. quia de obsidione Valentianensi inefficax
„ redierat, contra Balduinum profectus, — — unde Bal-
„ duinus perterritus Imperatori satisfacit, Valentianas red-
„ dit — —. Postea Imperator seditione suorum coactus,
„ Valentianas Balduino beneficiavit, ut sibi contra motus
„ suorum auxilio esset. POSTEA EI ETIAM VVALA-
„ CHRAS ADDIDIT". Addantur his testimonia in Probb. N. IV, VI, VII, VIII, IX. imprimis quae ad vindicandum locum SIGEBERTI N. III. ex admonitione viri humanissimi ac rever. I. N. PAQVOT, Historiographi regii, qui *Sigeberti* exemplar Gemblaci pro me contulit, plura in *notis* adscripsi; ubi docebimur, Codicem Gemblacensem totidem literis ea verba habere; et quo minus de hac genuina SIGEBERTI *Gembl.* lectione, quam tantopere impugnat et infringere conatur V. ill. dubitetur: vidi in Bibliotheca PP. Iesuitarum Antverpiana elegantem SIGEBERTI Chronici Codicem MS. membranaceum in folio, scriptum

Probb. a. 1057.

EXCURSUS IIII. iam ante a. 1239. ut ex eius fine satis patet, ubi diserte etiam lectio τοῦ *WALACHRAS* occurrit.

Si igitur solo *Ditmari* testimonio et depravata eius scriptura *Walekorn* seu *Walekern* pro *Walkeren* (Lat. *Walacra*, et Belg. *Walchren*), stari oporteret: haberet fortasse Vir D., quo se tueretur, et ex vitioso loco peti posse argumentum inficiaretur. Sed coaevi DITMARI narratio tot alia secum habet testimonia, ut qui dubitare hic de lectione *Walecren*, seu ut hodie pronunciamus, *Walcern*, *Walchren*, velit, de sole in meridie etiam dubitet, necesse sit. Antiquitus varie haec vox scribebatur *Valachra*, *Walacra*, *Walachria* et similia. ALBERICVS *triumfont.* N. VI. scribit *Valachras*; BALDER. *Chron. Camer.* N. IV. *Walcras*; BALDVIN. NINOV. N. VIII. *Walachriam.* Ipsum Gemblacense SIGEBERTI exemplar diserte scribit: *Postea ei etiam* WALACHRAS *addidit.* IPERIVS N. VII. *Valkara*, per quam vocem nihil aliud innui quam *Zeelandiae* partem, alibi idem disertis verbis docet. Quae omnia quum negare sustineat Vir doctus, hinc fusius haec probabo in not. ad SIGEB. et IPERII loca N. III. et VII. Haec igitur *Walacriae* infeudatio ab Henrico Rege Comiti Flandriae facta agnoscitur non modo ab omnibus Flandriae scriptoribus, sed qui rerum nostrarum scriptor negare id hactenus ex professo sustinuerit, novi neminem (z).

Hoc unum dubium excitari posse videtur, utrum per simplicem *Walacriae* denominationem sola Walacriae insula, an integra Zeelandiae pars, quae *occiden-*

(z) VOSS. *Ann. Holl.* L. I. p. 28. f.

dentalis dicitur, innuatur. Oritur autem mihi suspicio, posteriorem sententiam priori esse praeferendam. Et hoc est, quod MASCOVIVS Comment. *de reb. Imper.* L. IV. p. 126. not. dicit: *Scriptores Rerum Belgicarum omnes Selandiae insulas* (nempe Occidentales) *datas tum Balduino intelligunt.* Rationes autem, cur huic sententiae accedam, hae sunt. 1°. Quia multis in locis, ubi de hac Infeudatione sermo est, non simpliciter *Walacram*, sed plur. *Walacras* vel *Walcras* invenimus dictas; unde credibile, sub hoc nomine reliquas insulas *Beveland*, *Borsele*, etc. fuisse comprehensas. 2° Erat fluvius *Scbaldis* his temporibus discriminator Imperii Rom. Germanici sive Regni Lothariensis, et Comitatus Flandriae. Vid. OL. VRED. *Com. Sigill.* p. 81. et 34. *Prodrom.* II. p. 485. sq. et de hoc tempore *Geneal. Com. Flandr.* §. 4. in MARTENE *Thesaur. Anecd.* T. III. p. 381. „ Scaldus fluvius a fonte suo usque AD MARE discernit „ Regnum Lothariense a Comitatu Flandriae, qui est de „ regno Franciae". Non alius autem Scaldus fluvius tunc intellectus fuit, quam qui pone Zuidbevelandiam iuxta Zierikzeam in mare illabitur. Omnes autem hae insulae intra hunc Scaldin erant sitae. Quare admodum verosimile est, Regem Germ., quo finis tandem fieret turbis ob confinia *Flandriae* et *Lotharingiae* ortis, *Balduino* has terras in feudum concessisse; imprimis postquam *fossae Ottonianae* ad distinguendos terminos olim ductae vis cessarat, quia Comites Flandriae, accepto Castello *Gandavensi* et quatuor *Ambactarum* praedio, nunc hos Ottonianos terminos

EXCVRSVS IIII.

Walacrae pro V. insulis.

EXCVRSVS IIII. nos neglectim habuerant. 3º Est hoc generale asſertum ſcriptorum Belgicorum, imprimis Flandrorum, quorum narratio non de nihilo, et quos ex affectu omnes ita ſcripſiſſe, haud veriſimile. Audi P. D. OVDEGHERST *Chron. de Flandr.* c. 36. p. 72. vſº „ l'Empereur non „ ſeulement luy accordá la paix et amitié qu'il demandoit, „ mais auſſy — conſtituá ledict Baudouyn, a l'adueu et par „ aduis des Princes de l'Empire, ſon homme feodal, luy „ rendant ladicte ville de Valenciènes, et outre ce luy don„ nant LES YSLES de WALCHERE, NOORTBEVER„ LANT, BORSSELE et autres de Zelande". Idem porro in fine huius capitis p. 73. vſº adiicit, Comitem Flandrum Gandavi haerentem postea bellum geſſiſſe cum *Comite Hollandiae*, qui ius ſuum in has inſulas Zeelandiae perſequebatur, ſed a Balduino inde eiectum eſſe. cf. MEIER. *Ann. Flandr.* a. 1045. Quod tamen quale ius fuerit, ignoratur, niſi quatenus *terra de Waas cum 4. Ambactis* Comitum Hollandiae ditio fuerit, qui interea temporis terris ampliandis intenti has forte inſulas ſibi occuparunt, a Rege iterum nunc deſtituti, inſtigante forte *Adelboldo* Epiſcopo Traiectino, intimo Regis Henrici amico, ſed *Theoderici* III. Com. Holl. hoste iurato. *Adelboldum* enim in his rebus cum *Balduino* gestis Regi adfuiſſe, ac copiis praefuiſſe, conſtat ex ALPERTO coaevo in Probatt. N.II. His 4º adiunge ea quae postea gesta ſunt. Flandri enim ex hac donatione ſemper ius has in inſulas vel habuerunt, vel praetenderunt, et ob id per tria ſecula cum Hollandis litigarunt, donec

donec tandem sec. XIII. vel potius ineunte sec. XIV. finis contentioni factus est, et hae insulae Holl. Comitibus cesserunt, relictis Flandro, quae ab altero Scaldis alveo, hodie *occidentali* dicto, sita erant. Quod si vel summum omnes hae Insulae sub Henrico II. datae non sunt, certe ex communi omnium scriptorum tum nostratum tum exterorum consensu datae sint necesse est a. 1057. Qua in re quoniam consentientem habeo V. Ampl. HUYDECOPER, saltem his non directe, quod sciam, refragantem, nec qui praeterea neget reperitur, ampliore probatione opus non videtur. Attamen ut nonnihil lucis historiae addam; videamus, quid postea contigerit. MXCVIXCVIIII.

Mortuo a. 1036. *Balduino* Barbato successit filius *Balduinus Insulanus* sive Pius, pater Roberti Fresonis. Hic a. 1046. bellum habuit cum Imperatore Henrico III. Belli occasio fuit affinitas inter *Balduinum* et *Godefridum* Ducem Brabantiae, qui ob negatum Paventis Ducatum Mosellanum internecino adversus Imperatorem *Henricum* flagrabat odio. Paucis rem memorat SIGEB. GEMBLAC. a. 1047. *Instinctu Godefridi Comes Flandrensium Balduinus contra Imperatorem rebellat.* cf. a. 1045. (a). Pluribus hoc Scriptores Flandrenses. Durabant turbae usque ad a. 1049. intra quod tempus *Balduinus* Gandavum Castellum, quod Imperator tenebat, occupavit, eique praeposuit *Lambertum* perpetuum Castellanum, urbemque bonis et incolis am-

(a) Adde loca apud VAN LOON *Al. Hist. van Holl.* II. D. bl. 299.

EXCVRSVS IIII.

ampliavit, narrante P. D'OVDEGHERST *Chron. de Flandr.* c. 39. p. 76. vs. Tandem intercedente Leone Papa IX. pax inter Imperat. et Ducem Brabantiae facta est; sed quum huius pacis consors esse nollet Balduinus, hunc Imperator a. 1049. armis ad pacem adegit, iis tamen conditionibus „ut reddantur ab Imperatore captivi; ut BALDVI„NVS fiat eius homo Vasallus, datis illi in feudum terris, „Comitatu Alostano, IV. *Ambactis*, *insulis* Walachria, „Noort - et Zuidbevelandia, Borsele, et quidquid iacet „inter Hedinzee et Scaldin". Vid. D'OVDEGHERST l. l. c. 39. f. p. 78. Verum a. 1051. novum erupit bellum; Comes Flandriae Hannoniam, quae iuris erat Caesariani, invadit, Richildin viduam Hannon dat uxorem Balduino filio suo, idque *Imperatore non consulto*, ut loquitur IPERIVS Probb. N. VII. quas nuptias Henricus III. indigne ferens, copias congregat, ad fluvium Scaldin penetrat, et omnia depopulatur. Paulo post a. 1053. Balduinus ob antecedentia infestus prior bellum parat, Ducem Lotharingiae in partes trahit, exercitum trifariam dividit; potissimas copias sibi retinet, alteram partem *Balduino* filio, tertiam *Roberto* attribuit; quid plura? Moritur a. 1056. Imper. Henricus, cuius filius Henricus Rex factus postquam vires suas expertus est, interventu Papae Victoris in Conventu Coloniensi *Godefridus* Dux et *Balduinus* Comes Flandr. Regi conciliati sunt, teste SIGEB. ad a. 1057. Quae vero Pacis conditiones fuerint, docet insignis ille locus IOH. IPERII *Chron. S. Bertin.* c. 37. p. 577. in MARTE-

NE

NE *Anecd.* T. III., qui omnem hac de re litem dirimit, EXCVRSVS IIII.
propterea quod idem hic scriptor alteram Caesaris donationem post a. 1007. factam non reticuit. Postquam bellum Imperatoris cum Balduino, et posterioris victoriam enarrasset, sic tandem concludit, „Comes ipsum per Flan-
„ driam insequens usque Neomagum, Palatium Imperato-
„ ris combussit, et sic in Flandriam rediit. Postmodum
„ in Tornaco per Henricum Francorum Regem pax facta
„ est inter eos, sicque Comiti Flandriae remanerent per-
„ petuo et hereditarie pars illa Brabantiae, quam ipse
„ Balduinus Comes conquisierat ultra Teneram fluvium,
„ et Comitatus Alostensis cum terra Quatuor officiorum.
„ Insuper in ZELANDIA QVINQVE INSVLAS Imperator ei
„ superaddidit, cum conditione, quod eas ab Imperatore te-
„ neret". Quod supra *Coloniae*, hic vero *Tornaci* factum dicitur, id ita intelligendum, ut pacis conditiones ordinaverit Rex Francorum Tornaci, Imperator vero Coloniae approbaverit, ibidemque Balduinum ad Homagium receperit. Huc redit etiam J. MEIER. *Ann. Flandr.* a. 1057.
„ In synodo Agrippinensi Victor Pontif. Rom. et HENRI-
„ CVS Francorum rex pacis authores fuisse dicuntur, quae
„ Balduino principi Godefredoque Arduennensi a Caesare
„ Henrico data est. Ea pace terram omnem inter flumina
„ Scaldem et Teneram, Quinque Insulas Zelandicas, Cas-
„ trum Gandense cum quatuor Officiis Balduinus retinuit.
„ Filius autem eius Balduinus Montensis accepit ab eodem

I 2 „ Au-

EXCVRSVS IIII.

„ Augusto Tornacum cum toto eius agro, quod postea „ a Flandris defecit (b)". Cui testimonio congruunt etiam quae ex Nostratibus habet JO. A LEIDIS (c). Quid igitur mirum, quod STOKIVS Rhythmographus Noster eadem scribat; eademque in re consentientes habeat ex recentioribus PONTAN. *Hist. Gelr.* L. V. p. 84. immo ipsum WAGENAR. *Histor. Patr.* D. II. bl. 175. ingenue id confitentem; et quidni consentiant? quandoquidem in EXCVRSV VII. ad a. 1071. manifesto patebit, *Balduinum* Com. Flandr. revera has insulas feudi iure possessas filio suo *Roberto*, Fresoni, contracto cum *Gertrude* Hollandica matrimonio, in dotem dedisse; unde equidem ius in has Insulas ab Hollandis postulatum derivare quam a Foresti *Wasdae* possessione malim. Ab hoc demum tempore, ab anno nempe 1071. repetenda quoque controversia super Zeelandia Occidentali inter Flandros Hollandosque. Sed de his pluribus et accuratius dicam in EXCVRSV VII.

Concludo, perperam ab Ill. STOKII editore in dubium vocata;

(b) Cf. BVZELIN. *Annal. Gallo-Flandr.* a. 1057. p. 169.

(c) CHRON. BELG. XI. c. 5. *Balduinus de Ryssele, Com. Flandr. invasit Comitatum Bogionensem videl. Audernaerden et Aelst cum suis districtibus in praeiudicium Henrici Romanorum Imper. Et filius eius iunior* ROBERTVS FRISO, — *invadendo vicit Walachriam* (1). *Quapropter Imp. Henricus — intravit Flandriam —. Tandem cum Imperator Flandrensibus maiora damna inferret, praefatus Robertus Friso, disposita tota Walachria in pace, — Imperator fugit Novima-*

(1) Hoc factum ad a. 1053. refert MEIER. ann. Flandr. *Balduinus — adversus Caesarem administrat bellum — Zelandiae autem insulas ab Caesarianis atque Hollandis occupatas Robertus recuperat.* Vid. EXCVRS. VII.

cari ea omnia, quae cum nostrates, tum Flandri, tum XXCVIIVI IIII.
peregrini extra partes positi, tam confidenter adstruunt, et satis testata faciunt.

magum. Insequentesque Flamingi obsederunt eum in eodem opido. Tandem per interlocutoria verba multorum Principum facta est pax tali conditione videl., quod Comes coram Imperatore flexis genibus veniam peteret, et insuper possideret in feudum ab Imper. et Imperio terram de Aelst cum omnibus pertinentiis ad eundem Comitatum; contulitque etiam sibi Imperator ex libertate animi sui terram de vier Ambochten et Walachriam terramque ultra Schaldam perpetuis temporibus sibi et suis successoribus in feudum.

* * *

E X C V R S V S V.

DE REBVS GESTIS ROBERTI FRESONIS, MARITI GERTRVDIS COMITISSAE HOLLANDIAE, AC TVTORIS LIBERORVM GERTRVDIS, IMPRIMIS IN HOLLANDIA.

Ad Chronicon a. 1063. p. 50, 53, 54, 55. not. c.) 69. a.

Quo melius res Roberti cognomento Fresonis, qui Hollandiae aliquamdiu ut maritus *Gertrudis* ac tutor filiorum praefuit, intelligamus, triplex Roberti aera est distinguenda. 1. Ante *Gertrudem* Florentii Comitis viduam uxorem ductam. 2. Ducta uxore Gertrude dum *tutor* fuit Hollandiae. 3. Postquam occupante regionem Episcopo Traiectino cum Duce Lotharingiae, expulsus ex Hollandia cum uxore et liberis, Comes Flandriae factus est.

Prima Roberti Epocha. I. De *Roberti* nobili ac regia stirpe dicemus in *Dissertat. Critico - Genealog.* N. II. Fuit natu minor filius *Balduini* V. Comitis Flandriae, et frater Balduini VI. Vid. CHRON. ad a. 1063. p. 51. Ex more autem Flandriae filius

filius natu maximus bona Comitatus paterna solus obtinebat, reliquis cum dote dimissis, vel fortunam alibi quaerere iussis. Haec *Roberti* nostri occasione pluribus nobis narrat LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1071. p. 182. Ed. Vet, cuius de Roberto narratio huc fere redit. „ Robertus iunior Balduini filius alio fortunam quaerere destinans patre consentiente assumtis secum copiis naves conscendit, in Galiciam tendit; sed ad ignota quaedam litora applicans praedas inde agit, ac paullo post fugere coactus maxima suorum parte caesa ad patrem redit: a quo ob res male gestas contumeliose receptus, iterum abiit, sed rebus naufragio amissis, plebeio habitu Hierosolymam pergit; evocatus vero Constantinopolin prohibetur ab Imperatore Graeco. Quod quum iterum infeliciter cederet, mentem ab expeditionibus avocat, et *in Fresiam, quae confinis est Flandriae* (cui Theodericus quondam comes, et post hunc Florentius frater eius imperaverat, irruptionem facit. Bis commisso praelio fugatur. Tandem incolae eius pertinacia victi se ultro ei dedunt. His frater Balduinus patre Balduino mortuo auditis fratrem Robertum inde propulsare nititur; sed infelici exitu; nam Balduinus in pugna (d) caeditur; quo audito nuncio Robertus in Flan- SECTIO V.

driam

(d) Non fuit pugna ob Frisiam, sed ob Flandriam; nec caesus in ea Balduinus, sed Balduini filius Arnulfus, Roberti patruelis; vel respicit ad longe anteriora. Vid. not. b.)

EXCVRSVS. V. driam tendit, ut fraternae poſſeſſionis haeres Comes Flandriae crearetur.

In his multa quidem ineſſe, quae Flandris ſcriptoribus ſunt incognita, nonnulla confuſa, nonnulla etiam falſa, non nego. Omnia tamen falſa habere atque abſurda, et a nugaciſſimo ſcriptore profecta, aſſentiri Viro Ill. Huydecopero non poſſum; ſiquidem *Lambertum* illum, etſi ſcriptor ſit exoticus, atque in iis habendus, qui rerum noſtrarum mediocriter ſint periti; quique adeo ex auditu multa hauriendo varia confuderit; fuiſſe tamen nugaciſſimum nulliusque fidei ſcriptorem, longe aliter Hiſtoriae mediae periti cenſuerunt et docuerunt (e). Nos ea, quae veri ſpeciem habent, quaeque aliunde comprobantur, carptim recenſebimus. Et quidem primo ſatis liquet, Robertum, poſtquam alibi fortaſſe fortunam per mare fruſtra tentaſſet, *in Freſiam, qua Flandriae est contermina, diſceſſiſſe*, ibique cum incolis certamen habuiſſe. Et hic quidem eius in Hollandiam, ſive Friſiam, ſeceſſus contigiſſe videtur, antequam *Florentius* Comes a. 1061. obiret. Sic certe WILH. ABBAT. ANDERN. *Synops. Franco - Merov. L. III.* c. 4. (f). Robertus, qui „iuraverat ſe nunquam patre vi„vente abſque eius iuſſu in Flandriam intraturum, et „etiam poſt mortem eius nihil reclamaturum", in *FRI„SIAM* diſceſſit, et apud Comitem *FLORENTIVM* man-

(e) Optime haec monentem vid. Vir. Doct. P. PAVLVM Diſſert. inaug. *de Origine progreſſu et ſolutione nexus Feudalis Flandriam inter et Zeelandiam*, Lugd. Bat. 1775. 8º p. 12. Confer dicta ad *Chron.* p. 56. ſq.

„ manſit". Et ORDERICVS VITAL. *Hist. Eccl.* L. IV. p. 526. EXCVRSVS V. ad a. 1071. „ *ROBERTVS* – iam dudum patrem of- „ fenderat, a quo repulſus et eiectus ad FLORENTIVM „ Ducem Freſonum patris ſui hostem ſ.cesſerat" (g). Vbi quum fortasſe degeret, evenit, ut a. 1061. obiret Comes *Florentius*; quam occaſionem arripuisſe videtur, ut, ſi non totam, ſaltem ingentem occuparet *Friſiae* partem, qua *Flandriae* vicina est: cogita Zuidhollandiam, ſed imprimis etiam *Vornam* et *Zeelandiam Orientalem*; quae posterior Comitum Hollandiae iam tunc procul dubio erat posſesſio. Reliqua enim pars, *Zeelandia* nempe *Occidentalis*, qua ad *Scaldin* fluvium et Inſulam terminatur, Flandrorum tunc adhuc erat dominium, ut ſatis docet ſupra JO. A LEIDIS. Niſi ſi ipſam *Zeelandiam Occidentalem*, feudi iure a Comite Hollandiae posſesſam et ab Hollandis praereptam, hic intellectam credas. Saltem hunc Terrae tractum exploratum ſatis habebat Robertus. Is enim vivo adhuc patre pro eo has terras a. 1057. vindicaverat; teste JO. A LEID. *Chron. Belg.* XI. c. 5. quem locum dedi p. 68. c). Immo iam maturius, ſi fidem habemus MEIERO *Ann. Flandr.* a. 1053. (et BVZELINO *Ann. Galloflandr.* eod. a.) et quidni habeamus? *Zelandiae inſulas ab Caeſarianis atque Hollandis occupatas Robertus recuperat.* Immo quum Robertus in *Friſiam* ſupra narretur discesſisſe, est fere quod credam, per

(f) Apud VAN LOON *Aloud. Histor.* II. bl. 313. (1).

(g) Vtroque loco uſus est WAGEN. *Vad. Hist.* II, bl. 176.

EXCVRSVS V. per *Frisiam, qua Flandriae*, teste LAMBERTO, *est contermina*, solam intelligi posse *Zeelandiam* Occiduam. Postea vero eius pater ex pacto cum Imperatore a. 1057. has *Zeelandiae Insulas* sibi iterum vindicaverat; id autem aegre tulisse Robertus, et hinc illas recuperare nisus fuisse videtur. Huc certe refero verba LAMB. SCHAFNAB. p. 183, l. 8 *Ab oppugnatione exterarum gentium animum avocavit, atque in* FRISIAM, *qua confinis est* FLANDRIAE *(cui Theodericus quondam Comes, et post hunc* FLORENTIVS *frater eius* IMPERAVERAT*) irruptionem fecit. Bis ibi commisso praelio victus ac fugatus est. Tandem incolae loci multis certaminibus exhausti, cum animum eius vel ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt. Quod ubi frater eius Balduuinus comperit (iam enim pater* (h) *eius — naturae concesserat), armata multitudine bis eum sedibus proturbare* cett. Contigit igitur hoc intra a. 1061.—1063. quo anno *Gertrudem* Florentii viduam duxit, et a Parente terras Zeelandicas in dotem accepit: cuius tamen cum *Gertrude* nuptias vel penitus ignoravit LAMBERTVS, vel sub phrasi: *ultro se istius terrae incolae dederunt*, comprehendit.

Quidquid autem hoc est, id certum, et omnium scriptorum unanimi testimonio stabilitum, Robertum haud invito Pa-

(h) De mortuo Patre manifesto falsum, et de suo id adiecit Scriptor. Nam haec res contigit ante nuptam Gertrudem a. 1063: quippe tunc ultro pater eius has terras ei in dotem dedit. At Pater obiit a. 1067.

Patre a. 1063. *Gertrudem Hollandiae Comitissam* duxisse. EXCURSUS V.
Sic ALBERIC. a. 1060. *Robertus Friso Gertrudem Frisonum Comitissam duxit in uxorem, relictam vidl. Comitis Florentii,* — et a. 1072. *Robertus vero patre superstite Comitissam Frisiae uxorem nactus Frisonis nomen accepit.* GALBERTUS in *Vit. Caroli boni* in ACT. S. S. 2. Mart. §. 109. sec. XII. scriptor: *Robertus duxit Gertrudem Comitissam Holdlandensem uxorem.* Circumstantias adiungit MEIER. ad a. 1063, quae quia partim hausit ex J. IPERII *Chron. S. Bertini* c. 38. p. 580. hinc ex isto dabo: *Flandriae Comes Balduinus* [Insulanus] *duos habuit filios, Balduinum atque* ROBERTUM, *qui fortis erat et rigidus. Pater ergo timens ne iunior* scil. *Robertus seniori vel heredibus eius aliquam molestiam inferret,* [expertus id iam fuerat parens!] *ipsum Robertum in Aldenarda coram cunctis suae terrae Proceribus solemniter abiurare fecit, quod fratri Balduino — ullam umquam molestiam inferret de Flandriae Comitatu, data propter hoc eidem Roberto magna pecuniae summa, et nobilissimam sibi coniugem matrimonio copulavit* GERTRUDEM, *sed viduam Florentii, Frisiae et Hollandiae Comitis, filiam Saxoniae Ducis, cum qua aliquanto tempore* [usque ad a. 1071.] *in* FRISIA *in* DOTE SUA *mansit; unde postea Robertus Friso dictus est.* Eadem *Narrat. Restaur. Abb. S^ti^ Martini Tor-*

1067. Contigit tamen post a. 1061. mortuo Florentio Com., satis docet vox *imperaverat.* Nisi scriptor pugnam cum Richilde et Arnulfo confundat. Vid. not. d.)

EXCVRSVS V. *nac.* Cap. 12. et pluribus hunc Conventum Aldenardensem descripsit noster M. STOKE B. I. vs. 1131.—1162. qui etiam vs. 1139. et 1168. monet *Gertrudem* ope parentis *Balduini* in manus ipsi convenisse. Addit MEIER l. l. *assignatas tunc ei* in dotem *a patre fuisse pro sua haereditaria portione quinque insulas Zelandicas, Walacriam, Scaldiam, Zuutbeveram, Nortbeveram, Borseliam, Comitatum ad haec Alostanum cum terra IV. Officiorum ac grandi summa pecuniae.* Assignata haec ei esse, nullum est dubium (i). Vtrum vero a parente, an postea, mortuo a. 1067. patre, a fratre Balduino, dubitari posse videtur, 1° quia IPERIVS tantum *de ingenti pecunia* a patre data loquitur, nisi sub *pecuniae* nomine etiam *terras* intelligas, cuiusmodi aequivocum est nostrum Vernaculum *veel goed.* 2° Quia auctor Roberto fere coaevus discordiam cum fratre sopitam memorat. GALBERT. in *Vit. Car. Boni* §. 110. *Accersito* [Balduinus] *fratre suo Consule Aquatico Brudgis Curiam suam convocavit.* Item: *praecipio fratri meo* ROBERTO *Comiti Aquarum, ut fidem et securitatem iuret filiis meis post mortem meam*; et §. 111. *Audierat namque Robertus Comes Holdlandensis.* Sed imprimis 3° quia ita hanc rem gestam ipse nostras JO. A LEID. narrat L. XIII. c. 2. *Qui cum redisset* [nempe inita post ductam Gertrudem in ter-

(i) Nec dubitat etiam WAGEN. VIII. c. 14. p. 299. in partes advocat. *Vad. Hist.* II. bl. 177. qui GVILLELM. GEMMET. *Hist. Norm.* L.

(k) Nota! quod sub his vocibus hoc aevo comprehendi videtur Zeelan-

terras exteras expeditione] *intravit primo Flandriam, et* EXCVRSVS V.
visitavit fratrem suum Baldewinum Pium de Monte fratrem suum Comitem Flandriae. Hic Baldewinus frater Roberti fuit Comes Flandriae, Hannoniae, Bogronensis, de Ghyesen, Galisia, WALACHRIA *et* VIER AMBOCHTEN (k) *et de Arien. Attendens ergo idem Baldewinus probitatem et strenuitatem Roberti Frisonis, fratris sui, Tutoris Hollandiae, contulit eidem, revertenti de terra sancta Comitatum Bogronensem, id est Aelst, Audenaerden, cum suis districtibus et* WALLACHRIAM. *De quibus cum Robertus* (l) *fratri suo gratias retulisset, rediit ad Hollandiam.* Huc quodammodo spectat LAMBERTI SCHAFNAB. mentio de praelio cum fratre commisso, qui in eo tamen errare videtur, quod fratrem Balduinum in hoc praelio occubuisse, narrat, qui a. 1070. XVI. Kal. Aug. ex morbo decessit. Quidquid autem hoc est, Flandri Scriptores omnes matrimonium Roberti et donum Insularum Zeelandiae et IV. Ambactarum ad Balduinum patrem a. 1063. referunt (m). Res tamen facile conciliari potest, si statuamus, Robertum ducta Gertrude Frisica a patre suo dotis nomine has terras accepisse, *Zeelandiam* nempe, *Wasiam*, et *Alostum*; post obitum vero patris Balduinum fratrem, cui Flandria debebatur, hanc parentis sui donationem iterum confirmasse. Prius diserte

 tes-

landia Occidentalis, et terra etiam de Waas; sicut sub *Bogronensi* ditio Alostana.

doocet et contextus et MS. Cod.

(l) Sic legendum pro *Roberto*, h. a. p. 171.

(m) Cf. BVZELIN. *Ann. Galloflandr.*

EXCVRSVS V.

testantur scriptores. Posterius implicite nonnulli insinuant, et rerum fraternarum conditio credere iubet. Est haec igitur illa LAMBERTI SCHAFNAB. *Frisia*, *Flandriae contermina*, quatenus Zeelandia Occidentalis a Roberto Fresone iure Feudi tenebatur, dum interim Hollandiae tamquam Comes seu Tutor praeerat. Nec male hinc observasse videntur Hagiographi, in not. ad GALBERT. *Vit. Car. B.* p. 206. d), quod Robertus Friso sit dictus *Comes Aquaticus* vel *Aquarum Comes*, „quia obtinebat insulas Zelandiae cum „vicina hodiernae Flandriae parte, quam quatuor Amba„ctarum adpellant, loca undequaque inter aquas sita". Notum enim est, per *loca maritima* his temporibus *Zeelandiae* Insulas plerumque significari (n), immo per *Frisones Aquaticos*, quos BALDERIC. *Chronic. Camerac.* L. III. c. 22. p. 298. memorat *in vico quodam Traiectensis dioecesis*, tempore Adelboldi Episcopi, qui familiariter limitaneo Episcopo Cameracensi utebatur, non alios quam *Zeelandos* intelligi, ex narratis admodum clarum est.

Secunda Roberti Epocha.

II. Atque haec de prima ROBERTI Epocha. Videamus quid gestum sit inde ab initis a. 1063. nuptiis, donec a. 1070.

(n) Vid. CHRON. not. 31. p. 186.

(o) HERMANNVS CONTRACT. WAGENARIO l. l. bl. 177. et LOONIO citatus hac de re nihil habet, ut iam monuit V. D. P. PAVLVS dissert. laud. p. 12 (1). Sed pro eo substitui debebit *Hermannus Cornerus*, qui eadem habet.

(p) Sic omnes fere huius aevi scriptores, quando accurate loqui volunt, rem explicant. AVCTOR *Belli Camp. Holl.* p. 213. „Defuncto Florentio

1070. mortuo fratre Balduino, filiorum eius tutelam fibi vindicavit, ac postea ipfe Flandriae Comes creatus est. Narrat Noster ad a. 1063. p. 52. Robertum, ducta Gertrude Comitisfa, Florentii Com. Holl. vidua, *fic Comitatum Hollandiae et Frefiae acquifivisfe.* De nuptiis fatis dixi ad *Chron.* p. 50 – 53. Quid autem ex mente fcriptoris t. t. differant *Hollandia et Frefia*, et quomodo diftingui ea tunc coeperint, quae hactenus generali *Frifiae* nomine venerant, indicavi in not. *Chron.* 63.) p. 50, 51. cf. EXCVRS. VI. Ad rem magis refert, videre, utrum Robertus revera *Hollandiae Comes* fuerit, an *Tutorio* tantum *nomine* venerit? Quod ut discernas, primo proferam testimonia fcriptorum, dein paucis docebo, quid moris ac iuris circa hanc rem tunc temp. fuerit. Vocatur fupra ab exteris, *COMES aquarum*, *Conful Aquaticus*, *Comes Holdlandenfis*, et §. III. in GALBERTO, *Comes Holdlandiae*. Noster ait, eum *Hollandiae et Frifiae COMITATVM acquifivisfe* (o). Alii tamen conftanter eum *Tutorem* vocant. Nimirum haec ex more huius aevi intelligi debent; fi enim proprie loqui velis, non *acquifivit* hos *Comitatus* Robertus, fed tantum *Gertrudis et liberorum nomine Tutor* fuit (p). Dicendum igitur est, EXCVRSVS V.

vel

„ tio Hollandienfi Comite VI. Gertrudis eius relicta duos habens „ pufillos masculini fexus orphanos, et unam filiam, quae confequenter Regina Franciae effecta „ est, nupfit Roberto Comiti Flandriae, qui *TVTELAM MATRIS* „ *PVERORVM* et *COMITATVS* Hollandiae pro tempore confecutus „ est ". Et p. 214. „ Wilhelmus Epifc. — videns, tuitionem puerorum in EXTRANEO PRINCIPE con-

„ fi-

EXCVRSVS V. vel titulum *Comitis* generatim accipi pro *principe*, ut saepe fit; vel respicere ad possessiones, quas in Zeelandia tenebat. Satis enim ex antecedentibus colligere est, et in *Excurs. VII.* fusius indagabitur, Robertum a Flandris t. t. in beneficium obtinuisse *Quatuor Officia et Insulas Zeelandicas*, unde *Comes Aquarum* vel *Aquaticus* in vetustis scriptis audit. Huius autem extranei Principis regimine abusus est *Wilhelmus* Episc., quemadmodum etiam Regis Henrici adolescentia et tutela, et obtinuit, ut sibi regio dono darentur hi *Principatus* et *Comitatus*, ac Principibus Hollandiae extorquerentur; ut factum quidem est per insignes illas Chartas *Regis* HENRICI, datas Episcopo II. Kal. Maii et VI. Non. Maii a. 1064. apud HED. p. 128—131. Attamen quamdiu *Robertus Freso* his terris praefuit, i. e. usque ad a. 1071. effectu caruit. Roberti huius nullae penitus Chartae intra a. 1063 — 1071. supersunt, quod dolendum. Satis constat, *Robertum* strenue ac iuste has terras administrasse

„ sistere". *Chronica de Holl.* in MATTH. *Anal.* T. V. p. 531. „ Gertrudis relicta Florentii post mortem viri administravit Comitatum ex parte „ filiorum pluribus annis, ex parte „ Florentii duobus annis [a. 1061 — „ 1063.]. et post hoc accepit Robertum de Flandria — — in maritum. Qui Robertus factus est TVTOR PVERI Theoderici de Holl. de „ consensu patriae et mansit ibi tutor octo annis" [a. 1063 — 1071.] Vnde STOK. I. vs. 1163. „ Achte „ jaer vervoghede hi Hollant, ende „ hadt metten wive in hant. JO. A LEID. *Chr. Belg.* XIII. 1. „ Proceres „ — Hollandiae — elegerunt de consensu Gheertrudis Com. matris „ praedictarum prolium, istum egregium Principem Robertum Friso-

se; unde ab JO. A LEID. L. XIII. c. I. hoc encomio mactatur, *fuisse verum iusticiarium et ab omnibus dilectum.* Immo postquam tutela exiit, et Flandriae Comes fuit, a. 1076. privignus *Theodericus* Com. Holl. acceptum ei retulit, quod contra Episcopum Traiectinum et Ducem Lotharingum possessionem Hollandiae vindicavit. Vid. *Chron Egmond.* a. 1076. eadem testante WILHELM. MALMESBVR. L. IV. (q) et pluribus auxilium *Roberti* enarrante ANONYMO BELGICO, *de Klerk der lage landen* bl. 54, 55. immo idem WILH. MALMESB. et LAMBERT. SCHAFNAB. in eo consonant, *Ducem Godefridum* impulsu Roberti in secessu latrinarum esse confossum. Transeo ad tertiam Roberti Epocham. EXCVRSVS V.

Tertia Roberti epocha.

Obierat a. 1067. Roberti pater *Balduinus* Insulanus, Comes Flandriae, eique ex pacto, cum Roberto a. 1063. Aldenardae inito, successit in Flandriam frater *Balduinus Montensis*, „ea fratri Roberto relicta portione, quam pa„rens matrimonium eius paciscens assignaverat", ut verbis utar BVZELIN. *Ann. Galloflandr.* a. 1070. p. 175.

„sonem, maritum eiusd. Gheertr. „in Tutorem Hollandiae, Zeelan„diae et Frisiae. Cumque ab omni„bus, ut TVTOR praedictarum pro„vinciarum homagiatus esset, sus„cepit idem Robertus, ex parte „Theodrici domicelii iunioris et „fratrum suorum, gubernationem „totius Comitatus Hollandensis. Coe„pit autem ut Tutor regere Hollan„diam. Et cap. sq. Hic Robertus „Friso dum tutorio nomine Hol„landiam gubernaret. Cf. quos laudavit V. D. P. PAVLVS l. l. Diss. p. 13. (a).

(q) Apud SCRIVER, *Beschr. van Holl.* 4° bl. 92.

EXCVRSVS V. Verum et hic, d. XVI. Kal. Aug. a. 1070. deficit, postquam Flandriam per triennium pacifice, ut docet JOH. IPERIVS *Chron. Bert.* c. 38, p. 582. E. administraverat, quamquam si fidem haberemus LAMB. SCHAFNAB. ad a. 1071: hic Balduinus fratrem Robertum sibi iniquiorem aggredi debuit, in eaque pugna interfici. Quod tamen vel prorsus falsum, vel ad alium respicit. Indixerat nempe Comes Balduinus, ut adesse mortem sensit, generalem Conventum Aldenardae; ibique ditiones suas in liberos ita bipartitus est, ut *Arnulfo* Flandria, *Balduino* Hannonia cederet. Minorennes autem quum essent, commisit tutelam Arnulfi fratri Roberto, eumque Flandriae Procuratorem esse iussit. Filiorum tamen tutelam cum mater *Richildis*, mulier atrox et ambitiosa, sibi arriperet, hinc multa odia, discrimina, bella! Paucis rem gestam dabo ex MEIERI *Annal.* ad a. 1070. deindeque singula per partes firmius probabo. En Meieri, accuratissimi scriptoris, verba: „ Balduinus princeps cum Aldenardae aegrotaret — pri„ mates Flandriae et Hanoniae ad se convocavit. His ob„ testatus eorum fidem impuberes commendavit filios. „ Arnulpho Flandriam, Balduino Hanoniam testamento „ assignavit. Sed quoniam vixdum erant egressi pueritiam „ *Roberto fratri* Arnulphi commisit *tutelam*, ac, quoad„ usque imperio foret maturus, *Flandricam* illi mandavit „ *procurationem.* — — Defuncto Balduino Mont. Ro„ bertus eius frater tutelam nepotis sui Arnulphi poscebat „ iuxta formulam fraterni testamenti Aldenardae [h. a.

„ 1070.]

„ 1070.] facti. Hac illi, annitente Richilde Arnulphi ma- EXCURSUS V.
„ tre denegata, declaravit se inimicum domus Flandri-
„ cae; Richildis feroci ingenio mulier, quidquid illius es-
„ set in Flandris, ut Comitatum Alustanum, Quatuor of-
„ ficia, Iusulasque Zelandicas invasit, atque in fiscum re-
„ degit: adversantesque sibi aliquot primores viros gravi-
„ ter multavit ". Concinit narratis praeter alios JO. A LEID. L. XIII. c. 4. „Anno D. 1070. obiit Balduinus Pius de
„ Monte — — relinquens post se duos filios parvulos, vi-
„ delicet Arnoldum — et Baldewinum —. Horum mater
„ dicebatur Rikelanda, et horum *Tutor* fuisset *de iure Ro-*
„ *bertus* praedictus, quia patruus erat eorum, sed Rike-
„ landa mater eorum, Comitissa, animosa mulier, voluit
„ per fas vel per nefas regere suas proles et terras. Quod
„ et fecit, sed proh! dolor — —". Recte *a Leidis* de iure! quippe non ex huius aevi more erat, ut mulier liberorum tutrix esset, si agnatus proximus dabatur. Certe hoc sibi semper illi petebant, ac rem ipsam primo probasse videtur Rex Francorum, supremus sive feudalis Dominus Flandriae. Sic *Geneal. Com. Flandr.* c. 8. p. 383. „Robertus in Frisia degens, cognita fratris mor-
„ te, simulque Richildis tyrannide Flandriam repetiit, et
„ usque Gandavum pervenit. Quo praedictam mulierem
„ accersiens et de paterno regno sibi reddendo ei sugge-
„ rens, femineo furore exagitata, iniuriosis protestatur. —
„ Quod audiens Dux [Robertus] — Regem adiit, eique
„ per ordinem omnia retulit. Rex Philippus de *iniuria*

ROBERTVS V. „ nepoti suo illata vehementer indignans, quantocius — —". Vides negatam Roberto Flandriae tutelam, eamque vocari *iniuriam* (r). Nec immerito. Quippe *Balduinus* pater, perspecta procul dubio uxoris suae indole, et expertus, Robertum in tutandis suis rebus, imprimis in administrandis terris de *Aalst* et *Insulis Zeelandicis*, quas iure feudi a se tenebat, admodum esse strenuum, coram Nobilibus hanc Tutelam fratri commiserat moribundus: qualis tutela *pacticia* ex iure Germanico t. t. haud insolens. Vid. HEINECC. *Elem. Iur. Germ.* L. I. §. 349. etsi alioqui mater tamquam omnium proxima hanc tutelam gerere *poterat*, quamdiu secundas nuptias non iniret: uti exemplo est ipsa *Gertrudis*, quae ab a. 1061 — 1063. tutrix liberorum fuit. Contrarium vero exemplum in *Wilhelmi* II. Com. Holl. a. 1256. mortui filio Florentio, relicta coniuge *Elisabetha*, qua praeterita *Florentius* Wilhelmi frater Tutelam Florentii V. impuberis, nemine contradicente, accepit, eoque a. 1258. defuncto alii post alios Tutores exstiterunt. Sed in viam redeo.

Robertus data sibi tutela statim *Flandriam* petit. Quo ubi ventum, Richildis eum repulit, eaque, ut mulier erat ambitiosa, nihil inexploratum reliquit, quo ipsum infestis ar-

(r) An prius Robertus sibi ipsi Comitatum Flandriae petiesit, ut vult IO. BVZELIN. L. I. p. 177. nihil ad rem nostram.

(s) Haec gesta fuisse, postquam a. 1072. Robertus victor, et Richildis in Hannoniam fugere fuit coacta, sunt qui censeant. Vid. BVZELIN.

armis repelleret. Quem in finem cum Regem Franciae, tum Regem Germaniae in partes allicit, et quo certius obtineret auxilium Comitatum suum *Hannoniae* tradit in manus Henrici R. German. qui id iterum tradat *Theoduino* Episcopo Leodiensi, qui Episcopus ope *Annonis* Archiepisc. Colon. *Wilhelmi* Episc. Traiectens. et *Godefridi* Ducis Lotharing. huius donationis confirmationem obtinuit, ut docet Charta d. 5. Id. Maii 1071. in VINCHANT *Annal. du Comté de Haynaut* p. 191. AEGID. *Aur. Vall.* c. 3. p. 11, 12. et VAN LOON *Aloude Histor.* D. II. bl. 334. sq. (f). Praeterea teste LAMB. SCHAFNAB. p. 183. f. a. 1071. „Rex [Henricus] hoc quasi pretio redemptus, „Episcopo Leodiensi atque Duci Godefrido, item aliis „Lotharingiae Principibus praecepit, ut — RVBERTVM — „vi et armis expellerent". His adiuta auxiliis mulier Robertum a Flandria repulit. Vtuntur interim hac occasione Episcopus Traiectinus, et Godefridus Dux; et Roberti absentia animati Hollandiam h. a. 1071. invadunt et occupant, partim quo *Richildi* et *Henrico* Regi morem gererent, Robertumque a Flandria averterent, partim quo veteres explerent adversus Hollandos inimicitias. His *Robertus* collecta manu it obviam; fit pugna; funduntur Roberti copiae, et ipse cum uxore liberisque ad socerum EXCVRSVS V.

 suum

LIN. *Galloflandr.* a. 1072. p. 181. Immo longius procedit Vir D. ad STOK. *Chron.* T. I. p. 177. quando sine iusta caussa hinc illas Chartas pro adulterinis habet. Rectius enim statuas, haec antecessisse pugnam, ut ipsa Chartae adiecta aera satis docet.

EXCVRSVS V. suum *Bernardum*, vel potius ad uxoris fratrem Adolfum in Saxoniam fugit. Huc spectant Nostri Chronici verba ad a. 1071. „Godefridus Dux Gibbosus cum Wilhelmo „ Episcopo Traiectensi et *REGALI* exercitu *ROBERTVM* de „ *HOLLANT* expulit et sibi potenter subiugavit". Interim Richildis, absente et in Hollandia occupato Roberto, Roberti terras, *Comitatum de Aalst*, *Quatuor Officia* et *insulas Zeelandicas* occupaverat. P. D'OVDEGERST *Chron. de Flandr.* c. 47. p. 92. et rebus his inflata secundis tyrannice et impotenter agere in Flandria coepit. Quae caussa Flandriae movit proceres, ut mitterent, qui Robertum arcesserent, rogarentque, ut recuperaret terras suas, ipsamque Flandriam sibi contra Richildin vindicaret. Multi Roberti in Saxoniam fugam omiserunt. AEGID. *Aur. Vall.* T. II. Ed. Chapeav. p. 10. duntaxat, dicit. „instinctu „ Bernardi soceri sui iterum Flandrias repetiisse, maio- „ rem trahentem secum copiam armatorum. GENEAL. *Com. Flandr.* fol. 383. cap. 8. docet „ eum, in Flandria „ spe frustratum, consilio soceri sui Frisiam revocavisse, „ et ibi aliquamdiu hiemasse. Quidquid autem hoc est, Roberti violenta ex Flandria expulsio viam ipsi muniit, ut Flandriam volentibus Flandris occuparet. Primores enim Richildae experti saevitiam occulte legatos mittunt ad Ro-

(t) Cf. not. 69, 70. ad *Chron.* p. 54, 55.

(u) Sic et IPER. *Chron. Bert.* p. 584. etsi is a. 1071. nominet; quod ta-

Robertum, qui ingentibus comparatis copiis, in partesque ſuas attracto Rege Germ. Henrico, magnifice Gandavi excipitur; plures urbes beneficiis, alias promiſſis ſibi devincit (t). Richildis re audita ad urbem Inſulas venit; quo ſtatim Robertus advolat, ſed ſpe fruſtratus Gandavum redit, ubi facto Conventu copias parat, Inſulas expugnat —. Richildis Rege Philippo Franciae in partes allecto ei obviam venit. Sic Flandria duas in partes ſcisſa, memorabilis tandem illa pugna pugnata eſt ad Casletum, hodie *Caſſel*, menſe Febr. a. 1072. quam Noſter ad a. 1071. hoc modo refert: „Robertus congregato non „modico exercitu obviam Arnoldo Comiti filio fratris „ſui Baldwini apud Casle civitatem proceſſit; conferto et „praelio, Arnoldus ipſe perimitur; mater eius Richelda „capitur, Rex Francorum Philippus fugatur". Quid multa? Robertus victor, exſtincto patruele ſuo Arnulfo, Comitatum Flandriae ſibi acquirit, relicta Richildae ac filio Balduino Hannonia; vel ut noſter ait, „Robertus „Comes in regnum paternum honorifice ſuſcipitur, et „XXIII. annis dominatur". Plura qui hanc in rem deſideras, adi P. D'OVDEGERST *Chroniq. de Flandr.* c. 47—52. qui pugnam ad Casletum collocat in a. 1072. *die D. Petr. ad Cathedr.* (u). MEIER. *Ann.* ad a. 1071. ſq. more tamen EXCVRSVS V.

tamen *more Romano* eſt a. 1072. ut ipſe MEIER. *Ann.* ad f. a. 1071. asſentitur. Add. TORNAC. CHRON.

BREVE a. 1072. apud. V. LOON. II. bl. 328. et IO. BVZELIN. *Ann. Gallo-flandr.* p. 181. qui tamen bis pugnatum

EXCVRSVS V. men Francico, nec non fusius et forte omnium optime ex antiquis Nostras JO. A LEID. *Chron. Belg* L. XIII. c. 4-7. Recentiores multum hic turbarunt, in quibus MEIER. et BVZELIN. *Ann.* ad a. 1072. qui, duce AEGIDIO *Aur. Vall.* c. 3. Comitissae Richildis *Traditionem bonorum* referunt ad a. 1072. post pugnam Cassellanam. Vnde ingens errorum cumulus (v)! *Robertus* Flandria potitus statim misit ad Henricum Imp. nuncios, qui Homagium ei fecerunt de *Comitatu Alostano*, et reliquis terris, quas ab Imperio tenebat, in quibus *Insulae* erant *Zeelandicae*; qua de re vide EXCVRSVM VII.

Interim durantibus turbis Episcopus Traiect. ope Godefridi Ducis Loth. Hollandiam sub potestatem redegerat, eamque feudali iure in manus dederat dicto Duci, qui structo illic opido Delfensi, et munito Castro Iselmudensi inde expelli ante a. 1076. non potuit, quando Comes Theodericus *Roberti* vitrici ope iterum adiutus sua Dominia *Conrado* Episc. Trai. e manibus eripuit, ut docet Noster ad a. 1076. ubi vide notas. cf. JO. A LEID. L. XIV. c. 1. sqq. et L. XV. init. Robertus post occupatas Flandri-

tum refert, unde conciliari posse videntur, quae de hoc die habet Vir D. ad STOK. I. D. bl. 276.

(v) VAN LOON *Aloud. Histor.* D. II. bl. 334. propterea pugnam Cassell. retrahit in a. 1070. alii in a. 1071. Contra HVYDEC. ad STOKE I. bl. 277., Loonium taxaturus, *Regis Henrici Chartam* supra laudatam pro ficta explodit, argumentis parum idoneis; non observato, *Hanvoniensem Comitatum* tunc Imperii fuisse feudum; quod

drias; teste MEIERO ad a. 1071. multa illic templa erexit vel instauravit, in quibus memorantur Insulis, Brugis, Yperae, Hulsti, Bergae, Ostendae, alibique. *Gertrudis* autem Comitissa, mater *Theoderici* Com. Hollandiae, coniux Roberti Fresonis, cum eo in Flandriam abiit, ibidemque grandaeva a. 1113. obiit; exstatque eius Diploma in Archivis Capituli Furnensis, a. 1095. de quo MIRAEI *Opp. Dipl.* T. III. p. 20. cf. p. 24. et 29. Liberos ex Roberto prognatos recenset JO. A LEID. L. XII. c. 5. recensent alii, de quibus alibi. Plura de Roberto Fresone, Flandriae Comite, addere non vacat; quia magis ad Flandros spectant. Hoc tantum verbis BVZELIN. *Gallo-flandr.* ad a. 1076. habete: „Ab Comitibus Roberto „ Frisio et eius nepote Balduino nulla quies armorum fuit: „ rursusque acies ingenti praelio commissas iuxta Do-„ nengium in Hannonia video. Penes Robertum eo quo-„ que tempore stetit victoria. Sed non diu post, missis „ ultro citroque legatis, agi coeptum de pace. Ita deni-„ que tunc conventum est Theoduino Leodiensium E-„ piscopo praesertim annitente, ut Robertus Flandriam „ imperio teneret, ac certam pecuniam nepoti numera-„ ret. Hannonia sola cum Duaco et subiectis ei pagis

quod Episcopo Leodiensi dare Richildis sine consensu Regis non poterat. Quibus observatis omnia leni alveo fluunt. Imprudenter vero vir D. bl. 278. f. dissimulat, in ipsa Charta diserte legi: *presente et* ANNVENTE *ipsa Comitissa Richilde cum filio suo Balduino dedimus omnia haec.* Quae sola verba omnem viri docti scriptionem D. I. bl. 277—279. profligant.

[illegible] V. „ Balduino cederet; in uxorem Balduinus Roberti filiam „ vel neptem caperet —. Cum Rege Francorum Philippo „ Robertus denuo pacem iniit; ſtuduitque Caeſarem ſibi „ conciliare, miſſo ad eum Coloniam Vbiorum advocato „ Tornacenſi Balduino ".

Adſcivit ſibi postea, a. 1085. Robertum filium gubernationis conſortem, eique rerum ſumma demandata in terram ſanctam peregrinatus est; unde a. 1090. redux, d. 12. Oct. a. 1093. vivis ereptus est, ſucceſſorem nactus Robertum filium natu maximum; ut fuſius Annal. Flandrici enarrant.

* * *

E X.

EXCVRSVS VI.

DE HOLLANDIAE ET FRISIAE SVB ROBERTO FRESONE DISTINCTIONE.

Ad Chron. p. 50. not. 63.) p. 53. b.

Classicum est testimonium nostri scriptoris, Robertum Fresonem per nuptias cum *Gertrude* Hollandica initas, *sic Comitatum* HOLLANDIAE *et* FRISIAE *acquisivisse.* Docui autem ibid. p. 50. *Comites* nostros hactenus simpliciter fuisse dictos FRISIAE COMITES. Quae si comparantur cum disputatis ad p. 55. not. 72.) ubi *Frisonum ulteriorum* fit mentio, facile videbis, ex hoc inde tempore oriri coepisse distinctionem inter duos Comitatus *Hollandiae et Frisiae*, id est *Hollandiae et Westfrisiae.* Hactenus enim erat omnis Comitum possessio *Frisia* dicta. Postquam vero Rex *Henricus* a. 1064. duabus distinctis Chartis apud HED. p. 128, 129. Episcopo Traiectino *Comitatum de Westflinge et terras ad oram Rheni*, deinde quoque *Comitatum de Hollant*, separatim donaverat; postquam etiam *Godefridus* Dux, expulso *Roberto*, repetita vice, primo a. 1071. *terram de Hollant* occupavit, et, ut ab VLTERIORIBVS *Frisonibus* tutus foret, *Castrum de Delft* exstruxit; deinde a.

 1072.

SAECVLVM XI. 1072. hos *ulteriores Frisones* sibi subiugavit: ac denique a. 1076. *Theodericus*, Roberti vitrici copiis adiutus paterna bona recuperaturus, ex Flandria rediit: hinc tandem, occupata *Zuidhollandia*, non vero *Frisia*, distingui hi *Comitatus* inter se quam maxime, et Theodericus eiusque posteri sedem suam *in Hollandia* proprie sic dicta, i. e. in *Zuidhollandensi* seu *Flardingensi Pago*, figere et stabilire coeperunt. Hinc ratio, cur Charta prima omnium, quas habemus, a. 1083. *a Theoderico* Com. reperiatur data *in Flardinga*. Primo enim Comes a. 1076. Castrum *Iselmundam* cum eoque omnem *Hollandiam* proprie dictam, i. e. *Zuidhollandiam cum Flardinga* regione recuperavit; postmodum *Frisiam* petiturus. Satis ex his patet, Hollandiae nomen tunc vix sese ad Delfos demum urbem extendisse. At paullatim *Hollandiae* nomen ulterius protendi quam ad Delfos coepit, ita ut postea attigerit non modo Rheni veteris oram prope *Leidam*, sed ad urbem usque *Harlemum*; cui deinde etiam *Kennemaria* accessit; quae regio etsi separatum regimen et distinctum Praesidem pro Comite ius dicentem his temporibus obtinuit; tamen, quia uni eidemque Comiti tamquam fundus hereditarius obnoxia erat, intra Hollandiae limites comprehendi etiam coepit. Vid. *Chronic.* ad a. 1132. p. 77. 20). Et haec Comitatus extensio obtinuit seculo XII. medio, quo tempore Egmunda ponitur in *meditullio* confiniorum *Hollandiae* et *Frisiorum*. Non alius enim esse sensus potest CHRONIC. nostri EGMOND. ad a. 1167. „Creditum est quibusdam per

Hollandia ad Isalam.

Ad Delfos.

Ad Harlemum.

Ad Westfrisios.

„ duas

„ duas [monstrosi] agni partes significari Comitatum HOL- EXCVRSVS VI.
„ LANDENSEM scilicet et FRESONICVM, quia cum utrique
„ ad VNVM pertineant COMITEM, dividuntur tamen plerum-
„ que inter se per hostilem discordiam. Cuius utriusque po-
„ puli confinium et quasi divisio est villa EKMVNDENSIS,
„ ubi apparuit monstrum discordiae et divisionis". Quid
his expressius ab aequali scriptore, qui rebus interfuit et
Egmondae vitam egit? Et sic ab potiore vel sibi maxi-
me cara et iucunda parte Hollandensium Comites dici
maluerunt. Praecipua vero caussa, cur ab DIEDERICI V.
Comitis tempore *Comites* non amplius se *Frisiae*, sed spe-
ciatim magis *Hollandiae*, vel iunctim *Hollandiae et Frisiae*
Comites dixere; latere videtur in ea ipsa *Theoderici* pu-
gna, qua a. 1076. Conradum Episcopum, expugnato Cas-
tro de *Iselmunda*, ex proprie dicta *Hollandia* expulit;
quippe qui t. t. statim *Frisiam*, i. e. Westfrisiam cum re-
liquis adiunctis, recuperare non potuit, sive Frisones ab
Episcopo ad id fuerint instigati, sive sponte eo adducti.
Non aliud enim magis est evidens, quam quod ab hoc *Westfri-*
tempore *Frisones* i. e. *Westfrisii*, frenum mordere, et se- *sii rebelles.*
paratam se aestimare gentem coeperint. Docet hoc egre-
gius locus JO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XV. c. 2. scriptor
suo nunquam merito aestimatus, qui postquam rem cum
Episcopo a. 1076. et Comitis Theoderici victoriam cap.
1. narrasset, c. 2. sic pergit: „Theodoricus ergo homa-
„ giabatur Comes HOLLANDIAE et Zeelandiae [Orientalis
„ nempe] VII. sed non FRISIAE: nam FRISONES REBELLAN-

XXCVIII VI. „ *TES* noluerunt *AMODO.* [i. e. ab hoc inde tempore] ho-
„ magium Comitibus Hollandiae praestare. Quod dum
„ cerneret Theodor. C. Holl. et in hyeme tota FRISIA esset
„ glacie pervia, venit cum exercitu magno, et Frisiam
„ armipotenter introivit. — — Gloriose igitur rediens fa-
„ ctus est Comes *FRISIAE*, sicut et *PROGENITORES* eius
„ fuerant". Recte! *amodo*, quia hactenus *Fresones* satis obtemperaverant Comitibus, et, si quid novi aliquando moliti essent, pacati iterum fuerant. Recte! *sicut progenitores*; de quibus id nunquam dubium fuit; quippe qui *in Westfrisia* primas suas possessiones habuere. Recte quoque! devictae *Stauriae* sive *Stavorae* eodem hoc Capite mentio, quia eo usque antiqua *Westfrisia*, sive Comitum Hollandorum possessio, se extenderat; quippe qui ex dono Imperatoris Ottonis a. 985. *in proprietatem habendum acceperant quidquid inter duo flumina Medemelacha* [Medenblik] *et Chimelosara*, *Gemerchi*, *dicta in Feudum* antea *tenuerant*; qui lacus habetur oblongus, quem *Flevus* transversum permeat iuxta *Stauriam* urbem, ubi etiam *ius Comitum* terminabatur. Vnde (ut hoc addam) admodum mihi verisimile fit, eum lapidem, qui olim *Neomagi* visebatur cum titulo: *huc usque ius Stauriae*, originem ducere ab his temporibus, per quae Comitibus maiora petentibus restiterunt *Frisii ulteriores*, sive Transflevani apposito hoc Deo termino cum titulo supradicto; qui lapis postea casu quodam Neomagum avectus sit. Interim de disiunctione *Comitatus Hollandiae* et *Frisiae* propter fratrum

trum *Theoderici* et *Florentii* discordias lectu digna sunt, quae habet Noster ad a. 1132. EXCVRSVS VI.

Nostrates Scriptores ad hoc discrimen parum attendentes hinc multum turbarunt; Chronographus Egmondanus quando ad a. 1072. narrat, *Godefridum Ducem* VLTERIORES *Fresones devastasse*, incidisse videtur in talem scriptorem, qui rem ex usu sui temporis probe descripsit; quoniam per *ulteriores* non alii ex re gesta intelligi possunt, quam incolae *Kennemariae* et *Westfrisiae*, oppositi ad *Fresones citeriores*, qui nunc *Hollandi*; uti ad h. a. p. 56. not. 72.) pluribus indicavi. Nec abit ab his nota BVCHELII ad HEDAM p. 134. f.) ubi ad haec Nostri verba ait: *Hic clare separat Hollandiam ab ulteriore Frisia. Frisiae enim nomine omnis haec regio tunc appellabatur, quae erat extra insulam Dordrechtensem.* Errorem autem *Hedae*, *ulteriores* nonnunquam per *orientales* explicantis, erravit hinc etiam M. STOKE I. vs. 1294. I. D. bl. 137. STOKIVS enim non ita in Chronico meo invenerat, sed de se vocem *Orientalis* ex male intellecta, ulteriore, adiecit. Recte igitur apud Nostrum *Comitatus Hollandiae et Frisiae* iunguntur. *Hollandiae* enim tractus, qui *Merewedam* et *Marchiam Fladirtingam* complectebatur, ut EXCVRS. III. explicavi, nova hoc seculo Comitum fuit acquisitio, vi armata Episcopo Traiectino ademta; *Frisia* contra *ulterior* avitum eorum fuit alodium, quod *Kennemaria* et *Westfrisia* absolvebatur. Vnde optime et Nostro congruenter AVCTOR *Bell. Camp.* p. 214. de *Godefridi* adversus *Robertum* expeditione

EXCURSUS VI. ne ait: *Dux Gibbosus — tam* HOLLANDIAM *quam* FRISIAM *suae ditioni subiiciens —*. Nec non IPERIUS *Chron. S. Bertin.* p. 580. C. *Robertus nobilissimam sibi coniugem matrimonio copulavit Gertrudem, sed viduam Florentii* FRISIAE *et* HOLLANDIAE *Comitis — cum qua aliquanto tempore in* FRISIA *in dote sua mansit, unde postea Robertus Friso dictus est.* Et hinc iterum solidum capias argumentum, *Hollandiam primaevam*, ut multi putant, non quaeri *in Egmunda* oportere; neque etiam in *Bodegravensi* ditione sive in *Bavonis Comitatu*, a quo diserte *Hollant* in Charta Imperatoris a. 1064. apud HED. p. 130. distinguitur: *Comitatus*, inquit, *omnis in* HOLLANT — —. *Praeterea Beneficium, quod Comes Unroch — ab Episcopo Adelboldo-usque in* BODEGRAVEN, *et* — THEODERICUS BAVE *filius possedit, quem Theodericus Comes* [a. 1018.] *expulit.* Et hoc sensu omnino intelligas, vel explices, AEM. STOKE B. I. vs. 1152. sq. bl. 120.

Ghertruut — — nam den man.
Dus quam Rorbrechte Hollant an.
Ende want sijn vorsate FLORENS
Ghegoet was op der VRESEN chens/
Eer hem Hollant ane quam/
Hiet men [i. men hem] doe/ als ict vernam/
Grave van Vrieslant bi toenamen/
Ende vort wort Robrecht alte zamen
Gheheten Robrecht de Vriese mede
Na sinen VORSATE; dus wilde de sede.

Ni-

Nimirum *Florentius*, vivente fratre Theoderico IV. fuerat EXCVRSVS VI.
Comes Frisiae ulterioris, uti recte vocatur apud W. HED. p. 125. pro quo alii perperam *orientalem Frisiam* substituunt, observante V. D. WAGEN. D. II. bl. 153. Indicat igitur STOKIVS, Florentium, vivo fratre, dum is *Hollandiae* recens acquisitae portionem tenebat, Westfrisiis, deinde etiam *Hollandiae*, praefuisse, in eo tamen rem minus acu tangens, quod ab hac sola *Westfrisia Frisonum Comites* dictos velit; parum recordatus, reliquum terrarum tractum tunc adhuc *Frisiae* nomen gessisse. Quod autem ill. Editor STOKII D. I. bl. 266 — 268. hinc elicere conatur, *Frisiae* nomen t. t., aeque atque hodie, non ad *Hollandiam* sese extendisse, in eo operam abutitur, multaque confundit, quibus redarguendis et explicandis non immorabor. Ab hoc vero tempore distincta evaserunt manseruntque nomina et sedes, *Westfrisia* seu *Frisia*, et *Hollandia*. Estque igitur *Hollandia primaeva* is terrae tractus, de quo HERMANN. CONTRACT. ad a. 1046. ita ait: *Rex Paschale festum apud Traiectum Fresiae urbem egit, et, — navali expeditione in Phlardirtingam, fretum traiiciens, PAGVM quendam, quem THEODERICVS MARCHIO sibi usurpaverat, ab eo eripuit.* Vnde paullo post a. 1047. *Theodericus de Phladirtinga Marchio* vocatur, vel, uti in ALPERTO *de divers. temp.* habetur: *Theodericus — ad FLARIDINGVN. Sic enim haec regio FRISIORVM vocatur.* Hunc *Pagum* autem, quem *Theodericus Marchio* sibi usurpaverat, non esse alium, quam *Agrum Dordracenum*,

EXCVRSVS VI. *num*, docui in EXCVRSV III. de occupatione *Zuidhollandiae*.

Quid Zuidhollandia? Postquam autem *Hollandiae* nomen latius extendi coepit, orta est divisio in *Zuidhollandiam* ac *Noordhollandiam*. Complectebatur tunc *Zuidhollandia* quidquid ab hac parte fluvii Isalae protenditur; contra ad *Noordhollandiam* referebantur urbes *Roterodamum*, *Sciedamum*, *Delfi*, *Leida*, *Gouda*, etc. *Quid Noordhollandia?* Nimis vero nota est haec Hollandiae Borealis designatio, quam ut his immorer. Qui plura desideret, Scriptores in nota subiecta consulat (w). Non tamen ante dici *Zuidhollandia* potuit, quam terminos ultra Isalam ad septemtrionem promovit, et in duas Hollandia partes abiit. Atqui iam occurrit mentio *Zuidhollandiae* sive Occidentalis in Charta a. 1230. apud MIERIS *Charterb. der Graven* I. D. bl. 207. fortasse etiam maturius. Et sic Hollandia integra sese extendebat ad Harlemum

(w) D. Vir D. V. BLEYSWIJCK *Beschrijv. van Delft*, 1667. 4º I. D. pr. „ D'eerste en oude verdeelinge, „ werd noch hedendaechs absolutelijck „ geobserveert inde Camer van reec- „ keninge des Graefelijckheyts Do- „ meynen van Hollandt, alwaar het „ eerste ende oude NOORDHOLLANDT „ onder sich begrijpt de Waterschap- „ pen ofte Dijckgraafschappen van „ RHIJNLANDT, DELFSLANDT, SCHIE- „ LANDT, en WOVRDEN, met — — „ Delft, Leyde, Goude, Rotter- „ dam, Schiedam, Oudewater, „ Vlaerdingen, 's Hage ". Et bl. 2. observat, „ dat alwat zuidwaarts of „ aan gene zijde van den IJssel af, „ Zuidhollandt werdt geheten; en „ daar in Dordrecht, Gornichem, „ Woudrichem, Schoonhoven, „ Heusden, Geervliet " (nempe ex his urbibus nonnullae postea accessere)

mum usque, *Kennemaria* vero et *Westfrisia* separatim dicebantur. Posteris vero temporibus usus invaluit, et etiamnunc obtinet, ut in vulgo sub *Noordhollandiae* nomine censeantur *Kennemaria* et *Westfrisia*, relicto *Hollandiae* nomine reliquo tractui, qui a meridie usque ad Harlemum protenditur (x). XCVIII VI.

fere) „buiten deze twee, Noort— „ en Zuithollandt waren er noch a- „ part 't land van Voorn, (Briel en „ Goeree bevattende), als ook Ken- „ nemerlant, daarin 4 eilanden, 12. „ steden". S. V. LEEUWEN *Batav. illustr.* bl. 211. nº 104. „ Na den „ schik van het onderscheid tussen „ het AASDOMS en SCHEPENDOMS „ regt, op 't stuk van erffenis, is „ Holland verdeeld in Suidholland, „ Noordholland, het Land van „ Voorn, en Kennemerland met „ Westvriesland" etc. Add. VAN DER HOEVEN *Hantvestchron.* B. II. cap. 3. P. BOR *Ned. Oorl.* B. VII. fol. 21. ed. 1621. HUG. DE GROOT, *Holl. Rechtsgel.* B. II. tit. 27. et variis locis MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 55. 209. 603. etc.

(x) Cf. *Chron.* p. 117. not. 93). add. p. 45. 48).

* * *

EXCVRSVS VII.

QVO

ZEELANDIA OCCIDENTALIS QVOMODO INTER COMITES FLANDRIAE ET HOLLANDIAE IVRIS OLIM CONTROVERSI DICTA SIT,

EX CHARTIS ET DOCVMENTIS QVAMPLVRIMVM INEDITIS ILLVSTRATVR.

Ad Chronicon a. 1168. p. 64. a. 107. b. 118. 158. cett.

Introductio. Antiquissimus Zeelandiae status et historia, qualis priori *Comitum Hollandiae* ac *Flandriae* tempore obtinuit, caliginosa hactenus nocte premitur. Vulgo hereditaria Flandrorum Comitatus constitutio a *Balduino Ferreo* a. 863. Hollandiae autem a *Theoderico* I. a. 922. repetitur. Ab hoc inde tempore, donec Zeelandiae pars, dudum Flandros inter et Hollandos controversa, Hollandorum Comitibus penitus cessit, horumque ius a Flandris sollemni pacto agnitum est (id quod seculo XIV.

XIV. ineunte contigit) vix quidquam certi, ſaltem conſtituti, de publico Zeelandiae ſtatu novimus. Vt autem dies diem docet; tentemus nos, numquid lucis, miſſa omni praeconcepta opinione, vetustae huic historiarum parti poſſimus accendere, indicareque, qua ratione Comites Hollandiae ius proprietatis in *Zeelandiam Occidentalem* obtinuerint. SAECVLVM VII.

Quae commentatio ut rite procedat; disquiram:

I. Qui fuerint *Occidentalis Zeelandiae* limites.

II. Quis ſupremus eius Dominus.

III. Cui in feudum ceſſerit.

IV. Quomodo primo iure Feudi, deinde iure proprio ſive dominiali Hollandis acceſſerit, ſalvo tamen *Homagio* Imperio praeſtito.

* *

*

CAPVT I.

De Zeelandiae Occidentalis limitibus.

§. I.

Zeelandia integra, Vt limites *Zeelandiae Occidentalis*, seu Zeelandiae *trans* vel *cis Scaldim*, prout Hollandiam vel Flandriam prospectat, rite intelligamus, primo debemus nosse, qui *totius Zeelandiae* olim fuerint limites.

Zeelandia omnis in duas olim divisa fuit partes, eaque divisio in multis hodiedum obtinet. Sub generali *Zeelandiae* notione olim venit, quidquid iacebat INTER BORNISSE ET HEEDENSEE. *inter Bornisse et Heedensee.* Satis autem constat, sub his nominibus comprehendi, quidquid olim, ad distinctionem hinc Hollandiae, illinc Flandriae hodiernae, sub nomine Zeelandiae venit.

Bornisse eius erat limes ratione Hollandiae; *Heedensee* ratione

(y) Exstat haec PHILIPPI CHORA adhuc in *Originali cum Sigillo*, mutilo tamen, in volumine Pergameno, in *Archivis Vrbis Medioburgensis*, distincta per Capita et Paragraphos; habetque in initio ipsius Philippi iuvenilem effigiem, quae locum tenet literae initialis *P.* vocis *Philippi*, elegantissime depicta coloribus aqueis tenuibus, (vulgo *miniature*), cum hac perigraphe literis maiusculis:

Iste

ne Flandriae. Hoc docent monumenta omni exceptione maio- EXCURSUS VII.
ra. Sic Chora a *Comitibus Flandriae* et *Hollandiae* in commune Medioburgensibus confirmata a. 1217. loquitur *de Comite existente infra Burnesse et Hedenesse* ad indicandam Comitis in Zeelandia praesentiam. Antiquissima Zeelandiae *Chora a Florentio Tutore Hollandiae Zeelandensibus concessa, et ab ipso et Domino Henrico de Vorne Castellano Zeelandiae confirmata* a. 1256. habet in Prooemio: *Ego Florencius — omnibus Nobilibus inter* BORNISSE ET HEYDIINSZEE *manentibus, ut hanc legem, sive Instituta, sive Choram eligerent —*. Haec denominatio adhuc sec. XV. valebat, teste *de Zeeusche Keure* a. 14$\frac{95}{96}$. *Philippi Ducis Austriaci* Cap. IV. §. 23. ex Originali: *alle die ghone Die woenen tusschen Bernisse ende Heyden zee zullen wesen onder dese Kuere ende onder dit gerechte, vuytgesteken Middelburch, Ziericxee, Dombourch, Westcappelen ende besouten Lande* (y). Nihil autem est vulgatius, quam haec descriptio. Hinc a. 1316. apud MIERIS *Charterb. der Graven van Holl.* sive Codice Diplom. Comitum Hollandiae D. II. bl. 169. a. *Castellanatus Zelandie* definitur *infra* [i. e. ex stilo huius aevi, *intra*] *Bornesse et Heydenezee.*

Prob. a. 1217.

Prob. h. a.

A.

Iste Zelandrinis has Koras fecit Ephebus.
Fecit et angores Virginis ante coli.

Exstat eiusdem Chorae *Apographum* authenticum (*copie authenticq*) iussu Principis eodem anno d. 28. Iun. 1496. procuratum elegantissima exaratum scriptura in volumine Pergameno in folio minori, in *Camera Rationum Zeelandiae* in *Secretis Archivis*, *Loculo* 91. Amborum videndorum copia mihi data est, id quod gratus agnosco.

EXCVRSVS VII.

A. 1328. ibid. D. II. bl. 471. b. *Die Burchgravescip van Zeeland tusschen Bornisse ende Heydenzee.* Et a. 1380. ibid. D. III. bl. 372. b. *soo wat misdade ghesciet binnen Reymerswale als die Heere is tusschen Bornisse ende Heydenzee, dat zalmen ghelden tweeschat.* Sed exemplorum abunde sequentia dabunt.

§. II.

Bornisse, qui et Maasmonde.

Fuit igitur *Bornisse* limes Zeelandiae ratione *Hollandiae.* Hic autem limes alio etiam nomine *Maasmude* dicebatur siue *Maasmunde*, quasi dicas os seu *ostium Mosae.* Huius mentio iam occurrit seculo VIII. Testem habeo Chartam Donationis in *Cod. Diplom. Laurisham.* T. I. p. 162. „Eodem anno [774.] Cerrich et Rutwar tradiderunt quidquid habuerunt in loco, qui dicitur Forismarische, in Thesla, et in Leunspih, et in loco, qui vocatur Elisholz [Elshout] inter Renum et Masa, et ad MASAMVDA, et mancipia sex ". Vbi sita fuerit, docet nos Charta Regis Wilhelmi Middelburgo data a. $12\frac{51}{52}$ d. XI. Mart. Nam postquam §. XVI. Zeelandiam definierat *tusche* MASEMVDE *ende Hedinsee* (z), uti habetur in Originali (quod Archiva Vrbis Medioburgi Locul.

Prob. a. $12\frac{51}{52}$ 11. Mart.

(z) Multa eiusmodi nomina in nostris terris exstant. e. g. *Rinesmuthen* in Charta a. 1064. HED. p. 130. *Ysselmuten* in Charta a. 1225. HED. p. 201. hodie Ysselmonde; *Amuda* in charta Otton. a. 975. HED. p. 87. hodie

Locul. I. n° 60. servant); tum porro §. XXXV. *Masemude ende Hedinzee:* statim subiungitur §. LIV. *tusche Bornisse ende Hedinzee.* Atque hinc in Charta Comitis Iohann. II. a. 1303. (a). Comes dicitur: *zoe wanneer wi comen* BINNEN BORNESSE, *alse te rechten in* ZEELANT. Vbi vero sita fuerit haec *Maesmude*, sive ut postea scripsere, *Maasmunde*, seu *Bornesse*, quodammodo demonstrarunt huius seculi scriptores WAGEN. *Vad. Hist.* B. VI. D. II. bl. 251. *Tegenwoord. staat der Vereen. Nederl.* D. VII. bl. 72. *Tegenwoord. staat van Zeel.* D. I. bl. 3. et nuper V. Ill. HVYDEC. ad STOK. D. III. bl. 300 — 306. qui tamen docere conatus est, *Bornisse* in eo differre a fluv. *Widele*, quod *Bornisse* sit *Ostium Mosae* sive ipsa *Mosa ad Geervliet*; *Widele* vero amnis ille, qui adhuc leni quodam alveo iuxta *Geervliet*, *Abbenbroek*, ac *Velgersdyk intra Voorn* et *Putten* conspicitur. Vtcumque accipias, hinc liquido constat, *terram Vornensem*, cuius *Dominus de Voorn* fuit *Castellanus Zeelandiae*, quasi dixeris *praesidem* seu *vicecomitem*, antiquissimis temporibus intra Zeelandiae fines fuisse recensitam. Et recte satis M. STOKE hunc *Bornesse* ponit *ad Geervliet aan de Maze*, HVYD. l. l. bl. 303. etsi Editor perperam ipsum *Mosam* pro *Bornesse* accepisse vi- EXCVRSVS VII.

 de-

die Muiden. Huc refer etiam *Lexmonde*, *Dubbelmonde*, *Arnemuiden*, *Genemuiden*, *Leymuiden*, aliaque.

(a) ALKEMAD. Privileg. van den Briel n° XXV. p. 13.

SAECVLVM VII. detur. De *Widele* satis nota sunt omnia; qui quum ad Ostium Mosae desinat, hinc dictum fuisse videtur illud oppidum sive Emporium *Widelant*, quod in vetustis scriptis *Widlant*, *Witlant*, *Wintlant*, audit, et ad ostium Mosae ponitur in *Chronico MS. S. Bavonis*, quod adhuc superest, ubi ad a. 837. lego „Normanni gallias graviter infestant „ dor-

(b) Desiit hoc Chronicon a. 1152. exstatque optime conservatum in Archivis Dom. Illustr. Episcopi Gandav., hoc titulo: *Chronica Castri et Cenobij Sancti bauonis Gandensis.* Quod ut tandem lucem aspiciat, avide opto. In iis autem, quae descripsi, *dordracum* habeo pro *dorstatum.* Vtrum hoc ex oscitantia manus, an revera, dicere nunc non habeo.

(c) Postquam haec scripseram, incidi in MS. *Dom. de Grijpskerke*, qui de Zeelandiae lite cum Flandria multa egregie; ex quo adscribam nonnulla eius verba. Sic ille C. 1. p. 4. „ Noch ten huydigen dage is aen „ de Maes in de heerlijkheid van „ Heemvliet bij den ingezeetenen „ bekend, en wordt ook in meest „ alle Caarten aangeteekent een wa- „ ter *Bornisse* genaamt, zijnde een „ stronk van de Maze, dewelke „ daar heenen geloopen heeft, la- „ tende zoo Heemvliet aan het „ Zuytwesten van de Maze, en „ Bornisse over zulks ook in Zee- „ land, en onder de Keure van Zee- „ land. Een peremptoir bewijs van „ dat *Bornisse aan de Maaze*, de uiter- „ ste limite van Zeeland naar Hol- „ land is. Het *Repertorium van de* „ *Zeeusche Leenen* heeft in 't hooft van „ het verhef van Staat: *Heemvliet*, „ *BORNISSE*, *ende Zwartewaal noch* „ *beden aan de Maese gelegen.* In „ het Testament van Hr. *Engelbrecht* „ *Willemse* Pastoor van Heemvliet in „ in dato den 15. Meert 1552. ge- „ drukt met de decisien van den „ Hove van Holland staat p. 488. „ *Item nog in Heemvliet drie gemeeten* „ *en* 50 *Roeden in BORNISSE aan* „ *de Maasdijk.* Noch in een senten- „ tie van gemelden Hove van den „ 22. Ian. 1521. vindt men, dat een „ Schip de Maze ingekomen, in de „ *BORNISSE* genomen was door die „ van Dordrecht, omdat het in den „ Briel last gebroken hadde ". In Literis investiturae Philippi Ducis de

„ dorstatum vastant antwerpiam et *WITLANT* emporium situm SAECULUM VII.
„ iuxta *OSTIUM MOSE* incendunt a frisonibus tributum
„ accipiunt (b)". Fuit igitur hoc Emporium *Widlant* ad exitum fluvii *Widele*, ubi sese in *Bornisse* seu *Maasmunde* exonerat, vel eam praeterfluit. Nondum enim hoc definitum videtur (c). Quidquid autem hoc est, id certo

con-

de Dominio de Cruiningen, prout exstat in *Copulatis Zeelandiae* (*in Archivis Camer. Rat.*) Tom. I. fol. 500. sqq. haec leguntur: *Item Heerschappie van Heenvliet met allen heuren toebehooren hoge ende lage te houden van ons als heere van Voorne tot een onversterffelicken erffleen. Item een vuytgors geheten* BORNISSE, *gelegen tusschen Heenvliet ende Zwartewale tot een onversterffelicken erffleene.* Hinc satis patet *Bornisse* ad Geervliet. Vbi vero *Widele* exiit? Ad *Heenvliet*, ni fallor. Hoc conficio ex iis, quae mecum benigne communicavit Vir Ampl. urbis Brielae Syndicus, harum rerum admodum callens, H. VAN WIJNEN, ex Actis ineditis a. 1437. ubi *Widele* iam *Wiele* vocatur, et *Bornisse* adiungitur, hoc modo, in Probb. h. a. N° I. „Dit „ selve Schip metten goeden quam „ alleen gedreven binnen die WIELE „ ende BORNISSE, dat welcke was „ op des heeren stroom ende watere „ van Putte"; Et mox: „Dat die van „ Heenvliet, die dat Schip aengevaert hadden weder brengen souden OP DEN STROOM voor Heenvliet „ IN DE WIELE". Et N° II. „Niet „ geweten, dat hun die van heenvliet yet hebben mogen vermeten „ eenige luden uyt ten schepen die „ *in de Wiel* comen aen dat heenvlietse landt te voeren, maer dat „ die veerluden van Geervliet altoos „ gedaen hebben"—. Quibus ex verbis mihi patet differentia inter *Widele ad Heenvliet*, et *Bornesse ad Geervliet*, ita tamen ut *Widele* eo loci cum *Bornesse* communicaretur. Orta erat h. t. quaestio de traiiciendo *Widele* per nautas Heenvlietanos; de traiiciendo vero *Bornesse* per *Geervlietenses* non erat quaestio. Distinguuntur etiam in *Catalogo Bonorum*, quae *Dominus Puttensis* a Com. Holl. a. 1312. in feudum habebat apud MIERIS Charterb. II. bl. 123. hoc modo: „Bodemar ort ten halven diepe; item „ alop tot ingravenzee op (haec „ vis

EXCVRSVS VII. conſtat, *Widele* et *Borneſſe* ſive *Maasmunde* fuiſſe discriminatorem *Zeelandiae* et *Hollandiae*, ita ut, quidquid ab hac parte verſus occiduam partem inveniatur, Zeelandiae accenſeatur. Vnde etiam in Charta Arbitrii et Pacis inter *Wilhelmum* I. Com. et *Ludovicum Losſenſem* cum *Ada* uxore, quam ex *Originali* profero in Probb. a. 1206. 14. Oct. et in qua *Ludovico* asſignatur *tota Hollandia*, Wilhelmo *tota Zeelandia*; haec poſterior ita definitur: „Lu„dovico Comitatus Hollandiae — — Tota vero alia „terra ex hac parte MOSAE DEVERSVS FLANDRIAM — re„manet in parte Wilhelmi". Ex eaque portione deinde nominatim excipiuntur inſulae *Scarpeneſſe*, *Duvelant*, *Sta-*

„vitioſa !) ingravenzee totte den „Oostmoer; item tuſchen de viere „Hernesſen ende den Ostmoer tote „Zantshofde toe; item van Zants„hofde te halven diepe tote AB„BENBROVCKE op *WIDELE*; item „van Abbenbroucke te halven die„pe tote *BORNISSEN*, item van „open (f. op de) *BORNISSEN* to„te den geſcheyde van Yſelmonde". Bona, ab hoc amne *Borniſſe* dicta, ſita erant inter *Heenvliet* et *Zwartewale*, teste Charta in MIER. III. bl. 754. a. 1402. et ad a. 1386. bl. 447. Contra ad aquam de *Widele* ſitus erat ager *Drenewaart*, qui deſcribitur in Charta inedita a. 1474. inter *Velgersdyk*, *den Andel*, et *Zuidoort*: ad quam Chart. vid. in Probb. notam, quae circa huius Widelae curſum deſcripta dabitur ex literis viri Ampl. H. VAN WIJN. Et quidem ad latus occidentale, ut habet Charta XXIX. a. 1412. in H. VAN PAPENDR. *Anal. Belg.* T. III. P. 2. p. 85. ubi ſic: *Wy Jacob Here van Gaesbeke, — want wy die gorſen aen die Westſide van der WIELEN, Te weeten Drenewerrde, den Suutoert, den Andel ende Guateen, gheerne ſouden doen Dycken.* Vnde ille tractus poſtea *Westenrijk* dictus videtur. Fortaſſe tamen *Borniſſe* et *Widele* ſive *Wiele* quadamtenus fuere Synonyma, ita ut ad *Geervliet* magis *Borniſſe*, ad alte-

Stavenesse, et Drieskire, una cum *dominio Domini Hugonis* xxcvii. vii.
de Oostforne et Westforne; nec non *Appenbruech.* Manifesto indicio, quod hi terrae tractus alioquin eo pertinerent. Ne iam dicam, in terra de *Voorn* etiamnunc inveniri aggerem, den *Bernissendijk*, et locum *den Bernissen oort* vocatum Quod nomen *Bernisse* pro *Bornisse* occurrit etiam in Orig. *Chora* Zeelandiae Philippi a. 14$\frac{85}{86}$. Id quod de *Mosa* dixi, egregie coincidit cum totius *Zeelandiae* descriptione, quae exstat in confirmatione *Fraternitatis Mer-* Prob. a.
catorum Medioburg. a *Florentio* V. Com. a. 1271. facta, 1271. 1. Iun.
ubi vocatur: „ex parte orientali der *MASE* vel ex parte „ occidentali der *ZWENE*, terra Flandriae excepta". Et haec hactenus de generali Zeelandiae limitatione inter *Bornisse*

alteram partem magis *Widele* vocaretur; postea vero *Bornisse.* Quam in sententiam hic dabo verba Viri Ampl. H. VAN WIJN, in literis ad me datis. „ Bij verloop van tijden heeft „ *de Wiedel* haar naam verlooren, en „ de geheele rivier dien van Bor- „ nesse aangenomen, welken zij „ noch in haer eigen kil behoud. „ TEILING in zijne onuitgege- „ ven *Chronijk van Voorne* p. 130. „ spreekt van *Heenvliet* over die Ste- „ de van *Geervliet*, alwaar tusschen bei- „ den een Rivier loopt, *eertijds* ge- „ noemd *die Wiel*, NU *Bornesse*; en „ in een Originele kaert van de „ Maes en Merwede, fulcx *die nu is* „ *ende loop heeft*, d. 25. Iul. 1565. lees „ ik: BERNISSE alias *de oude Wielinge*". Immo vero amnis ille *Wielingen* per haec tempora iam cursum suum aperiebat secundum pagos. *Klaaswaal* et *Zuidbeierland*, postea ex terris aggestis enatos; quod me docet huius tractus tabula Origin. Geograph. Secul. XVI. in qua illic locorum nomen *Wielingen* invenitur: id quod huic amnis particulae lucem affundere poterit. Plura et explicatiora interim exspectabo in notis Viri supra laudati *van Wijn*, quas adiicere constituit *Privilegiis Vrbis Brielae*, quarum minatur editionem.

EXCVRSVS VII. et *Heedensee.* Vbi *Heedensee* quaerendum ſit, ſtatim apparebit.

§. III.

Pars Orientalis Haec integra Zeelandia ſubdividitur duas in partes, quarum discriminator est et erat ſemper fluvius *Scaldis*; adeo ut hinc in *orientalem* et *occidentalem* Zeelandiam diſtinguatur; vel etiam in Zeelandiam ad Scaldis orientem et Scaldis occidentem. Hinc in Charta Iohannis II. Com. a. 1303. apud MIERIS D. II. bl. 32. postquam primo „Zeelandiae Castellanatus Dominorum de Voorn definiebatur tusſchen Bornesſe et Heydene zee", paullo post diſtinguitur „an die oestſide van der Schelt — ende an die westſide van der Scelt".

inter Bornesſe et Scaldim. *Orientalis* igitur Zeelandiae pars, ab Hollandia per Moſam ſive *Maasmunde*, ab reliqua Zeelandia per Scaldim, disterminata est. Quemadmodum autem Hollandia olim peculiari nomine *inter Moſam et Sipam* inſigniebatur: quo titulo univerſus Hollandiae tractus, ſimul cum *Kennemaria*, veniebat; ut est in Charta apud MIERIS *Cod. Dipl.* D. II. bl. 117. a. 1311. alibique; ita ab eodem Moſa amne Zeelandia inchoabatur. Cuius propior pars hinc *terra inter Moſam et Scaldim* in Charta Brugis data, la veille de la circumciſion de N. S. a. 1204. audit „la terre de la Zeelande entre l'Eſcaut et la Meuſe". Hinc in *Norma Acciſarum* ſive *Accynsregeling* Vrbis Mediob. MS. inedit.

Prob. h. a. 31. Dec.

edit. a. 1325. §. 4. habetur: „alle tſgrauen porten boester „ maſe" i. e. omnes Comitis urbes ab orientali parte Moſae. Huius diſtinctionis etiam mentio habetur in Pacto Pacis a. 1200. inter Henricum I. Brabantiae, ac Theodericum Hollandiae; ad quam recte WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. B. VII. bl. 253. ex STOKIO obſervat, Comites Flandriae in illam nunquam ſibi quidquam iuris arrogaviſſe; idque propterea, quia *Scaldis* ſemper terrae Flandriae *Imperialis* discriminator habitus est. Sed alia fuit cauſſa Ducis Lotharingiae ſive Brabantiae, cuius antiquae hanc in partem Orientalem fuerant vindiciae. Sic enim Charta: „ Discordia fuerat a multis temporibus inter Henricum Ducem Lothar. et ſuos Predeceſſores ac inter Theodericum Com. Holland. et ſuos Predec. de terra inter MOSAM et SCALDAM ". Quae diutina tandem quaestio h. a. 1200. per quoddam concambium ita compoſita est, ut Comes Holl. hunc ſibi tractum obtineret, pro eoque Duci „ reſignaret Opidum Durtrech ex utraque parte aque, „ Durtrecswerde, Harredeswerde, Dusne, ac totam terram „ inter Strine et Walwic, ac renunciaret omni iure in „ Bredha ". Vnde ſimul coniicias, Strienam fluvium ab hoc latere Zeelandiae etiam limitem fuiſſe. Haec autem loca Dux Brabantiae Comiti iterum in feudum ligium dedit; eaque deinde Feudum Brabantinum manere debuerunt ex Arbitrio a. 1206. inter Theoderici ſucceſſorem Wilhelmum et Ludovicum Losſenſem inito, per quod „ Wilhelmus in Curia Domini Ducis Lovanienſis ad

EXCVRSVS VII.

Prob. a. 1200.

Prob. h. a. 14. Oct.

„ opus

EXCVRSVS VII. „ opus Dom. Comitis de Los suum debebat reddere Feu„ dum et guerpire ad eum bona fide adheredandum ".

Fueritne igitur Orientalis haec Zeelandiae pars Comitum nostrorum ab hoc inde tempore quieta possessio, nulla amplius est haesitatio. In ea enim sua iura exercere non destiterunt; multaque exinde dominia, imprimis vero sec. XII. medio Dominium Vornense in feudum aliis dederunt, eosdemque, quos Dynastas fecerant Vornenses, etiam Zeelandiae Castellanos seu Vicecomites constituerunt. Quae tamen possessio, ut in reliquis, intelligi debet, salvo semper HOMAGIO pro iis faciendo Imperio Rom. Germ., cuius directum hoc fuit Dominium; ut nemo negare sustinebit, qui legerit Chartam Comitis Iohannis a. 1303. in MIERIS D. II. bl. 32. cum *nota* illic subiecta.

§. IV.

Pars Occidentalis, Altera pars, de qua agendum potissimum, est *Zeelandia Occidentalis*, *inter Scaldim et Hedenese*, idque frequentius fortasse quam credas, nec minus tamen depravate. Antiquissima huius, quod sciam, eaque certissima est *inter Scbaldin et Heedensee.* mentio, in famosa illa ac fatali concordia Comitum Hollandiae et Flandriae, quae adhuc in Originali *Brugis* ser-

Prob. h. a. 27. febr. vatur, a. 1168, ubi vocatur: *inter Sceld et Hiddeneze*; depravate in MARTENE *Sceled et Hedinezie.* Idem nomen legendum conieccerat MIERIS D. I. bl. 102. undecim annos

nos citius in Charta Comitis Theoderici a. 1156. qua dat Ecclesiae Epternacensi 120. mensuras terrae in Insula Scalden, „sitas inter terram Florentii de Voorn et *Hilchersh*, pro quo in Charta Epternacensi apud MIERIS ibid. legitur *Aqua Hildeberesche*, sed *Aqua Hildcberesche* in FOPPENS *Supplem. Dipl.* T. IV. p. 514. Verum haec aqua ad orientalem Scaldis partem quaerenda est, ut docet designatio Insulae Schouwen. At depravata esse vox videtur pro „Helckersee seu *Elkersee* in Insula Schouwen", ut iam monuit V. Doct. P. PAVLVS (d). Clarius se vocis depravatio offert in Charta Margaretae Com. Flandriae in MIERIS I. bl. 302. qua a. 1256. dat „domino Florentio tutori „Hollandiae totam terram Zeland sitam inter HADINRE [l. „HEDINZE] et SCALDAM, quae de nostro et ante — fuit dema„nio, in feodum, de qua nobis in presentia hominum no„strorum fecit homagium, ut vasallus", pro qua in *Vidim.* Originali legitur *inter Hedineze et Scaldam.* Huc spectat etiam memorabile illud pactum, quod a. 1250. initum MIERIS I. bl. 258. inter eamdem Margaretam Flandriae et Wilhelmum II. Reg. Rom. fratremque eius Florentium his de „insulis Zelandie inter SCALDAM et HEDI„NEZE" compositum est; quaeque plures in posterum Chartae huius distinctionis mentionem iniicient.

SECTIO VII. (margin)

Prob. h. d. 21. Oct. N. I.

Cf. Prob. 19. Maii N. II.

(d) Diss. de Origine progressu et fo- et Zeelandiam, a. 1775. p. 43. (a). lutione nexus Feudalis Flandriam inter

§. V.

XXCVIIXVII.

Quum igitur ad alteram partem Zeelandia per *Heedensee* a Flandria disterminetur : videndum, ubi locorum hic limes *Heedenseanus* ſit quaerendus. Quod antequam diſpiciam, paucis de ipſo nomine erit dicendum.

Vnde nomen Heedensee. Nomen varie ſcribitur. *Hiddeneſe*, *Hedeneſſe*, *Heideneſſe*, *Hendeneze*, *Hedeneſe*, *Heidenſe*, *Hedenſe*, *Heidenſée*, *Heedeneze*, *Heydenezee*, *Heydilnszee*, quaeque alia adiungit WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 251. Ex ignorantia Etymi procul dubio orta est tanta ſcribendi varietas. Ipſa autem varietas, iuxta ac doctorum conſenſus, ſatis docet, primitivam vocis partem esſe *Heede*, *Heeden*, vel *Heiden*, niſi quod in Charta a. 1187. ex prava pronunciatione ſemel ſcribatur *Hiddeneſe*. Prob. h. a. 27. Febr.

Sunt, qui putent, vocem esſe ortam ex *Hedens* - *zee* quaſi *zee* [*mare*] et *Heden*, *Heeden*, *Heiden*. Quod recte negavit WAGEN. *Vad. Hist.* l. l. bl. 254. Nam qui paullo attentius ad nomina *Zeelandica* attenderit, facile videbit, non alias huius generis dari derivationes, praeterquam has duas, nempe 1° quae deſinat in *neſſe*, 11° in *ée*. Terminatio in *neſſe* proprie notat *terram humidam depresſamque*, obſervante WAGEN. *Beſchryv. van Amſteld.* D. I. bl. 34. et 258. qui hinc *Grimmeneſſe*, et *Kale Nes* explicat. Vnde et *Muderneſſe*, forte pro *Muiden*, in MIERIS D. II. bl. 343. a. cuius terminationis plura in Zeelandia nomina

oc-

occurrunt. Sic *Ossenesse*, *Hontenesse*, *Hildenesse*, *Valckenesse*, *Stavenesse*, *Scherpenesse*, quae postea et per -*isse* extulerunt. *Ossenesse* et *Hontenesse*, quas hodieque cognita sunt nomina, iam occurrunt a. 1272. d. 16. Dec. in Charta Originali Abbatiae Baudeloënsis, quam in Probb. h. a. ineditam exhibeo. Verum longe petita nec vocis scripturae congrua haec mihi terminatio videtur, quippe quam ex *Rhythmo* STOKEANO B. III. vs. 573. D. II. bl. 46. satis patet, accentum habuisse acutum in ultima syllaba: SECTIO VII.

Willem / heer Oem / heeft verworven
Lant van oosten Heidin zee.
Toter Laueren voert mee.

Ad quae verba non admodum bene commentatus est D. ALTING. *Notit. Germ. Infer.* P. II. p. 83. qui illud in orientali Frisia quaesivit, quum sermo sit de amplo *Wilhelmi Comitis* regimine, quod ab una parte Zeelandiam, ab altera Frisiam complectebatur. Illustr. *Stokii* Editor vocem sicco praeteriit pede; eamque in duas transformavit, *Heidin Zee*. Sed haec obiter. Vulgatissima autem Zeelandis aliisque est terminatio in *ee* vel *e*, qua *aqua* vel *amnis* notatur; unde in usu adhuc vox Belgica *ei-land* quasi dicas *water-land*, sive *terra in aquis sita*. *Ee* vero et *ei* nobis idem est, et dialecto tantum discrepat, uti liquet ex *teeken*, teiken; *vleesch*, vleisch, *weenig*, weinig; *kleen*, klein,

 bleek,

EXCVRSVS VII. *bleek*; bleik; cett. Eiusdem autem compositionis in Zeelandia permulta sunt nomina. E. G. *Boijes-éé*, *Vernouts-éé* in Zuidbevelant, et *Duven-ee*, quae jungit STOKIVS B. VII. vs. 773. sq. quorum prius in MIERIS *Charta* a. 1292. D. I. bl. 548. scribitur *Voornezee-in 't Ambacht van Rymmeswaele*; *Flakkéé* quasi dicas *Vlake-éé*, vel *Vlak-éé*; sic et *Elcghaers-ee* in Schouwen, hodie *Elkersee*. MIERIS II. bl. 133. b. *Bommen-éé*, nota insula; *Wakkenéé*; *Mosselée* in Zuidbeveland; WAGEN. *Vad. Hist.* II. bl. 325. (8). et, ne plura memorem (e), ipsum oppidum *Zieriks-éé*, cui ultimae voci idem contigit fatum ac *Heedens-éé*, quod nimirum seriori tempore, per literam *z*, *Zierikzee* scribi coeperit, quasi a voce *zee* dicta foret. *Heedens-ee* igitur nihil aliud est nisi *aqua* sive *amnis de Heede*, *Heeden*, *Heiden* (*het water van de Heede*) vel, ut Zeelandorum Dialectus secum hodie fert, *amnis de Eeden*, seu *Eede*, adeoque per *Heedensee* nihil aliud indicatur, quam eiusmodi maris ostium, per quod fluvius aliquis *de Heede* vel *Eede* in Oceanum influit.

§. VI.

Fuit maris ostium. Vbi vero hic amnis vel regio, ab aquis sic dicta, sita fuerit; alia

(e) Sic fortasse, *de Goudsee*, pars *Gouw-ee*; quod nomen forte aliquid Maris Austrini prope Oppidum Me- habet nexus cum *Goldwater*, quae nikendam, alio nomine *Gouwzee*, i. e. *Amstelie* vel *Yee* amnis nomen; unde WA-

alia est quaestio. Quam priusquam disquiro, ante o- EXCVRSVS VII.
mnia fequens haec propofitio est probanda: nempe fuisfe *Heidensee*, *Heedensee*, non *terram*, fed *aquam*; eamque *aquam* feu amnem cucurrisfe in ea regionis cuiuspiam parte, ex qua hic amnis in mare illabi poterat, adeoque proxime mare adiacebat. Hoc fatis nos docet formula: *terra inter* SCALDIN *et* HEEDENS-EE. Semper enim hac ratione terra maritima inter duo in mare labentia flumina definitur; qualis determinatio nulla foret, fi vox altera *flumen*, altera vox aliud quid denotaret. Nihil autem in fcriptis antiquis frequentius quam „terra inter Albim „ et Vifurgim; terra inter Albim et Egidoram; inter Ligerim „ et Sequanam". Atque eodem modo in nostris Frifionum Legibus terrae memorantur „inter Lavicam et Wi„ faram, inter Flevum et Sincfalam fluvium, inter Lavicam „ et Flevum". Quae omnia easdem terrae partes refpiciunt, quae iuxta mare per ostia fluminum terminantur. Et ut propius deveniam: in Chartis Zeelandicis terra *inter Mofam et Scaldin*, i. e. *Orientalis Zeelandia*, non alia terminatur ratione, quam per duos fluvios, quorum hic ad infulam Schouwen, ille per Bornisfe feu Maasmunde in Oceanum influunt, ficut olim Hollandia *inter Mofam et Sipam*. Quae fi vera funt, et ex rei natura

WAGEN. *Amfterd.* pro *Goudzee* D. II. bl. 173. emendare iusfit *Gouds-ee*; de qua bl. 191. profert Chartae apographum, cuius Originale alibi in Brabantia oculis ufurpavi.

EXCVRSVS VII. satis certo constant, sequitur etiam, ut, quemadmodum Scaldis et Bornesse, ac Bornesse et Heedens-ee; ita etiam Scaldis et Heedens-ee de ostiis horum amnium intelligi debeant.]

§. VII.

Et sic satis apparet, errare eos, qui hoc maris ostium vel sinum invenisse sibi blandiantur iuxta oppidum *Tholen*, prope *Halteren*, vel qui alicubi locorum quaerunt, quam ubi in hodiernum usque diem servat vestigia sui nominis, nempe in vastissimo illo Maris sinu, qui olim iuxta *Slusam*, Flandriae urbem, conspiciebatur, et deinde sub nomine *'t Zwene*, *t' Zwin* (*Zwinum*) cognitus fuit. Id quod probatu haud admodum mihi nunc difficile fore videtur (f).

Est portus Slusanus.

§. VIII.

Heedensee est vel HONTA *vel* SINVS SLVISANVS.

Argumenta, quae hoc suadent, sunt sequentia:

1° Alterutrum verum est: *Heedens-ee* vel quaeri debet in *Scaldi Occidentali* seu *Hontae* fluminis exitu, vel in eo Oceani sinu, qui postea *'t Zwin* dictus est. Aequitas huius propositionis per se patet. Quum enim utrique termini *Scheld* et *Heedensee ad maris exitum* siti sint,

(f) Hanc meam sententiam, cum Doct. Vir. P. PAVLO communicatam, vir ille acutissimus secutus etiam est in eleganti sua Dissertat. quam de hoc

ſint, ut ſupra indicatum est; per *Scheld* autem intelligatur magnum illud Maris ostium, quod iuxta Inſulam *Schouwen* et nunc et olim intererat; intra hos autem terminos comprehendi debeant ambae *Bevelandiae*, nec non Inſula *Walacria*: hinc per ſe ſequitur, alterutrum verum esſe, *Heedensee* vel fuisſe *Hontam* vel *Sinum Sluiſanum*. EXCVRSVS VII.

Vt autem perſpiciamus, non *Hontam*, ſed *Sinum Sluiſanum* olim *Zeelandiae* terras a veteri *Flandria* disiunxisſe, oportet disquirere, non qui harum Inſularum ſitus atque fluminum curſus hodiernus ſint, ſed quomodo exſtiterint ac ſeſe repraeſentarint, tunc, quum hi limites ita diſtingui coeperunt, id est ſeculo XII. et anterius. Prima Zeelandiae disterminatio inter *Scheld* et *Heedensee* ſe offert in memorata Charta anni 11$\frac{67}{68}$., et hinc quidem certisſimam habemus Epocham, qua innotuit; quamquam nullum est dubium, quin hi termini antiquioris fuerint cognitionis. Conſiderari igitur *Zeelandia* eiusque ſitus debet, qualis fuerit ante hos 600. annos et qui excurrunt, i. e. oportet nosſe, quis *Zeelandiae* fuerit *ſitus* ad latus *Flandriae* inde a ſeculo IX. usque ad XII. Iamvero ſi antiquisſimas Flandriae et Zeelandiae Tabulas Geographicas inſpicis: hae non aliud per ea tempora *Oceani Ostium* alicuius momenti agnoſcunt, quam quod hodie *'t Sluische Gat*, vel etiam *'t Zwin* vocatur. Sic hoc ingentis ſane magnitudinis Ostium ſolum nobis repraeſentant: Non Hontam.

a).

hoc argumento a. 1775. ſupra p. 113. laudato pro gradu Doctoratus conſequendo exaravit; nec id disſimulavit p. 50. 3).

EXCVRSVS VII. a.) Tabula Geographica Anni 861. quae exſtat apud OLIV. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 1. et hinc apud SMALLEGANGE *Chronicon Zeeland.* p. 74. et AVCTOR BATAVIAE SACRAE in Praefat. Editionis Belgic. D. IV. bl. 3. *Oudh. van Zeel.*

b.) Eumdem ſolum exitum ſive Maris ostium exhibet ALTING in *Notit. German. Infer.* P. II. Tab. 1, et 2.

c.) Idem hoc ostium exhibet noster WAGENAR. in *Tabula* Tomi II. *Vaderl. Histor.* praefixa; qui tamen ibidem *Hontam* flumen largius oſtentat quam par est, ut infra patebit.

d.) Sic denique adhuc ſeculo XIII. in fine, etſi nonnihil iam contractius *Tabula Guidonis Com. Flandr.* Anni 1274. quam mutilam exhibet SMALLEGANGE l. l. p. 120., emendatius vero exſtat in *Camera Rationum Zeelandiae* inter Mappas Geographicas, in Abbatia S. Petri Gandav., alibique; quam fortasſe ad h. a. ex *Copia* ut vocant *Authentica* denuo recuſam exhibebo, ut quisque de prioris aevi ſtatu iudicium ipſe ferat.

Hi ſcriptores omnes ſuis in *Tabulis* agnoscunt ingentem hunc Maris ſinum, an dicam, ostium; immo ALTINGIVS P. II. p. 212. ubi de *Zeelandia* obiter agit, his uſus est verbis: *Caeterum decesſisſe huic Civitati* [*Zeelandenſi*], *ad Orientem Inſulas, quae inter Scaldiam et Moſae Ostium ſunt: et ad* OCCIDENTEM, QVICQVID *est inter Ottonis Foſſam* [*Hontam* intelligit], *et veteris Scaldis Ostium* ZVIN, *omni*

mni dubio caret. Ex eius igitur sententia ingens hic Sinus alterum fuit *Scaldis veteris* Ostium; eiusque de Ostio sententiae non admodum refragabor, modo in medio relinquatur, an ipsius *Scaldis* ostium vocare liceat. Interim illum sinum tamquam terminum agnoscunt hi scriptores; de HONTA vero sive exitu inter *Breskens* et *Walcheren* penitus silent, vel hunc tamquam minoris momenti alveum per illa tempora considerant, limitandis regionibus, ubi maiora dabantur, parum idoneum. Immo dantur scriptores, qui negant, ante a. 1377. quando circa *Biervliet* tot pagi undis submersi sunt, (qua de re SANDER. *Flandr. Illustr.* T. I. p. 68. b. et nota ad *Chartam Guidonis Geographicam* a. 1274.) exitum inter *Breskens* et *Walcheram*, qui alicuius esset momenti, exstitisse, sed eum alveum conto fere traiici potuisse, vel Cataractis contra maris ingruentis vehementiam occlusum fuisse. *Westkapella* enim, teste BOXHORNIO *Chron. Zeel.* D. I. bl. 283, 285. alio olim sita erat loco, et quidem in occidente Insulae angulo, ubi *fluvius de Zeyp* inter ipsam et *Flandriam* in Oceanum influebat; uti observat MIERIS *not.* ad *Charterb.* D. I. bl. 184. (g), ubi dubitare licet, quum haec ex vetustis sint hausta Annalibus, an pro voce *Zeyp* legi oporteat *fluvius zwein*, *zweyn*, hodie *'t zwin.* Ipse MEIERVS *Ann. Flandr.* ad a. 691. putat, eo tempore, quo S. Willibrordus in Zeelandiam appulit, vel non magnam EXCVRSVS VII.

(g) Nec tamen haec verba in BOXHORNIO l. l. invenire mihi licuit.

EXCVRSVS VII. tunc, vel fere nullam aperturam fuisse inter *Flandros* et *Zeelandos*. Quod quomodo explicari possit, deinde videbo. Immo sec. XI. vix quidquam nisi tenuis alveus illic videtur fuisse, facile traiiciendus, idemque fortasse, qui supra *fluvius de Zeyp*, si vera lectio, vocatur. Narrat enim idem MEIERVS ad a. 1058. et ex coaevis hoc scriptis, ut pleraque alia, narrare videtur; *Monachos Winocibergios corpus D. Levinnae per vicos castellaque maritimae orae Flandriae circumtulisse: quo in itinere — miracula edita, quae Drogo per eos dies Morinorum Episcopus* tamquam coaevus et αὐτόπτης *literis mandaverit*. Ea autem loca sic enumerantur: *In territorio Furnensi —, apud Lessingas in agro Brugensi —, Aldenburgi — apud Wtkerck. — In* INSULA WALACHRIA, *omni copia rerum multitudine hominum ac robore praestantium equorum* (inquit Drogo) *referta, sanatur Ramboldus paralyticus idemque Surdus.* Hinc retro cedit ad *Bruggas*, *Dodeselam*, *Liswege.* Vnde satis patet, facili transitu ex *Flandria* in *Walachriam* tunc potuisse perveniri, et terram de *Breskens*, si non et integram *Cadsandiam*, Walachriae Insulae fuisse accensitam; quippe qui aliter *reliquias* istius Sanctae tam venerandas non ita temere maris periculo exposuisset, dum iter terrestre tantum faceret. Exstat praeterea XVI. seculi scriptor, in multis quidem rebus imprimis remotioribus fabulosus, in feriori tamen ac suo tempore hac de re auditu dignus et verax, M. VAN VAERNEWIJCK *Historie van Belgis* (h), qui refert, in

(h) B. IV. c. 34. fol. m. CVIII. vs. Ed. fol. ed. 1619.

in *Slusana urbe* adhuc suo tempore [obiit autem is a. 1570.] EXCURSUS VII. inventos *lapides sepulchrales*, qui olim eo allati ex insula *Schoonvelde*, quae insula adhuc tempore *Guidonis Dampetrae* exstiterat *cum Ecclesia, Castro, tusschen die botte Kille ende die waterduynen. Ende daer te voren, eert* (i. e. antequam) *van Keyser Ottho omtrent die botte Kille doorgesteken was; soo wast al vaste lant ende duynen, gheen zeewater met allen hebbende.* Memorat porro: *Dese wielinghe brack dore — anno XIII. hondert LXXVI. als zy III. ende XVI. jaren* [i. e. inde ab a. 1060] *den last der Zee ghedreghen hadden, ende daer lach voor de wielinghe een eylandeken ofte schuere, Coesant ghenoemt, voor de groote Kille van der Wielinge Noortwest.* Haec et multa alia, quae de vehementibus inundationibus terrarumque submersionibus et immutatione regionis hinc facta multi scriptores narrant, facile persuadent, *Walachriam*, quae et ipsa maioris extensionis versus Flandriam olim fuit, non nisi tenui alveo vel pluribus alveis fuisse separatam a *terra Cadsantia* ac *Breskens*, ita ut his terris vel coniuncta vel pene coniuncta unam insulam effecerit; nisi *Cadsant* insulam separatam e mari enatam quis putet, ex adverso *Wielingas* sitam, ut verba *Varnewijckii* suadent. Certe maris alluviem etiam a. 1167. ad *Cadsantiam* fuisse, docet huius anni Charta, qua *Philippus* Comes Flandr. dat Monachis S. Bavonis decimas *in Cassant tam de Morlant quam de Werplant*, in MIRAEI Opp. Dipl. II. p. 972. Hoc sensu acceperim, quod Scriptores tantum non omnes

EXCVRSVS VII. crepant, *Flandriam* i. e. *Flandriae hodiernae quandam particulam* cum *Zeelandia* i. e. cum Zeelandiae insula *Walachria* cohaesisse. *Walacbriam* enim seculo IX. per se iam *insulam* effecisse, satis constat.

At contra, quam ingentis momenti, amplitudinis atque vehementiae olim, immo seculo adhuc XV. illud maris *Ostium* apud *Slusas* urbem fuerit, quod olim *'t Zwin* sive *Zwene* dicebatur, vel hinc patet, quod teste SANDERO *Flandr. Ill.* T. II. L. IV. p. 213. b. illo in portu plus quingentae naves belli tempore stationes suas simul habuerint. Cf. EINDII *Chron. Zeel.* ad a. 1054. p. 217. Immo ipsum mare olim maxima vi in mediterraneam hanc partem usque ad *Damme* urbem, quin et ad *Brugas* ingruisse, testes sunt locupletes SANDER. *Flandr. Ill.* T. II. L. IV. p. 203. MEIER. ad a. 1180. et ex Antiquis IOH. IPERIVS *Chron. S. Bertin.* p. 665. qui a. 1180. *Hoc tempore*, inquit, *maxima maris inundatio villam Brugis involvit; quamobrem Comes Flandriae Stancam* [i. e. aggerem] *contra* MARE *fecit, et super illa villam nomine* DAM, *quae in sui principio vocata fuit Hendedam* [l. Hondedam] *propter Caniculum in stanca defossum.* Mitto lepidam hanc de Cane fabellam! MEIERVS ad a. 1180. *Aggeres*, inquit, *eodem anno factos lego ab Hollandis* [innuit, puto, vicinos Zeelandos] *earum rerum longe peritissimis, ab* DAMMIS *ad* SLVSAM *usque, Lamminsvliet tunc dictam, atque* EXTRVSVM MARE, *quod eum tunc tractum inundaverat. — — Hollandi fossores, sicut referunt Dammenses, qui aggere facto et mari* ex-

extruso DAMMVM *condiderunt*, *Didolphi cognomen accepe-* EXCVRSVS VII.
runt. Navigatum autem ibi adhuc est post aliquot annos. Nam teste IPER. *Chron. S. Bertin.* p. 696. ad a. 1213. „ Francorum Rex — contra Ferrandum Flandriae Comi- „ tem — et ad eius terram Flandrensem totum pondus bel- „ li convertens, navigium suum misit ad villam *DAM.* — „ Ferrandus C. Fl. et Reginaldus — navigium Regis, „ quod fuit apud *DAM*, combusserunt, et magnis thesau- „ ris spoliatis inde ad *WALKARAM* Zelandiae insulam cum „ praeda se receperunt ". Admodum autem dubito, utrum per hanc *Walkaram* simpliciter *Walacria* intelligi debeat, an improprie magis Insulae *Walacriae* tunc accen- senda terra *de Breskens*; eo enim facilior erat traiectio et fuga a *Damme* et *Slusa*: sed hoc obiter. Accipiebantur etiam postea *Telonea* ad *Damme*, arg. P. D'OVDEGH. *Chron. de Flandr.* Chap. CI. f° 168. vf° Priori quoque tempore urbs *Bruggae* suum habuit *portum*; quod argu- mento esse potest, maris aestum vel cursum olim ad *Brugas* pervenisse. Vid. SANDER. *Flandr. Ill.* T. I. p. 167. Immo ipsum *Swinum*, prope Slusas, olim *Brugensium* fuisse portum, ac deinde *Dammi*, vocatumque *famosissimum*, et *mirae amplitudinis*, probo ex coaevo auctore RIGORDO *de gestis Philippi*, ubi a. 1213. „ Classis, *inquit*, sua secuta est eum „ per mare, usque in *PORTVM* famosissimum, qui dicitur „ *DAM*, distantem Brugiis duobus milliaribus ". Et mox, „ Ferrandus — occupaverunt naves nostras, quae disper- „ sae erant per littora, quia *PORTVS*, licet esset *MIRAE*

 AM-

EXCVRSVS VII. „ AMPLITVDINIS, eas capere non poterat, cum essent nu„ mero mille septingentae". Immo GVILL. BRITO in *Philippide* L. IX. eadem de re agens hunc portum ita describit:

„ Portum laeta subit DAM nomen ab aggere habentem,
„ Qui tam latus erat, tantaeque quietis, ut omnes
„ In se sufficeret nostras [1213] concludere naves:
„ Quem iuxta speciosus erat DAM nomine vicus,
„ Lenifluis iucundus aquis atque ubere gleba,
„ Proximitate maris, PORTVQVE situque superbus".

Fuit Rigordus, Regis Philippi Chronographus. Cf. VRED. Hist. Com. Fl. Prod. II. p. 35, 36.

At GVILL. BRITO eodem vixit ac scripsit tempore, testaturque *mare* sese Flandros inter et Batavos interposuisse; et quidem

„ LIDVS ubi SCALDO commixtus ad aequoris undas
„ Nomen ferre suum, Scaldo superante, vetatur.
„ *Illuc* ergo suas tandem Rex applicat alas".

At sermo illi est de fluvio *Lisia*, quem vocat *Lidum*, et de exercitu Francorum ad portum *Dammum* applicante; qui iterum sic describitur:

Vbi faucibus arctis
Aestuat a pelago per DAMMICA *littora fluctus.*

Quam

Quam ſpatioſus autem fuerit hic portus, docet nuncius de clade a Flandris et Anglis Francorum claſſi illata: [illegible] VII.

„ Iam *QVADRINGENTAS* tibi ſublegere carinas;
„ Nec patet egresſus qua caetera claſſis in altum
„ Si velit, ire queat; ſic portus Anglica fauces
„ Militia obſervat, littusque coronat utrumque".

Quae verba docent, exſtitisſe illic loci ingentem Oceani ſinum, qui arctis faucibus ſe in terras immitteret. In hoc Sinu Heedenseano, in quo ingens *Dammi* portus, fuit igitur et portus, niſi ipſum ſinum habeas, dictus *Zwinus*, *Zwinum*, vulgo *'t Zwin*, cuius iam exſtat mentio in Charta Florentii V. a 1276. MIERIS I. D. bl. 384. Eiusdem quoque meminit AEM. STOKIVS B. VI. vs. 1149. III. D. bl. 536.

Zonder de Dam metten Swene.

Nec aliunde, quam ex marinis oſtiis ſeu cataractis ibi poſtea contra mare poſitis, ortum videtur, quod illi urbi ſive villae, quae ſec. XIII. *Lammensvliet* dicebatur, post ea nomen adhaeſerit *Sluſae*, (Sluis in Vlaenderen). *Sluſa* enim vox vernacule Cataractas ſive marina repagula ſonat. Cf. HVYDEC. l. l. qui obſervat, Florentium V. mercatores, a quibus ille portus ſive Sinus tunc celeber erat, concesſis privilegiis inde avertere ſtuduisſe. Vrbs, quae hac mer-

EXCVRSVS VII. mercatura tunc potissimum gaudebat, et quae regionis principatum facile tenebat, erat *Aardenburg*, vel ut antiquitus etiam *Rodenburg*. Quod oppidum quantum potentia, divitiis, auctoritate, t. t. hinc viguerit, satis quidem fama notum est; sed fusius explicari ex actis authenticis haud pigebit. Habeo penes me omnes fere *Privilegiorum* Chartas Vrbi Rodenburgo a Comitibus Flandriae inde ab a. 1201. concessas, quarum prima, a. 1201. *Mense Decembr.* dante Balduino C. Flandr. *advenis* in *Ardenborg* commorantibus eodem conceditur esse iure quo sui erant Burgenses in Ardenborg. Iam a. 1226. legitur eius *Scabinagium* ac *ius grutae* urbi divenditum a *Gildulfo Grutario Brugensi*, ut docet Charta a. 1226. *mens. Ian.* eamque venditionem eodem anno, d. 15. Ian. confirmarunt Fernandus Comes Flandr. et Vxor Iohanna. Habebat autem Fernandus hoc Oppidum adeo sibi obnoxium, ut de *mensurarum Denariis* annuum reditum ab ipsis acciperet, a quo a. 1230. *Mense Ianuar.* illos liberat, teste Charta h. a. Immo a. 1279. d. 3. Iun. Guido Comes Flandr. Scabinis *de Moere* concedit, ut iudicium petant a *Scabinis de Ardemborg*, si qua in caussa haesitent. Vid. Chart. Origin. Id quod antea Margareta Comitissa d. 24. Oct. a. 1252. ipsis concesserat, his conceptis verbis: *Ponimus vos* (Scabinos de Ardenburgh) *loco Nostri pro iure et lege faciendis illis de Iancardenburgh quotienscumque ab eisdem fueritis requisiti et quicquid eisdem per vos factum vel iudicatum fuerit secundum legem et consuetudinem ville vestre ratum habebimus et gratum.* Omni-

Prob. h. m. (beside "1201. concessas")

Prob. h. m. (beside "si, ut docet Charta a. 1226.")

Prob. h. a. 15. Ian.

Prob. h. m. (beside "Ianuar.")

Prob. h. d. (beside "3. Iun.")

Prob. h. d. (beside "gareta Comitissa")

Omnium vero maxime potentia huius urbis dignoscitur ex libertatibus privilegiisque, quae Henricus III. Rex Angliae *Mercatoribus Rodenburgensibus* concessit egregia, uti videre licet ex Charta d. 16. Iun. a. 1261. nec non in Charta Margaretae Com. Flandr. qua d. 11. Aug. 1268. huic oppido liberum Mercatum concedit: eaque post ampliavit Guido Comes, quando d. 26. Aug. a. 1280. Mercatoribus peregrinis, cum Hispaniae, Alemanniaeque, tum aliarum omnium regionum in oppido Ardenburgensi mercaturam vel facientibus vel facturis, insignia concessit Privilegia; nec non in Charta eiusdem Guidonis d. 19. April. a. 1299. Immo vero eodem anno, d. 8. Aug. Comes Guido *ius Concambii* concessit. Vnde autem huic Vrbi tanta celebritas, tanta mercaturae frequentia, tot in eam congesta Privilegia ad promovendum commercium comparata? nisi ex commodo situ, atque ex Ostii Heedenseani amplitudine. Itaque nec mirum est, quod supra de teloneis ad Dammum receptis dicebam. Illud autem ad Dammum teloneum iam ante a. 1228. recepisse Comites Flandriae, patet ex Charta, qua Fernandus Comes Flandr. cum Ioanna uxore, a. 1228. mense Maio, *Burgenses de Rodenburg* huius immunes declarat. Quod exemplum postea secuta Ioanna cum altero marito Thoma a. 1241. M. Mart. ex *Muda Francam Villam* fecit, eamque liberavit *ab omni teloneo intra villam Mundam, et villam de Dam et undique infra portum qui vulgaliter appellatur* SINCVAL *apud novum portum similiter et apud Dunkerkam.*

SECTIO VII.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. m.

EXCVRSVS VII.

kam (i). Videtur tamen iam a. 1228. locus et aqua ad Dammum nonnullam subiisse immutationem, ita quidem, ut Fernandus Com. Flandr. in sua telonei immunitatis Charta Rodenburgensibus a. 1228. concessa caveat, ut, *si teloneum, quod* (hucusque) *apud Dam accipi solebat, alibi acciperetur, propter loci* PERMVTATIONEM *vel* AQVE INTERCLVSIONEM, eamdem tamen obtinerent immunitatem. Receptum tamen illic adhuc esse a. 1241. et 1244. argumento est Charta modo memorata, et altera *Mens. Februar.* a. 1244. per quam Margareta Com. Flandr. confirmat dictam Fernandi immunitatem *Burgensibus de Rodenburgh* concessam. Immo vero naves ex Anglia solventes, quae olim per *Swinum* et *Dammum* ad *Brugense Opidum* appulerant, postquam *Dammensis* ille meatus occludi vel coarctari coepit, iter suum una cum mercatura per sinum hunc *Heedamum* sive *Swinum* secundum urbem *Slusas* videntur transtulisse ad hoc oppidum Aardenburg: uti conficias ex Charta *Eduardi* Regis Angliae a. 1296. qui Mercatores privilegiis mactat, qui *ad Opidum* DARDEMBOVRG *et* PORTVM *ipsius cum navibus bonis et mercimoniis — veniant, — iuxta quod consueverant facere apud* VILLAM DE BRVGES *temporibus retroactis.* His adiice, me testes habere seculi XII. et XIII. Chartas authenticas, quae docent, ubi nunc terra continens conspicitur, tunc temporis exstitisse iactus ma-

Prob. h. a. — Prob. h. m. — Prob. a. 1296. 18 Nov.

(i) Haec charta eo magis meretur attentionem, quod in ea clarissima mentio notissimi illius Portus *Sincfal*, in quo tot scriptores desudarunt. Qua-

maris, alluviones, terras e mari aggestas (gorſen en EXCVRSVS VII.
ſchorren) inter *Dammum* nempe, *Biervlietum*, et regionem adiacentem, ubi ſinus Sluſanus ſuam olim vehementiam exercebat. Sic in Charta inedita Guidonis Com. Prob. 1282. Apr.
Flandr., qua Ioanni Namucenſi filio ſuo multas largitur terras, memorantur:

Vn ſcor a le Groude el mestier de Bruges,
Vn ſcor ale Moerkercke entre deux havenes,
Vn ſcor encoste Lapſcure,
Vn ſcor entre Moerkercke et le Houke,
Vn ſcor encoste Remg Herſuliece (haec vitioſa) *et tous les vedis giſant* ENTRE DAM *et* BIERVLIET *et* ALKENIS *par tout ſi avant, que li Mestiers de Bruges s' estent.* Atque in inſigni illa Franconatus Brugenſis *Chora* ſub Comite Flandr. Philippo ſcripta, intra a. 1168—1191. apud OL. VRED. *Hist. Com. Fl.* Prodr. II. p. 440. de Cadſant hunc in modum ſermo est:

Sequitur de Wlpingis.

Homines de WLPIA, *ſive de* CAEDSANT *ſummoniti — ad diem placiti, ad quem citius* PRE MARI *venire poterunt.* Vnde videmus, *Cadſant* per mare fuiſſe ſeparatum a Brugis, vel ideo quod haec inſula fuit, vel quod ingens ille ſinus marinus fuit interpoſitus.

Quae manifesto omnia ſunt indicio, quantum aquae illic

 olim

Quapropter et hanc in Cod. Probb. ad d. 14. Mart. 1316. integram dabo; ubi istius confirmatio habetur in controverſia inter incolas de Lamensvliet et Muda.

EXCVRSVS VII. olim meaverit, ubi nunc terra continens, et contra quantas immutationes totus hic tractus exundationibus aquarum ubique ſit expertus, ita ut de hodierna terrae facie ad pristinam argumentum capere penitus nequeas.

Concludamus! quum tenuis ille Sinus inter Fliſsingam et Breskens non fuerit eius momenti, ut celeberrimum illius terrae discriminatorem agere commode potuerit; contra vero hoc aevo perquam celebre exſtiterit ingens illud Maris ostium prope Sluſas: oportebit hinc *Heedenseanum* Ostium quaerere ad *Sluſas*; adeoque aliqua Terrae particula, hodie Flandriae accenſita, olim *Walachriae* vel connexa vel paene connexa fuerit, neceſse est.

§. IX.

II? *Ex nomine.* Verum dantur et alia, quae multo etiam firmius idem probent. Si enim ad ipſum nomen *Heedensee* reſpicias, nihil certius eſse videtur, quam quod dixi. Sive enim vox *Hedenséè* terminetur in *neſse*, quaſi dicas loca depreſsa fluvii *de Heede*, ſive terminetur in-*éé*, quaſi eſset terra aquoſa fluvii *de Heede*; parum refert; modo ſcias, ipſum fluvium *de Heede* hodierna die ſub eodem nomine ibidem exſtare, et in hunc Sinum effluere. Labitur, inquam, hodiedum amniculus quidam *de Heede* in Sinum Sluſanum, ut indigenis et Tabulis notum. Immo ipſa Regio ſive ille terrae tractus ab hoc amniculo adhuc dividitur in duas partes, vulgo ſub *Wester-eede* et *Oos-*

Ooster-eede cognitas, certisſimo argumento, hunc amniculum olim maioris fuisſe momenti quam hodie. Ne quis autem putet, non eam esſe fluvii *Eede*, vel *Hee*, vel *Ee*, ut vulgari ſermone pronunciabatur, antiquitatem, ut hinc nomen derivari potuerit, en tibi! Guidonis Comitis Flandriae Chartam ex Originali exhibitam in Registro Pergameno Oppidi Ardenburg. fol. 7. datam d. 4. Iun. a. 1279. ubi Gallice vocatur *l eauwe con apeele* EE, *ki cuerd entre Ardenburgh et Slepeldamme*, cuius *Vidimus* Originale habet *con apeele* HEE: quam Chartam totidem verbis confirmavit Ludovicus Com. Flandr. d. 17. Ian. 1337. in Charta Orig.; ubi etiam ſermo fit de faciendis aggeribus ab utraque amnis parte. Immo regionis diſtinctio, quae etiamnunc vocatur *terra Beooster-ee* et *Bewester-ee*, iam cognita fuit a. 1286. uti probo ex Charta d. 1. Iun. a. 1286. qua Walterus *de Coekelare Miles* arbiter ſedet inter *Burgenſes de Ardenburg*, et qui habitabant *in Ardenburgambacht beooster Ee ende bewester Ee.* Id quod propterea urgeo ac probo, ne quis dicat, hunc amnem ſerioris fuisſe originis. Ab hoc enim fluvio longe diverſus ille est Aquaeductus, quem fieri permiſerunt Comes Flandr. THOMAS et uxor eius IOANNA M. Ianuar. a. 1243. isque in ſequiore Charta d. 7. Oct. 1402. data a Magistratu Ardenburgenſi diſtinguitur ab amne *Eede*, in quem dicitur illabi, et boream verſus per *Slepeldamme in corpus maris exiisſe.*

EXCURSUS VII.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. m.

Prob. h. d.

EXCVRSVS VII.

§. X.

III° Ex-bus Brugis gestis.

Confirmantur haec per res a Comitibus nostris cum Flandris gestas. Vnde enim cuncta, quae de limite Zeelandiae *Heedenseano* gesta sunt, *Brugis* sunt peracta, nisi propterea, quod Vrbs *Brugae* ab hoc freto proxime abesset, et vel navigiolo vel curru adiri posset. Sic Comes Holl. Florentius, a. 1165. a Flandris captus, *Brugis* servatus est. In Pacto Heedenseano a. 11$\frac{67}{68}$ §. 2. convenit, ut Duella sive certamina singularia, oritura inter Nobiles Zeelandos intra Scheld et Heedensee, non nisi *Brugis* haberentur; ac nobiles huius pacti obsides *Brugis* servarentur. Ipsum pactum a. 11$\frac{67}{68}$. *Brugis* in Domo Praepositi S. Donatiani initum est coram Zeelandiae Hollandiaeque nobilibus; necnon pacis istius tabulae hodiedum in Archivis Ecclesiae Cathedralis *Brugis* asservantur. Quando nova maris per hunc sinum irruptio a. 1180. urbi Brugensi ruinam minabatur, dicuntur *Hollandenses* statim praesto fuisse, et urbi Damme, tunc *Hontsdamme*, iactis contra mare molibus sive aggeribus, originem dedisse. Rem referunt pluribus MEIER. *Ann. Fl.* a. 1180. et IO. IPERIVS *Chron. S. Bertin.* l. l. Per *Hollandenses* autem non alii intelligendi videntur quam Hollandiae subditi, sive vicini Holl. Comitis subiecti, i. e. *Zeelandi*, qui inter Heedensee et Scaldim proxime habitabant. Quicumque enim sub Comitis Hollandiae imperio erant, sive in Zeelandia, sive alibi habi-

Prob. h. a. 27. Febr.

bitabant, *Hollandenses* vocabantur; ut infra satis patebit. XXCVIII VII.

§. XI.

Verum eadem illa marini huius Ostii coarctatio novum pro Heedenseano sinu mihi argumentum suppeditabit. Hunc enim Maris sinum paullatim coarctari coepisse, contra vero Hontae ostium dilatari, videre iam est in Tabula Geographica Guidonis anni 1274. Qua de caussa, quum *Sceldani et Heedenseani* limites hinc paullatim commutarentur, Florentius V. Comes necesse duxit, quod antea *inter Scheld et Heedensee* dicebatur, nunc clarius efferre. At quomodo id extulit? En argumenta duo, quibus res, ni fallor, conficietur. In Chora a. 1290. 13. Nov. in MIERIS *Charterboek* D. I. bl. 511. a. „ Allen den „ ghenen, die wonen - tusschen *CAESANT* ende Greve- „ ninghe *ENDE ALLE DIE GRONT*, die hier tusschen ghe- „ legen is, die men heet Zeelant - wtgenomen Middel- „ burch, Ziericzee-." Ne quis dubitet, in fine hoc explicat §. 136. bl. 523. „ dat men 't aldus zal verstaen, tus- „ schen Casant ende Gravenynghe, Hontmuden, ende die „ zee, *ENDE* alle die gront, ende alle die landen die hier „ binnen gheleghen syn, wtgenomen". — Alterutrum enim verum est: voces *tusschen Cadsant* vel includunt vel excludunt Cadsant. Cadsandiam autem his finibus includi cur censeam; faciunt verba proxime sequentia „ *tusschen* „ *Casant* *ENDE* *alle die gront, die hier tusschen ligt*". Si enim

IV.° Ex ostii mutatione.

ᴀʀᴛɪᴄᴠʟᴠs VII. enim excluderetur, fcribi debuisfet „ *tusfchen* CASANT ALLE *die gront.*" Si quis tamen magnopere contra nitatur, et Cadfant excludi malit: rogo, quare *Florentius* V. alios Zeelandiae terminos hic indicaverit, quam hactenus ufitatum erat, nempe Scheld et Heedensee? Cuius immutationis tunc afia, puto, ratio reddi non poterit, quam quod vel ex pacto, vel ex fluminum immutatione, vel ex nova inducta posfesfione hi fines coarctari coeperint, etfi formula *inter Scheld et Heedensee*, vel *inter Bornesfe et Heedensee*, diu posthac frequenti ufu ex prioribus nimirum Chartis permanfit. Quod fi nec hoc admittatur, tunc certe fequeretur, voces *tusfchen Cafant*, penitus intra Zeelandiam includere terram DE BRESKENS: quod unice requiritur, ad probandum, *finum Heedensee* non exftitisfe ab hac parte terrae de Breskens. Alterum argumentum idque difertis verbis prolatum peto ex Charta FLORENTII Comitis, cuius admodum vitiofe apud MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 356. editae particulam proferam ex *copia*, quam vocant, *authentica* in Registro Pergameno Vrbis Mediob. N° 4. fol. 10. vf° ubi ad a.
Prob. h. d. 1271. d. 1. Iun. fic habetur: *Quicumque duas marcas hollandie uel amplius valens de foro ad forum attulerit ex parte* ORIENTALI *der* MASE *uel ex parte* OCCIDENTALI *der* ZWENE, *terra Flandrie excepta, debet hanfari.* Est haec genuina et accurata totius Zeelandiae intra Bornisfe et Heedensee fitae defcriptio, quippe quae ad orientalem partem habebat MOSAM, ad occidentem vero fluvium DE ZWENE. Sermo enim est de *fraternitate* Merca-

catorum Middelburgensium, qui per totam Zeelandiam merces suas vendere satagebant, quam Comes hoc Privilegio confirmabat. Quae autem adduntur, *terra Flandriae excepta*, egregie confirmant ea quae dixi, nempe, limites Zeelandiae, etsi ad *Zwinum*, hodie *'t Zwin*, sese extenderint, paullatim tamen coarctari coepisse, quia Flandri iam ibidem suas habebant possessiones. Verba enim Privilegii sic intelligi debent, ut indicentur termini Zeelandiae, intra quos negotiari quidem liceret, inter Mosam puta et Heedensee, nunc Zwinum dictum, ita tamen, ut ea terra Flandriae, quae ab hac *Zwini* parte nunc iaceret, hoc Privilegio, utpote Hollandis, non Flandris, datum, non comprehenderetur; quia in favorem suae quidem terrae Comes hoc largitus est, non vero Flandrensium, quorum agri iccirco excipiuntur. XXCVIII-XCVII. VII.

§. XII.

Haec hactenus disputata maiorem probationis speciem acquisitura videntur, si persuasero: Vo. Ex fossae Ottonis et Hontae cursu.

1.) Celebrem Ottonis Regis fossam, *OTTONIANAM* seu *OTTINGAM* dictam, ab urbe Gandavo in hunc Oceani sinum per quosdam Canales incurrisse.

2) Flumen *HONTAM* verisimiliter eodem cursum suum flexisse, antequam ingens illa maris apertura inter Flissingam et Breskiam facta est.

EXCVRSVS VII.

§. XIII.

Fossae Ottonis historia. De Fossa Ottoniana priusquam dico, refellendus erit inveteratus ille error, qui cum *Nostrates* tum *Flandros* dudum occupatos tenuit. Volunt nempe serioris aevi Scriptores, hanc Fossam ab Ottone Rege ex Gandavo deductam effecisse flumen Hontam, sive ut hodie vocamus Scaldim occidentalem.

Quem errorem ut profligemus, prius res gesta paucis illustranda est; quae sic habet: Post diuturnas inter Imperium Germanicum et Regnum Francicum controversias *Prob. a. 941.* de Lotharingiae, cuius pars Zeelandia tunc etiam erat, possessione, tandem OTTO MAGNVS, Germaniae Imperator, has ita diremit, ut in confluviis fluminum *Scaldis* et *Legiae* Gandavi castrum per suos excitaretur, eique praeficeretur vir primarius ex Billingana Saxonum stirpe oriundus Comes WICHMANNVS, cui regendas subiecit terras *Wasiae* et *IV. Officia*, vulgo IV. Ambachtas, *Hulst*, *Axel*, *Boucholt*, *Assenede*; ut ex eorum reditibus viveret. Verum ne quid posthac oriri de Francorum et Germanorum limitibus controversiae posset, duxit Fossam, a nomine suo OTTONIANAM sive OTTINGAM appellatam; quae Regni Germanici ac Francici disterminator esset. Pluribus rem memorant Annales Flandrici, MEIERVS, OVDEGHERSTIVS, GRAMMATE, et alii; eamque alibi fusius explicabo; nunc rei summam dixisse contentus.

§. XIV.

§. XIV.

XCVIII–VII.

Errant igitur, qui hanc fossam eamdem esse atque *Hontam* dicant. Nam *Non est flumen Honta.*

1° Quum nemine contradicente Ottonis Fossa ducta sit a *Castro Gandensi*, proinde nullo fieri modo potest, ut haec Fossa ipsa *Honta* sit. Crassus in his est error ALTINGII *Not. Germ. Infer.* P. II. Tab. III., qui nulla Gandavi urbis ratione habita *hanc Fossam* inter *Zuidbeveland* et *Wasiam* cum *IV. Officiis* duxit. Hunc secuti sunt plurimi; sed perperam. Inchoari enim debet a *Gandavo*, nisi omnis historiae fides penitus subvertatur. *1ª ratio. Fossa Ottonis incipit a Gandavo.*

2° Constat certissime, *Hontam* flumen humana non esse perforatum arte neve ductum, sed elicem seu potius plures numero esse elices fluvii *Scaldis*, qua is a tergo Zuidbevelandiae inter hanc insulam et continentem Brabantiae terram decurrit. Plures inquam elices! nam Honta habuit a parte superiore plures alveolos (Belgice *killen* dictos), qui varias per paludes currentes, terrarum inundationibus paullatim coniuncti coaluerunt; ita ut Honta iam mature ingentem paludem, immo ingens quasi mare in superiore parte formare coeperit inter *Wasianam* et *Bevelandicam* ditiones. De pluribus Hontae alveolis testes sunt vetustissimae Chartae, quae memorant controversias de *teloneis* in *Honta* fluvio percipiendis. Sic a. 1276. apud MIERIS D. I. bl. 386, inter se digladiabantur oppidani de Ant- *2ª ratio. Honta est a tergo Zuidbevelandiae pluribus alveis, non inter Flandriam et Zuidbeveland.*

EXCVRSVS VII. werpen cum Petro Belaert — *over den Tol of het vrygeleide van* RIELLANT etc. *als zulken, die den Tol of het vrygeleide ontfangen over* GEHEEL DE HONTE. Vel ut haec Charta Latine habet apud MIERIS D. II. bl. 656. *Nos Arnoldus de Lovanio, Dominus terre de Breda, Aernoldus Belaird, Petrus, — de Theolonio sive conductu de* RIELAND; *Witte et Aernoldus, fratres de Valkenisse, — de Theolonio sive conductu de* VALKENISSE; *Hugo Betto — de* INCLINOIRT — *de Theolonio sive conductu de* AGGER; — *quod super discordia seu controversia, quae vertebatur inter nos nostrosque coheredes qui recipiunt theolonium sive conductum* VBIQVE SVPER HONTE *ex una parte, et Burgenses Andverpienses* —. Vbi *Honta* clarissime respicit ad fluvium inter *Brabantiam et Zuidbevelandiam* ad meridiem, non vero ad Occidentalem *Bevelandiam*, neque res spectabat nisi Antwerpienses. Eodem modo a. 1283. Affligemensi Abbatiae dederunt Witto de Valckenisse et eius fratres, ut libere possent navigare, *door onse tollen die wy — ontfangen in* DE WATEREN *tegen over Valckenisse, die de* HONTE IN 'T GEMEEN *word genoemt*. Quod idem a. 1284. fecit *Pieter Belaert* cum suis heredibus, super teloneis, *in* DE WATEREN *tegen* RIELLANT, *die de* HONTE *in 't gemeen wordt genoemt*. Quas immunitates a. 1285. Florentius Comes confirmavit apud MIERIS D. I. bl. 453. Quas omnes Char-

(k) *Rillant*, *Agger*, *Valkenisse*, loca sunt, quae olim exstabant in Zuidbe-

Chartas, hactenus nonnisi vernacule cognitas, nunc tandem, unam amplius, Latine ex Originalibus profero in Probb. ad a. 1283. d. 13. Ian. et 27. Nov. a. 1284. Dec. et 1285. August. ubi in 2ª et 3ª plurali numero vocantur *Aquae contra Valkenesse* et *aquae contra Rilant, quae vulgariter* HONTE *appellantur* (k). EXCVRSVS VII.

Vnde mihi duo haec obtinere videor. Primo quod Honta fluvius, proprie et per excellentiam ita dictus, fluxerit ibi locorum, ubi in Chartis eo tempore datis collocatur; adeoque pars vel alveolus quidam *Scaldis* fluvii fuerit, quae a tergo Zuidbevelandiam raderet, vel oblique hanc permearet. Quum autem saepe eveniat, ut nomina paullatim ulterius extendantur: sic etiam postea id nomen in inferiori parte *Scaldis Occidentalis* invaluerit. Hoc tamen nondum his obtinuisse temporibus, certum est ex his ipsis verbis, ubi Nobiles ad a. 1276. dicuntur, *Telonea sua* accipere, ad *Valkenisse*, — *Agger* — super GEHEEL *de Honte*, vel, ut in reliquis Chartis *in* AQVIS *de Honte dictis*. Atqui constat, hos Nobiles, qui TOTIVS *Hontae* sibi telonea vindicabant, non ulterius unquam ius suum extendisse, quam in eam fluvii *Scaldis* partem, quae inter *Brabantiam* et *Zuidbevelandiam* ad meridiem porrigitur; nunquam vero dominium suum protulisse ad eam partem, qua currit inter *Wasiam* et *Zuidbevelandiam* ad occidentem; ac multo minus versus *Walachriam*, ad quam hodie occidentalis ille

bevelandia ad Scaldim exadversum Brabantiam, nunc fere mari obruta.

EXCVRSVS VII. amnis ſub *Hontae* nomine in mare delabitur. Vnde etiam eadem illa Concordia, a. 1276. inita, denuo multis post annis, d. 5. Iun. 1342. utpote ad Brabantinos, non vero ad Waſiae ac Flandriae Comites ſpectans, confirmata est per *Ducem Brabantiae* et *Comitem Hollandiae*: cuius confirmationis Charta exſtat in MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* D. II. bl. 656. Quocirca illud *Teloneum*, quod olim variis manſionibus ad *Agger*, *Rilland*, *Valkenisſe*, aliosque *Hontae* alveos, recipi ſolebat, postea coniunctim recipi coeptum est in Pago ſive ſtatione *Terſekeroort*, celebri quondam loco propter Teloneum, *den Terſeken-Tol* dictum; cuius accepti et expenſi Rationum Libri, inde ab a. 1410. usque in ſera tempora, magna ex parte ſuperſunt in Camera Rationum Zeelandiae, quamplurimis iisque craſſis Voluminibus Pergamenis. Haec porro confirmantur alia Charta *Ioannis* Ducis Brabantiae a. 1291. apud MIERIS D. I. bl. 541. qui quum haberet *ſua Theolonia* ad *Papenisſe* (l) et *Burgvliet* (quae loca ſunt iuxta *Tholen* et *Bergam Zomenſem*), Henricum quemdam immunem declarabat *ab omni Theoloneo ſeu conductu ſuper* HONTAM, *et ſuper* SCALDAM. Quae verba eo ſunt inſigniora, quod Dux Brabantiae „ *Telonariis ſuis de Papenisſe et de Burg-* „ *vliete* imperat, ut *Henricum de Buſſel* ſuosque Tholenſes

(l) Videtur hodie dici *Papemuts*, estque traiectum fluminis inter Tholam et Bergen ad Zomam, uti *Burgvliet* pagus ibidem.

(m) Hoc igitur ſenſu accipi etiam videntur Comitum Conceſſiones Dor-

„ ses *immunes* praestent *ab omni* suo *Theloneo super* HON- EXCURSUS VII.
„ TE *et super* SCALDAM". Certissimo sane argumento, Hontam tunc cucurrisse secundum Brabantiam a tergo Zuidbevelandiae versus Bergam ad Zomam et Tholam, ac duo haec nomina non alios respicere amnes, quam qui inter *Brabantiam* et *Zuidbevelandiam* currebant; siquidem *Brabantinis* nullum in Flandriam Wasiamque ius erat (m). Brabantinos nempe ad *Bergam op Zomam* teloneum exegisse, docet Charta circa a. 1354. in VAN DE WALL, *Handv. van Dordr.* D. I. bl. 223. Immo plures habeo Chartas, quae idem de variis locis docent. Intra hos autem amnes *Hontam* et *Scaldim*, invicem separatos, credibile est, extitisse a. 1323. illam Aggerum praefecturam sive *Dijkgraafschap tusschen* HONTE *en* HINKELE, quam h. a. Prob. h. a.
Comes noster dedit administrandam cuidam *Nicolao van den Weerde* apud MIERIS D. II. bl. 312. et cuius antiquiora iam reperio vestigia in Charta inedita Florentii V. ad a. 1283. 13 Ian. supra memorata, ubi sic habetur: *Qui-* Prob. h. d.
dam nostri homines infra [i. e. intra] HONTE *et* HINKEL *commorantes coram nobis recognoverunt, quod* [Affligemenses] *per aquam, quae Honte dicitur, libere pertransibunt.* Per quos *homines* intellige eosdem, qui in Charta a. 1276. occurrunt tamquam *telonii receptores*. Ac praesto est ar-

Dordracenis datae, ut *in Scaldi et Honta* Telonii stationes habeant. Talis statio *optie Honte ende optie Schelde* memoratur a. 1443. apud VAN DE WALL *Handv. van Dordr.* D. III. bl. 544. Habebant et tales Geervlietani, ibid. *not.* bl. 545.

excursus VII. est argumentum, quo haec ſententia ſtabilitur, omni exceptione maius in Charta Caroli V. (vulgo Octroy der bedijking van den Agger,) ubi diſertis verbis dicit,
Prob. a. 1552. „ duos hos amnes nonniſi per agros ac Parochias *de Agger, Badt en Hinkel*, invicem eſſe disiunctos; quorum aggeres ſi non reficerentur, metus foret, NB. *ne duo hi amnes coalescerent*, et ingentem hinc terrae iacturam facerent ad latus *Brabantiae*, ubi *Borchvliet*, *Hildernesſe*, *Woensdreeht*, *Oſſendrecht et Santvliet*: (qui profecto Pagi omnes a tergo Zuidbevelandiae iacent;) unde conſequenter in poſterum incommoda et damna pateretur terra Flandriae, ad partem *Saſtingae*". Haec *Carolus Imp.*

Secundo: Ex his Chartarum verbis obtineo, quod *Honta* amnis plures habuerit rivulos, admodum mutabiles; quorum hic labebatur ad *Rillant*, ille iuxta *Valkenisſe*, iste ſecundum *Hinkelenoort*, denique quartus, prope *Agger*; quae loca adhuc in *Tabulis Geographicis* nota ſunt a tergo Zuidbevelandiae e regione Brabantiae; ubi et navigantibus vetera alveorum veſtigia adhuc fere ad oculum monſtrari posſunt. Non aliam enim ob causſam hic quatuor diſtincta locis *Telonea* ſeu *Telonei* ſtationes fuiſſe videntur, niſi eo fine, ne qua navis per *illas aquas* ſive canales, communi nomine *Hontam* dictos, a ſolvendo teloneo ſe ſurriperet; minime vero, ut naves inter Zuidbeveland et Flandriam verſus Walacriam immunes navigarent.

Concludo igitur, ab foſſa Ottoniana Hontam longe diverſum eſſe alveum, vel alveos; quippe cuius meatus

non

non *Walacriam* versus, sed ad *Bergam Zomensem* porrigerentur, quum contra fossa Ottoniana Gandavum versus se extenderet. EXCVRSVS VII.

Tertia ratio, cur Fossa Ottinga non sit hodierna Honta, quae nunc secundum Wasiam defluit, haec est: quia satis patet, illam aquam, quae hodie inter Wasiam et 4. Ambactas ab hac, et Zuidbevelandiam ab illa parte, labitur, non esse Canalem, arte manuve factum; sed orientalis Scaldis fluminis vehementia et aestu pedetentim inter Wasiam et Zuidbevelandiam deviasse, ibique novum exitum quaesivisse. Vti enim ex antedictis probabile videtur, Hontam, qua Hontam, priori tempore non ulterius se extendisse quam ad Pagum, hodiedum, seculoque etiam XIII. notum, *Hontenisse*, ibidemque vel in continentem terram Wasiae incurrisse, vel in paludes ac maris aestuaria immersum evanuisse: sic non tantum pristino aevo nulla penitus *Hontae fluvii* vel fossae vel canalis mentio occurrit; sed contra ubique sermo de ingentibus inundationibus, immo *maris aestuariis* in Chartis vetustis. Saltem ante hoc temporis spatium prope oppidum *Hulstam* exstitisse ingentes paludes sive *maris aestuaria*, testes habeo Chartas, omni exceptione maiores. En tibi Chartam d. 5. April. a. 1269. quam admodum vitiose et dimidia vix parte ex Camera Ration. Insul. edidit V. R. FOPPENS *Nov. Coll. Dipl.* T. III. p. 603. quam integram nunc et emendatiorem ex Authentico exhibeo, qua *Margareta* Flandriae Comit. Abbatiae de Cambron possessiones apud Hulstam et Stoppeldijk confirmans, sic ait: *Cum Iohanna quondam Flandr.*

3a. ratio. Hodierna Honta non est arte facta.

Prob. h. d.

EXCVRSVS VII. *Comitisſa contulisſet — totam terram de* INDICO *et de* VTDICO *in* OFFICIO *de* HVLST; *et occaſione huiusmodi vocabuli* VTDICI *intelligere vellent Abbas et Conventus* OMNES IACTVS MARIS, *et quod dicare* [i. e. aggerare] *posſent et acquirere ſuper* MARE *ad libitum ſuum in* OFFICIO *memorato*: *nobis contra asſerentibus, quod ratione d. vocabuli* VTDICI *non debet intelligi niſi terra tempore ſactae collationis habitata, et* DICO *omnino adhaerens — tandem mediantibus bonis viris — donavimus eandem terram de* INDICO *et* VTDICO, *ſicut eam posſidet in praeſenti; nec non et omnem terram quam ſuper* MARE *acquiſierunt in Officio de* HVLST *et de* AXCELE. — *Omnes praedictas terras certis vocabulis et terminis commenſuratas — Polram — in qua ſita Curtis eorum de* STOVPEDICH [i. e. Stoppeldijk] *continentem cum* TERRA *et* AQVA *quingentas ſexaginta novem menſuras parum plus vel minus* [ſic in Authentico]. *Polram de veteri* HAVECH [hodie etiam notum est *de oude Havik*] — *cum terra et aqua ducentas viginti tres menſuras. Polram* — ALEXANDRI — *cum terra et aqua. — Polram de novo* HAVECH — *cum terra et aqua* 215. *M. Polram de Stripiae* — 180. *M.* cett. — *Item* — 33. *bonaria Wastinae* [i. e. incultae terrae] *iacentis in loco — Dorpe, quae tempore collationis — in Officio de Hulst erant*: *inſuper et Dicos — cum barmis eorum continentes nonaginta menſuras — nec non et* VTDICVM *extra* OXENESSE [hodie Osſenesſe], *qui vocatur Herbiertſant et Bloumeſant —. Donamus centum bonaria* MORI *tam in fundo quam in ſuperficie.* [Ex his] 60. *bona-*

naria [hodie bunderen moers] *quae iacent ſuper locum* — EXCVRSVS VII.
Bougard et via de Hulst quae ducit apud HVLSTERLO — cett. Comitisſa vero ſibi retinet *omnes iactus maris extra prefatos Vtdicos, et omnem terram, que extra terras predictas per* ALLVVIONEM *vel per* IACTVM MARIS *ſeu per* DICATIONEM *ſive alio modo ſuper* MARE *acquiri poterit.* En ſtatum Regionis ad *Scaldis* elicem prope Hulstam ſec. XIII.

Inſignis haec Charta ante annos plus quingentos ſcripta interim multa nos docet:

1. *Indicus Vtdicus* et *Dicus* nomina ſunt, (ut V. Rev. FOPPENS ibid. obſervat) e vernaculo deſumta, ſignificantia, *binnensdijks, buitensdijks*, et *dijk*, ſive aggerem contra inundationes Maris. Fuerunt igitur iam tempore *Aggeres* contra maris impetum ibi poſiti.

2. Exſtitit etiam tunc MARE ibidem loci, in vel ad Officium *Hulstae* et *Axelae.* Nam ſic Charta: *omnem terram quam ſuper* MARE *acquiſierunt in Officio de Hulst et de Axcele.* Dehinc memorat: *Omnes iactus Maris* — et *quod dicare posſent ſuper* MARE *in Officio de Hulst.*

3. Quod ſi MARE tunc adfuit, hinc admodum vero accedit, quod *Honta* fluvius, variis alveis ab Agger, Rilland, Valkenisſe, decurrens, iuxta Hontenesſe in hoc mare abſorptus ſit, vel amnem mediterraneum ibi fecerit, qui ſecundum Hulstam et Axelam prolabens paullo inferius adhuc vestigia nominis ſervet in *de groote Hontskreke*, et *kleine Hontskreke.* De qua re postea.

4. Si Iohanna Com. ſuo tempore intra a. 1205—1244.

 iam

EXCVRSVS VII. iam dedit *Indicas* et *Vtdicas*, i. e. terras intra et extra aggeres contra mare positos: satis patet, iam tunc exstitisse inter Zuidbevelandiam et Flandriam alluviones et submersiones terrarum. At vero, quum quaestio fuerit super VITDICI voce, quandoquidem Abbas per hanc *omnes* MARIS *iactus* intellectos volebat: docemur, tantam fuisse eo iam tempore illic maris vehementiam, ut terrae alluvies identidem nascerentur.

Verum quid opus est, ut argumentis confirmare allaborem, Maris *aestuaria* sive ipsum *Mare* hic exstitisse. Loquantur aliae Chartae; plures enim habeo, quae idem probant. En Chartam ineditam *Balduini* Com. Flandr.
Prob. h. d. d. 4. Dec. a. 1199. *de Decimis in Hulst*, ubi sermo est de *Decima terrae, quae in posterum acquiratur* SVPER MARE, — quam *decimam de Hulst pater* eius *b. m. Balduinus* et *Comes Philippus* eius *avunculus tenuerant*. Porro illic mentio *de colenda* illa *terra vel dicanda*, et *de non fodienda terra intra* DICVM *ad sal faciendum*. Nec non Chartam
Prob. h. a. *Philippi* Com. Flandr. a. 1183. qua dat *Domui B. Mariae* de Coffarde [in Wasia] *Terram* MARIS *inter* OSSENESSE *et* HONTENESSE *iacentem, quae Werplant sive Zand vocatur, et quicquid — deinceps ei ex* MARI *accreverit*. Nihil his verbis disertius, nihil definitius; idque iam seculo XII.

Quod si *Mare* hunc terrae tractum intermeaverit: cursus Hontae improprie sic dictae alius tunc esse debuit atque hodie obtinet. Qui fluvius si manu factus non est,

se-

ſequitur, Fosſam Ottonianam ab hac Honta longe esſe diverſam. EXCVRSVS VII.

Denique 4ª ratio, quare Fosſa Ottoniana *Honta* esſe nequit, inde petitur, quod vulgaris Veterum opinio hanc Fosſam Ottingam eiusque exitum verſus *Wielingas* collocat. Wielingae autem, quae hodie undis abſorptae, olim iacuerunt inter veterem Westcapellam et maritimam Flandriae oram. Quam veterum opinionem, utcumque interpretatione laborantem, veram tamen esſe, aut certe vero ſimilem, ſtatim deprehendemus. *4ª. ratio. Fosſa alibi exit.*

§. XV.

Viderunt hoc iam alii; ubi tamen Fosſam Ottonis quaererent, dubii haeſerunt. Vulgaris hodie fert ſententia, hanc Ottonis Fosſam cucurrisſe vel ductam fuisſe inde a Gandavo, et quidem *a ponte S. Jacobi* usque ad *Roonhuiſen*, ſeu Domum Rubram; hinc ad Zuiddorpe, inde Axelam transverſam permeasſe, et tandem ad Ter Neuſen in Hontam ſe emiſisſe. Habetis hanc ſententiam in *Tegenw. Staat van Zeeland* D. I. bl. 5, 6. et in *Praefatione* V. D. TE WATER ad BVRMAN *Utrechtſche Jaarboeken* D. III. nec non in Demonſtratione Belgica a. 1727. vulgo *Deductie van de Staten van Zeeland, wegens den eigendom der Hoofdplaat* in de *Staten Notulen van Zeeland* a. 1727. *Nec est fosſa Axelana.*

Et habent ſane hi ſcriptores argumenta prima ſpecie ſa-

EXCVRSVS VII. ſatis blandientia; nempe (1) quod intra et extra urbem Axelam nomen *Veteris Canalis Gandavenſis* (de oude Gentſche Vaart) adhuc notum ſit: (2) quod ibi locorum villa adhuc cognita ſit nomine *de Oothene*, vulgari pronunciatione *de Noten*: quod nomen ab *Ottonis* foſſa deduci credunt. Addere potuisſent tertio, quod in *Mappa Guidonis*, inde a *Gandavo* ſecundum *Axelam* adhuc latisſimus Canalis adſit. Verum utcumque haec ſunt ſpecioſa, falſa tamen esſe, ipſa Hiſtoria unicuique perſuadebit. Enimvero Otto Imp. hanc foſſam propterea duxit, ut ſepararentur *Waſia et IV. Officia* a reliquis Terris, quae Francis Flamingisque cederent: idque etiam praeſtitit, quando post ductam Fosſam Wichmannum Comitem Gandenſi Castro praefecit, eique WASIAM et QVATVOR nominatim AMBACHTAS tradidit. Si igitur Foſſa per *Axelam* deducta fuisſet, tunc procul dubio Imperator has IV. Ambachtas duas in partes diremisſet; ut ad oculum cuique Tabulas Geographicas inſpicienti patebit. Id quod contra fidem historiae est. Idemque dici debet de opinione I. B. GRAMAYE *Antiq. Flandr.* in Gandavo Cap. 5. p. 3, 4. qui *Moorwateram* intelligit usque ad Hontam prope vicum Hontenesſe. Verum hac ratione Waſia ab IV. Officiis ſeparata, et IV. Officia Franciae accenſita fuisſent. Quod ſubſiſtere non poteſt. Coniungi hae terrae Imperio debebant, non disiungi. Scopus enim Ottonis Imp. fuit, ut quidquid ad Septemtrionalem Scaldis partem iaceret, inde ab Antwerpia et ulterius, usque ad

ad Gandavum, ita sui Regni finibus ad mare includere- tur, ut tota Wasia et IV. Officia iis comprehenderentur, et per fossam qualemcumque, secundum confinia Regni Francici ac Flandriae ducendam, ab eodem Francico Regno eiusque territorio versus occidentem sito, in perpetuum separarentur. Hoc docet CHRONICON *S. Bavonis*, unde omnis rei notitia hausta, est in Probb.; docent et alii *ibid.* a. 941.

EXCURSUS VII. Prob.

§. XVI.

Scopus Fossae.

Quod si igitur Fossa Ottonis nec *Honta* fuit, nec *Canalis Axelanus*, videndum est, quorsum ea tetenderit. Quem in finem tria considerari debebunt; quorum primum est *Scopus*, quem ducendae Fossae Imperator spectavit. Igitur, quemadmodum dicere coepi, non alius Ottoni Imperatori scopus fuit, praeterquam, ut tandem omni de Regnis terminandis controversiae finis imponeretur, et, quod hactenus inter Francos Germanosque bellorum seminarium fuerat, penitus exstingueretur. Quem finem ut obtineret, Wasiamque et IV. Officia Imperio Germ. in perpetuum adiungeret, separaretque a Regno Francico, sub quo vetusta *Flandria* accensebatur; hunc duxit Fossam sive Canalem, qui latus fuerit an arctus, navigabilis nec ne, nusquam diserte legitur. Debuit itaque haec Fossa ambitu suo complecti dictas terras *Wasiam* et *Officia* usque ad *Hontam* vel ad aliquem *Hontae* alveum, ad inferiorem terrae partem versus Oceanum; adeoque sine controver-

sia

EXCVRSVS VII. sia ducta est iuxta septemtrionalem *Ambachtarum* limitem *Assenede* et *Bouchole*, non vero ad meridionalem; sic enim has IV. *Ambachtas* medias invicem dirupisset; debuitque habere *terminum*, unde; nempe *Gandavum*. Vlterius adscendere, haud erat necesse. Brabantia enim per se Imperii Germanici feudum erat. Nemo hoc in dubium vocat (n). At *Fluvius* Scaldis Brabantiam a Wasia discriminat. De Scaldi igitur termino usque ad Gandavum nulla erat controversia. Omne itaque dubium fuit, quousque a Gandavo versus mare septemtrionale limites Regni Francici, ac fines Imperii extendere sese deberent. Insulas enim Zeelandenses sub Ottone, et antea, Imperio fuisse subiectas, non dubitabatur. Supererat sola dubitatio de dictis terris, *Wasia* et *IV. Officiis*, earumque limitatione ac separatione a Regno Franciae, quocum Ottoni, Germaniae Regi, res tunc erat.

§. XVII.

Initium Fossae. Secundum est, ut indagemus initium et cursum Fossae. Duxit Otto Fossam maxima veri specie 1° ab urbe Gandavo et Ponte S. Iacobi ad *Domum Rubram* sive *Roonbuisen*. Hactenus antiquam fuisse fossam, testata res est. Quod enim ad reliquum aquaeductum

(n) Vid. HARAEI *Annal. Brabant.* T. I. integr. Add. IOH. AD. KOPP Hes-

etum five *Cataractas* ('t Sas van Gend), fatis conftat, alterum hunc meatum ab *rubra Domo* usque ad aggerem marinum postea humana esse opera ductum (o). EXCVRSVS VII.

Hinc 2° a Roonhuifen cucurrerit Ottonis Fossa iuxta Clusam, Ertveldam, Lembeke, fub nomine Aquaeductus Ecloniani hodie cognita, donec in hunc illumve alveum ingentis Ostii maris, vulgo *'t Zwin* dicti, fefe exoneraverit, ibidemque Zeelandiam, Ambactarumque terras a Flandricis Francicisque confiniis disterminaverit. Aliter potuisse exire haud videtur. Nec obftat, quod eius vestigia hodie non ita clare, illic locorum, appareant. Multifariae terrae inundationes, repetitaeque deinceps aggerationes hunc terrae tractum penitus commutarunt. Quam multi enim illic olim fluvii, alveoli, paludes, terraeque paludofae, quae nunc omnino evanuerunt! Quod quo manifestius pateat, nonnulla quae huc faciant, de immutata terrae facie, de multifariisque fluviis aggestisque terris, in medium producam. Non hoc magis alius probat locus quam qui exhibetur in *Charta* imperatoris Ottonis a. 984. Ecclefiae Traiectenfi concesfa, apud SANDER. *Ill. Flandr.* T. II. L. IV. p. 207. quae meminit *Villae* ISENDIC *in* PAGO GASTERNA *fuper* FLVVIVM BEVERNA. Per Pagum h. t. intellige Comitatum, Regionem, Provinciam, pro fubiecta materia, Gallice *un Pais.* Pagi autem Gasternae nomen ad-

Hesfen-Kasfel Erbrecht auf das Herzogthum Brabant a. 1747. §. 1 —.

(o) SANDER. *Flandr. Illuftr.* T. II. L. III. p. 140.

EXCVRSVS VII.

adhuc feculo XIV. fuit refiduum in *villa Gasternisfe* five Gaternisfe, quae a. 1377. Oceani undis est abforpta. In hoc Pago fita erat villa Ifendica, fine controverfia a *dica*, id est *aggere*, conflata, unde colligas, hoc fec. X. iam *dicas* feu terrarum moles marinas illic contra undarum vim fuisfe excitatas. Iacebat autem tunc Ifendica fuper *FLVVIVM BEVERNA:* quod argumento est, talem fluvium ibidem locorum exftitisfe. Sic a. 961. in Charta Arnulphi Flandr. apud FOPPENS *Nov. Coll.* T. I. p. 44. memoratur *Oostkercka Parochia apud Budanflit*, quod forte fcriptum pro *Budarfliet*, unde follemni crafi fieret *Biervliet*. Terminatio autem *Flit*, *Flet*, *Fletum*, fatis indicat Belgicum *Vliet*, et Latinum *flumen* feu amnem. Budarflit certe haud procul inde fuit disfita. Iungitur enim ftatim *Parochia Rodenburg* [hodie *Aardenburg*] — *et in eadem Parochia OOSTKERCKA.* Defcribitur etiam Rodenburg in SANDER. *Flandr.* T. II. L. IV. p. 208. tamquam: *Caput olim MARITIMARVM Flandriae urbium — foro nundinario rerum venalium iam a.* 948. *impetrato;* et *templo D. Bavonis a.* 940 *dedicato.* Debuit igitur Aardenburg iam tunc ope maritima tantum potentiae attigisfe. Vnde in Charta Regis Lotharii a. 967. apud MIR. *Opp. Dipl.* I. p. 47. habetur: *in Rodenborch mater Ecclefia cum Capella et omnibus appendiciis.* Sic feriori aevo *Hugensvletum* in eodem Pago fuit cognitum, maris undis abforptum, apud SAND. l. l. T. I. p. 68. b. Atque ita a. 1181. *Trecentas menfuras* terrae inter *Ifendijck* et *Osbroeck Gilibertus de Nivella*

as-

asſignavit Templariis. *Oostbroek* autem, *Oostburg*, et *Ostb-borre* idem esſe, docet SANDER. l. l. T. II. pag. 207, ubi *Castrum* legitur ad *PORTVS* et *CANALIS ſecuritatem* per Comites exſtructum. Et a. 1223. Templariis *donavit Comes terras ſuas apud* CRODAM [hodie de GRORDE], *illas videl. quae* INTRA ET EXTRA CLAVSVRAM *erant cum* 2. *domibus apud Oostbborre.* Per clauſuras SANDERVS colligit, clauſum tunc moenibus oppidum; ego vero clauſuras contra maris impetum intellectas malim: quemadmodum alio loco p. 221. b. a. 1182. mentio *XXXV. menſurarum terrae iacentium in litore maris iuxta* SLVSAM *Bertulfi.* Fuit quoque iam a. 1167. ad Casſantiam maris incrementum et decrementum, argumento Chartae apud MIR. *Opp. Dipl.* II. p. 972. qua Philippus Comes Flandr. Monachis S. Bavonis Gandavi reſtituit decimas *de Rodenborch, de Wulpa, et* CASSANDT, *tam de* MORLANT *quam de* WERPLANT, *tam de nova quam de antiqua terra*, quas antea illis dederat Comes Balduinus Roberti et Clementiae filius. Et alia, de quibus mox. Haec omnia ſolide, ni fallor, probant, fuisſe illis ſeculis non minus ingentem fluviorum et alveorum numerum illa in regione, quam hodie; unde pro fosſa *Ottinga* facilis in mare fuit exoneratio. Immo ſi revera fluvius *Beverna* hunc tractum ſecuit, cuius quaedam vestigia verſus *Rodenburg* in Mappa Guidonis adhuc ſuperſunt, vix dubium eſt, quin etiam hic fluvius ſeſe in ſinum illum Sluſanum exoneraverit. EXCVRSVS VII.

Quicumque alibi hanc Fosſam quaerunt, ſubvertere

EXCVRSVS VII. mihi omnem Historiae fidem videntur. Historia enim docet, Ottonem hanc Fossam duxisse ea mente, ut *Assenede* et *Bocholt* iuxta atque *Axela* et *Hulsta* hac comprehenderentur. Non minus etiam vulgaris fama obtinet, Ottonem Imp. Zeelandiam et Flandriam iuxta Wielingas ducta fossa separasse. Iam vero, si a Gandavo secundum hanc Fossam lineam duxeris, recta fere linea deveneris ad dictas *Wielingas*, quae multum etiam distant a freto Vlissingano. De qua re statim. Constat porro, Wichmannum Comitem et eius posteros haec loca intra *Scaldim* Brabantinum et hanc Fossam iacentia, nempe Wasiam et IV. Officia, possedisse. Vnde Wichman Comes etiam a. 962. Monasterio Blandiniensi dedit *sui iuris Villam Thaslam* in FOPPENS *Nov. Coll. Dipl.* T. I. p. 45. Haec villa adhuc cognita est sub nomine Desselberg, vicus prope Gandavum. Sita autem est intra limites ab Ottone Imp. constitutos.

§. XVIII.

Eius Exitus. Haec de initio. Inquiramus 3º Fossae exitum, qui nunc satis clare apprehendi posse videtur. Si enim tot olim aquae intermediae, tot paludes, tot alvei hanc Flandriae partem secuerint: hinc satis probabile fit, hanc Ottonis fossam deductam fuisse in aliquem ingentis illius Ostii Slusani alveolum, qui quidem plures ibidem fuere, nunc vero vel immutati admodum vel suppressi sunt. Huc ten-

dit

dit ipsius *Fossae* ductio ac situs: quipque cui sufficeret, eo deduci modo, ut quamlibet attingeret aquam, quae mediante maiori Ostio in ipsum Oceanum incurreret. Atqui nota ibi sunt Pagus *Watervliet*; alveus *de Waterloop*; etiam maior ille alveus *'t Coxysche gat*: ne plures nominem. Immo vero quid nocebit coniicere, hanc Fossam originem dedisse maiori illi maris sinui, qui inter *Isendijke* et de *Vogelschorre* aperitur, et cuius in vicinia ager seu *Polder 't Westenrijk* (quasi dicas limes *Imperii occidentis*) situs est; et quem in sinum sese exonerant *de groote en kleene* HONTSKREKE? Quid nocebit porro credere, hanc Ottonis Fossam eo loci in Hontam esse deductam, quum ipsa *Hontkrekae* denominatio id credere iubeat. Nomina *Watervliet*, et *Waterloop* nihil per se aliud notant, quam *fossam* aliquam vel alveum. Atqui omnes hos alveos in Ostium Slusanum i. e. in Heedensee incurrisse, vel cognationem quamdam habuisse, satis certum videtur. At habeo certiora. Fossam Ottonis eo revera cursum direxisse, docet constans de *Wielingis* fama et scriptorum memoria. De quibus ita MARCHANT L. I. f. 138. apud VRED. *Hist. C. Flandr.* Prodr. II. p. 31. *a.* 980. *Otho secundus Caesar, fossam Othonianam, ad commoda navigationum duxit, metuensque ne aliquando mare damnose irrumperet, cataractas, quas* WIELINGHEN *adhuc vocant, quod rotis funibusque elevarentur, exstrui iussit, quae usque ad annum* 1377. *inundatione multos pagos submergente famo-*

SECVLVM VII.

 sum,

XCVIII. VII. *sum, incolumes remansére; inter illas insulas media fere WVLPIA, quae nostro aevo mari excluso restaurata, et hoc iterum indignabundo ferociusque irrumpente, absumpta, periit suo Dynastae.* Potest haec fossa dici perducta fuisse ad Wielingas, non propterea quod Wielingas ipsas attingeret, sed quod versus Wielingas deducta sit, sive in eam deducta aquam, quae exadversus Wielingas in mare se exoneret. Quid autem Wielingae fuerint, non disputo. Cataractas fuisse seu repagula contra mare posita, non ausim affirmare. Neque id efficit nec probat locus, qui huc vulgo trahitur, in Charta Philippi Ducis ac Com. Flandr.

Prob. a. 1480. a. 1480. et hinc in *Charta Privilegii de Breskens: dat buytengars — Breskensſand — binnen den lande ende buyten des Graeſſchaps van Vlaenderen, op de wilde zee, ende op het gadt ende POORT van de zee, geheeten de WIELINGEN, tusſen den ſelven lande van Vlaenderen ende den Eylande van Walcheren.* Quoniam simpliciter hic mentio de foramine et *Ostio* maris, Belgice, *poort van de zee.* Pluris intererit scire, ubi fuerint *Wielingae*, idque nos docet, non solum hic locus, sed accuratius etiam antedictus locus VARNEWIJCKII C. XXXIV. *daer lach voor de Wielinghe een eylandeken oft ſchuere* [fissura] *Coeſant ghenoemt, voor de groote kille van der Wielinghe Noortwest. Dit is nu al verdroncken, maer de heerlijckheyt van SCHOONVELD lach noch hooger op — een myle en half Noortwest van der Wielinghe.* Quod si Wielingae ad summum Cataractae fuerint, hae non fue-

fuerunt inter Breskens et Vlisſingam, ſed ea in parte, ubi EXCVRSVS VII. hanc Fosſam exiisſe ſtatuo. Satis enim conſtat, ubi Wulpia fuerit, et etiamnunc ſit. Verſus has Wielingas igitur cucurrit Fosſa Ottinga; et recte hinc in Tabula Geograph. Guidonis additur, eam in mare cucurrisſe verſus Wielingas.

Vnum hoc obiici posſe videtur! nempe, huius Fosſae Ottonianae nullum exſtare in *Charta Guidonis* vestigium. Verum oritur haec obiectio ex praeiudicata alia opinione. Semper enim hanc *Fosſam* ſibi repraeſentant tamquam *Flumen* aliquod navigabile. Quod falſum docet tum *nomen* tum *finis.* 1º Nomen enim *fosſae* non ſignificat flumen, ſed aquam vel canalem aliquem per terram arabilem ductum, quantum ſufficeret ad terminandos limites; cuiusmodi hodie ſaepe ducuntur, qui tamen fluminis inſtar esſe non debent. 2º Finis, cui destinabatur, non erat, ut per eam navigaretur, qua de re nusquam certa mentio invenitur; ſed tantummodo, ut argumentum praeberet ibi locorum esſe terrae fines. Quod ſi quis obiiciat, ductum illum Eclonianum non conſpici in Charta Geographica Guidonis, etſi hodie in Tabulis repraeſentatur: nihil hoc vehementer ad rem facit. Nam ſicut in eadem Charta omittitur repraeſentatio eorum alveorum, qui *Hontam* pone Zuidbevelandiam effecerunt; eodem modo omittuntur minoris momenti illi rivuli ſive canales, qui ſeculo XIII. nihil ad rem faciebant. Immo ex ſimplicitate huius aevi in depingendis terrae ſitu et ingenio, omisſa occurrunt in

ea:

EXCVRSVS VII. eadem Tabula maiores illae aquarum moles, omnia illa *Mora*, seu stagnantes lacus, paludesque, in et prope Officium de Hulst et alibi occurrentes; quamquam istius temporis non modo documenta indubia, sed etiam nostra aetas, sufficienter probant, ingentes illic exstitisse terrarum et aggerum moles, novas aggerationes, *indijkas* et *uitdijkas* vocatas, nec non submersiones, immo integrum mare.

§. XIX.

Conclusio. Si igitur Fossa Ottinga non fecerit Hontam, sed Canalis fuerit versus Flandriam maritimam decurrens, qui vel in vel versus ingens illud Ostium *Slusanum* quadamtenus influxerit; eademque Fossa omnem Wasiam, et IV Ambactas simul cum Zeelandia, a terra Francorum separarit; ita ut hinc omnis ille terrarum tractus *terra Imperialis* postea semper dicta sit: magna inde pro sinu *Heedenseano* reliquis argumentis facta erit accessio, adeoque *Heedensee* iure merito pro *Flandriae* ac *Zeelandiae* discriminatore haberi debebit.

§. XX.

Honta etiam in hunc sinum se exoneravit. Si autem Flandria ac Zeelandia per ingens hoc Ostium Heedenseanum ad urbem Slusam disterminatae fuerunt; quid magis verisimile est, quam quod ipse Honta flu-

fluvius improprie sic dictus (nam eius canales versus Bergam Zomensem olim tetendisse, supra docui) in hunc se EXCVRSVS VII. sinum vel quemdam sinus elicem exoneraverit. Ex hodierno rursus situ hac de re velle iudicare, absurdum foret. Respiciamus ad tot tantasque terrarum submersiones, novarumque emersiones vel alluvies. Exemplis res clara fiet. Refert SANDERVS *Flandr. Ill.* III. L. V. p. 260. *quamvis absorpta potiori parte* WESTDORPIAE *et Dominatus* STELANDICI *Oceanus videatur pomoerium extendisse, tamen ad Axelam a.* 813. *vel paullo serius Gobertum Dynastam non contentum* 33. *pagis Bertinianos locupletasse, Coenobium S. Salvatoris dedicasse.* Hos autem pagos *Gobertum* huic Ecclesiae omnino dedicasse, refert IOH. IPERIVS *Chron. Bertin.* p. 508. B. qui illorum recensum agit, sed ubi hi pagi evaserint, se nescire fatetur. Credibile hinc est, multos undis absorptos esse. Sic etiam alibi multi pagi numerantur, quorum nulla nunc vestigia supersunt, vel quorum situs a veteri situ multum discrepat. Quocirca quum sermo sit de re seculi IX. et X., non est quod hic in subsidium vocemus Mappam Guidonis seculi XIII. exeuntis, ac multo minus hodiernas Tabulas, quae nihil adiuvant, nisi quatenus ex servatis nominum vestigiis, aliorumque locorum quae supersunt situ, argumenta desumi queant. Et quidem: 1° Si revera antiquitus iam MARE prope Hulstam fuit, (fuisse autem, supra probavi); contra vero nulla vel certe perexigua Oceani apertura iuxta Walacriae fines exstitit: hinc alius huius *Maris* exitus quaeren-

 dus

EXCVRSVS VII. dus est. Sed ubi hunc quaeras, nisi quo te ipsum *Hontae* nomen *in de groote et kleene Hontskreek* ducit: qui alveoli adhuc supersunt, et quorum nomen postea oriri coepit, postquam Hontae nomen latius latiusque propagatum fuit. 2º Si verum est, *Hollandos* seu Zeelandos a. 1180. originem dedisse oppido *Dammensi*, idque oppidum primitus dictum fuit *Hondedam*, quasi aggerem contra *Hontam* (nam Honta *canem* notat); missa proinde de *submerso cane* fabula postulabit historia, ut credamus, hos *Aggeres* ibi positos fuisse tamquam obices sive repagulum, quo nimius Hontae impetus hoc loco tunc temporis vel refrenatus, vel eius cursus quasi abactus est. Idem arguit nomen *Canisvliet*, quod a *cane* dictum esse, vix dubium. 3º Si revera terra de Breskens olim Walachriae vel quodammodo vel penitus adhaesit: hinc aliter fieri non potest, quin per dictas modo terras ipsius *Hontae exitus* fuerit: donec mutatis terris, submersis aliis, aliis renascentibus, pedetentim laxatum sit Vlissinganum ostium, obturataque reliqua. 4º Persuadent idem paludes et stagnantia loca; quae nunc et olim inde a Wasia per omnes Ambactas fuerunt. Nunc pauca tantum in medium afferam. A. 1251. dicitur promota *Liviae* alvei fossio, productaque Ardeburgum et ad portum usque Dammensem, associatis in itinere PALVSTRIBVS *aliquot* RIVVLIS. Sic SANDER. *Flandr. Ill.* T. I. p. 140. Sic *ibid. Moera* amnis inde a Moerbeka in Wasia describitur, tamquam amnis inter „ obsitos PALVDIBVS

„ et

et coeno uligineque campos. Vendidit a. 1241. *Hugo Miles et ſcouteta de Aſſeneda Eccleſiae de Dunis omnem* MORUM (Belgice *moer*, ſeu terram aquoſam et paludoſam) *iacentem in Parochia de Peerboom*, ibid. T. I. L. III. p. 192. In Charta a. 1139. Iwani Comitis in FOPPENS *Nov. Coll.* T. I. p. 401. occurrit *in Waſia Salichem cum – tota* PALUDE. Imprimis Charta a. 1245. T. III. p. 110. qua *Comes Flandriae Dunenſi Abbatiae confirmat omnia bona — apud Waetervliet 32. virgas* MORI —. 470 *bonaria tam terrae quam* MORI *cum fundo. — In Officio de Hulst circiciter* 5600. Sic a. 1282. ſupra §. VIII. in Charta Com. Guidonis multae occurrunt *alluviones* herbidae (*ſchorren*) ad *Groede*, *Moerkercke*, imprimis intra *Dammum et Biervliet* in Prob. h. a. His iunge quae de terris Parochiisque ante 100. annos in hac Flandriae parte ſubmerſis, ortisque inde Terrarum mutationibus narrat a. 1497. Dux Philippus, quaeque plura de inundationibus a. 1404. et paullo ante a. 1431. teſtantur Chartae Privilegii (Octroijen) in *'t Placaetboek van Vlaenderen* Tom. III. Libr. II. Rubr. 5. p. 432. ſqq. ad a. 1410. et 1431. 5° Denique poſtquam novae et perpetuae terrarum moles et aggerationes in IV. Ambactis, et circa eas, iactae, aquam Scaldanam ſive Hontae curſum ex hoc mediterraneo tractu penitus excluſerunt, et ab Heedenseano Oſtio averterunt; ingens illa Aquarum vis alibi ſe exonerare coacta maiorem aperturam facere coepit in illa terrae parte, quae infra *Wa-*

EXCURSUS VII.

Prob. h. a.

 ſi-

EXCVRSVS VII. *ſiam*, *Hulſtam*, reliquasque Ambactas, iuxtaque Zuidbevelandiam habetur, unde nunc vehemens ille fluvius *Honta* ſive *Scaldis occidentalis* natus est, qui ſeculo quidem XV. vix erat cognitus. Certisſime enim ex Chartis conſtat, ſeculo demum XV. ſub *Comitisſa Iacoba* hodiernum *Hontam*, hactenus *exilem*, *arctum*, atque exiguae profunditatis, ac vix navigabilem, factum esſe navigabilem, per eumque tunc demum maioris moduli naves iter facere inſtituisſe, quae antea a tergo Zuidbevelandiae iuxta Yerſeke in mare penetrabant. Sic enim diſerte habent verba in Sententia Prob. h. a. Curiae Mechlin. d. 11. Oct. a. 1504. *Feue Dame Iacques Contesſe de Holl. et Zeel. voyant que par les grandes inundations qui aduindrent en ſon temps et ausſi au parauant — la dite riuiere de* LA HONTE, *qui* PAR AVANT *auoit* ESTE PETITE ESTROILTE *et* PEV PROFONDE, *eſtoit deuenue ſi* GRANDE *large et parfonde — que les marchans eſtrangiers* COMMENCOIENT [*NB.*] *a prandre leur chemin pour tirer en Brabant per* ICELLE HONTE, *en delaisſant le Chemin de* LESCAVLE *de tout temps* ACCOVSTVME, *en frauldant per ce nostre tonlieu de Terſickeroort.* Quae inſignia verba rem omnem, ni fallor, conficiunt. Cf. Probb. 12. Oct. 1433. et 1435.

Haec igitur omnia ſi inter ſe coniungas, cum iisque compares Tabulas Flandriae Geographicas, quarum hodie accuratior est delineatio, et cuiusmodi exſtat in SANDERI *Flandr. Ill.* T. III. p. 256. necnon eas, quas habet ALTINGIVS nostras; multum, credo, roboris huic meae opinioni acce-

cedet. Si enim SANDERI in tabula rectam fere lineam duxeris inde a pago hodie aquis fubmerfo *Rillant*, (ubi fupra docui *Hontam* amnem proprie exftitisfe,) usque ad agrum *Saftingenfem*; hinc porro fecundum Hontenesfe et Hulstam, ac per Berchemskreke, perque Axelam: fic fponte deveneris in eos alveos, qui adhuc *de groote et kleene hontskreke* audiunt; et hinc porro eodem tramite percurrens ultro fluxeris in Sinum Slufanum vel hunc illumve istius Sinus alveum. Et fic etiam V. D. ALTING. *Germ. Inf.* T. II. Voc. SLVSA. „ Morinorum, inquit, Opidum „ extremum, ad Scaldis portum veterem; qui postea „ *Sincfala, Sine, Suine*; immo et *Swene* Stokio; nomen „ accepit ab obice emisfario verfatilibus valvis, quibus ab „ obturatione confervatur Ostium Scaldis per Fosfam Ot- „ tonianam abacti." Cf. ad Voc. CATSANDE. Immo, postquam haec omnia fcripferam, incido in eiusdem ALTINGII egregium locum, P. I. p. 98. qui docet, hunc in eadem mecum fententia fuisfe. En eius verba ad Voc. MOSA. „ Veterem alveum, qui ad Confluentes *Geervliet* olim „ Vahali jungebatur, accurate adeo pervestigavit CLVVE- „ RIVS, ut nihil a quoquam addi posfit. Sed praeter hunc „ non agnovit alterum divortientem, ad principium agri „ Flacceenfis, circa terga *Taxandrorum*, qui inter *Saftin-* „ *gam*, *Hulftam*, *Axelam*, *Ifedicam*, *Ostburgium*, *Slufam*, „ viam fibi aperuit, per Ostium 'T ZWIJN, quod difertim „ *Mofae* appellat Ptolomaeus, licet *Scaldim* quoque defe-

EXCVRSVS VII.

 „ rat;

EXCVRSVS VII. „ rat; sed secundum Caesarem, a Mosa iam receptum „ inter *Saftingen* et *Hogerwerve.*"

Neque tamen haec ita accipi velim, quasi censeam, hoc flumen ordinato quodam cursu has terras permeasse. Minime vero! Tantummodo docent, Scaldis aquas, postquam novas sibi vias inter *Saftingen* et *Rillant* vel paullo inferius aperire primitus coeperint, antequam ingens illud Ostium ad *Walcheren* daretur; multos habuisse rivulos vel paludes plurimas, per quas sese in illud ingens olim *Ostium Slusanum* exonerarint.

Conclusio. Quae quum ita sint, quumque satis probabile fecisse mihi videar, omnia olim coaluisse in Ostium illud ingens; immo ipsos Hontae elices ac fossam Ottonianam ibi olim corrivasse: multum haec faciunt ut credamus, celeberrimum illum *Zeelandiae* limitem, *Heedensee*, non diversum fuisse ab *Sinu Slusano*; in quo quum pedetentim vi maris ingentes immutationes ac terrarum alluvies et demersiones contigerint: hinc paullatim quoque terrae facies immutari; aliud ostium ad *Walcheren* aperiri; et reliquae terrae magis magisque inde divelli coeperunt.

Et haec maiori luce splendent, si ad integrae Flandriae veteris aevi naturam oculos vertas; omnem enim Flandrorum tractum inde ad *Sitbiu* sive Audomarum et Teruanam olim fuisse paludibus plenum, et quotiescumque Oceanus accedebat, aquis marinis colluctantem, praeter ORTELIVM, CHIFFLETIVM, et CL. DAVSQVEI *Terras Fluctuantes*

ab

ab OLIV. VRED. addit. ad Prodr. II. *Hist. Com. Flandr.* EXCVRSVS VII.
p. LXXX. laudatos, omni controversia eximit Charta *Philippi* Flandr. Com. a. 1169. ibid. p. 566. cuius verba insignia haec sunt: *Ego Philippus Dei gratia — Inter Watenes et Bourbourg, palus quaedam limum inaccessibilem spatiosa latitudine diffundebat, et usibus sese denegabat humanis. Huius limosae paludis illuviem feci sumptibus propriis exhauriri, et ex ea statum commodioris naturae quasi violenter extorquens, in* TERRAM FRVGIFERAM *transformavi. Huius terrae partem quandam* [*NB.*] *circiter* 1700. *mensuras continentem — insuper terram quandam in Ariensi territorio, similiter ex palude in solidam conversam, circiter ducentas mensuras —.*

§. XXI.

His omnibus pro sinu Heedenseano ad Slusam urbem VI. Arg. pro Heedensee. Dioec. Traiect.
terminando argumentum addere possem desumtum ex Dioecesis Traiectinae extensione, quae antiquitus semper complexa est integram *Zeelandiam*, *quatuor Officia*, *Biervlietum*, et omnem terram usque ad urbem Brugensem: immo quae Sec. XI. etiam possedit *S. Donatiani Ecclesiam*, quae *Brugis* est, uti patet ex literis Papae Gregorii a. 1075. in Prob. ad h. a. De Dioecesis Traiectinae iure in has quas dixi terras firmiter probavit V. Rev. TE WATER Praefat. ad BVRMAN *Utrechtsche Jaarboe-*

EXCVRSVS VII. Prob. h. a. *boeken* T. III. Adde Chartas ineditas, a. 1123 et 1124. quae docent, Lambertum Episc. Tornacensem, lata sententia, Ecclesiae Traiectensi reddidisse Ecclesiam de Sifele, postea S. Mariae Brugis, quam clerici Brugenses ademerant. Verum huiusmodi argumentum urgere nolo, quia aliis hoc Episcopi ius videri possit originem traxisse ex Euangelii praedicatione B. Willibrordi et Bonifacii, monente OLIV. VRED. *Hist. Com. Prodr.* II. p. 516—521. vel saltem a S. Friderico Episc. VIII. quippe ipsae Gregorii PP. literae a. 1075. docent, hanc possessionem fuisse „ *traditione antiqua ducen-* „ *tis ferme annis delegatam.*" Contra Hollandorum Heedenseana possessio, eaque feudalis, repeti demum certo potest ab a. $11\frac{67}{68}$ vel paullo ante, ut Charta docet.

§. XXII.

VII. Argum. ex situ Sincfal. Huc tendit 7° OLIV. VRED. l. l. p. 515. observatio, Flandrorum nimirum nomen praesertim obtinuisse inde a „ *Gravelinga* usque *ad Castrum Brugense*; *Frisiae* vero „ *nomen ab eodem Castro Brugensi, in Orientem versus* „ *Isendicam, Bierfletum, et quatuor Officia, Hulstum, Asse-* „ *nedam, Axelam et Bouchautum*". Atqui in hoc tractu fuisse etiam extimos Frisiae limites, qui *Sincfal* dicuntur, omni in posterum dubio eximet Charta a. 1241. quam ineditam ad

ad a. 1316. nunc demum produco, in qua hoc nomen di- EXCURSUS VII.
ſerte ſcribitur, et in Flandriae ora maritima collocatur; un- Prob.
de egregie ſtabilitur opinio V. D. ALTINGII, *Notit. Germ.* a. 1316.
Inf. non ſemel hoc inculcantis (p).

Contrahamus omnia! *Heedenseanus* Zeelandiae limes ad occidentem olim fuit ingens ille Sinus, qui inter urbes Sluſas Brugasque ſe aperuit; idque probatur:

1°. Ex eo quod nec fuerit Honta, nec exitus ad Walacriam, nec latus adeo limes alibi exſtiterit.

2°. Ex nomine et amne *de Heede*, et diſtinctione agrorum *Ooster - et Westereede.*

3°. Ex rebus a nostris Comitibus eorumque ſubditis iuxta hunc Sinum Brugis gestis.

4°. Ex eo, quod ipſa *Ottonis Foſſa*, nec non amnis *Honta* ſeſe in eumdem ſinum exoneraverint.

5°. Ex Ostii immutatione, et hinc orta nova terminorum denominatione.

6°. Ex Dioeceſis Traiectenſis eo usque extenſione.

7°. Ex *Friſiae* finibus, et diſerta illic locorum *Sincfal* mentione.



Hactenus de vetustis Zeelandiae Occidentalis terminis,

 qua-

(p) Vid. P. II. Tabul. 1—4. Cf. P. I. Tab. 4.

EXCVRSVS VII. quatenus complectebantur eas Zeelandiae insulas, quae olim Hollandos inter et Flandros controversi iuris fuerunt, nimirum *Walcheren*, *Zuidbeveland*, *Noordbeveland*, *Wolfartsdijk* et *Borselen*. Quas quum satis constet, Imperio Romano — Germanico fuisse accensitas, non erit quod in hoc probando maximopere laborem: quam tamen in rem secunda Pars faciet.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

EXCVRSVS VII.

Zeelandia Occidentalis Imperio Rom. Germ. ſubiecta.

§. I.

Walacriam vel Walachras, ſive hac voce ſolam intelligas inſulam, nomine *Walcheren*, ſive totam Occiduam regionem Zeelandiae (q), ab antiquisſimis inde temporibus, immo antequam Comites Hollandiae Flandriaeque his terris iure hereditario imperabant, Regno Francorum ac deinde Imperio Germanorum ſubiectas fuisſe; non est quod in tanta historiarum luce multis probem. Si quid cuiquam dubii adhaereat, in ſequentibus id penitus animo eius evelletur. Nunc tantum haec pauca habeto. 1° de Francis. 2° de Germanis. *Walacria*

Sub *Francis*, ſeculo iam IX. Comitatus ac Feudi, ſeu ut tunc loquebantur, Beneficii nomine cognita fuit. *Sub Francis.*

Agnovit id A. MATTH. *de Nobilit.* p. 116. ſq. Et testes habemus ſcriptores coaevos, ex quibus duo tantum compendii cauſſa producam.

 A. Sub

(q) Vid. EXCVRS. IV. p. 62. ſqq.

EXCVRSVS VII.

A. Sub Ludovico Pio Caroli Magni filio testem habemus ANNAL. FRANCOR. PITH. a. 837. *Nortmanni tributum exactantes in WALCHRAM INSVLAM venerunt, ibique Eggibardum eiusdem loci COMITEM et Hemmingum Halpdani filium cum aliis multis occiderunt.* Quibus ex verbis tria discimus:

1. Walacriam iam tunc fuisse insulam, adeoque falli eos, qui Walacriam terrae Flandriae continenti in genere olim cohaesisse censeant. Nec aliter de ea THEOFRID. ABB. *Vit. S. Willibr.* c. 13. *Divertit in INSVLAM Walachriam Scaldae fluvii et Britanni maris CIRCVMFLVAM brachio.*

2. Walacriam tunc privos suos habuisse *Comites*, Francorum Regibus subiectos.

3. Walacriam Dominium tunc fuisse Regum Francorum. Nihil enim aliud est *Comes*, nisi iustitiarius seu terrae praefectus regio nomine ius administrans. Simul enim ac *Comitem* nominas, Regem Francorum ut supremum eius dominum nominas. Id quod, satis superque aliis probatum, plenius in sequenti Opere apparebit.

B. Cum hoc testimonio de insula Walacria coincidunt omnes ad h. a. Scriptores et Annales. Nimirum „ Defuncto Imperatore Pio (r) secutus Herioltus, rex olim Da-

(r) Sunt verba Commentar. Praev. ad vit. S. ANSCHARII §. IX. in ACTIS S S. Mens. Febr. T. I. p. 399.

(s) D. I. bl. 80. *Societ. Literar.* Belg. vulgo, *de Werken der Maatschappy der Nederl. Letterk.* a. 1772. Nec quis mi-

„ Danorum, partes Lotharii Imperatoris, ab eo obtinuit EXCVRSVS VII.
„ *WALCHRAM* seu *WALACRAS* in Selandia Belgica, aliaque
„ vicina loca anno DCCCXLI. in beneficium collata,
„ ut tradunt antiqui Annales M S S. Hospitalis S. Ni-
„ colai prope Cusam". Sic ex Annalibus Hagiographi. Consentiunt ANNAL. BERTIN. ad a. 841. in *Collect. Scriptor. Gall.* T. VII. p. 60. Ed. BOVQVET. *Rex Lotharius — Herioldo, qui cum ceteris Danorum maritimis incommoda tanta sui causa ad patris iniuriam invexerat, Gualacras aliaque vicina loca, huius meriti gratia, in beneficium contulit.* Nec negat EIND. *Chron. Zeel.* L. II. C. 2. p. 143. sqq. Per hanc autem vocem *Gualacras*, intelligi *WALACRAS*, ut eadem in re aliis scribitur Annalibus, praeterquam ipse editor BOVQVET et HADR. VALESIVS in *Notit. Gall.* p. 627. iam monuit Vir Ill. P. H. VAN DE WALL Disquis. *de Quentovico* (s).

§. II.

Verum missis, quae nostram in rem minus faciunt; ordiamur Zeelandiae Epocham ab eo tempore, quo separari Regnum *Francorum* ab Imperio Germanico coepit, seculo nempe X. Quo in argumento ad duo respiciamus, *Sub Germanis.*

 cum

miretur, quod *GV* pro *W* ponatur: frequens hoc illo aevo. Ne dubites! Sic Pagus *WASA* scribitur Originali in Prolb. exhibeo. *GVASA* in Charta ARNVLPHI *Com. Flandr.* a. 939. d. 8 Iul. quam ex

EXCVRSVS VII. cum ad terras Zeelandicas proprie dictas, tum ad illas, quae vulgo *Wasiae* et *Quatuor Ambactarum* nomine veniunt. Et primo de *Zeelandia* hoc docet Charta Impera-

1° *Zeelandia.* toris Ottonis d. 18. Ian. 976. qua Abbatiae S. Bavonis, quae Gandavi est, confirmat antiquas eius possessiones *in*

Prob. h. d. *Pago Bevelanda et in Bruinsale* (i.e. Borsele), *et in Walacra.* Cuiusmodi confirmatio nullius momenti fuisset, nisi ius in has terras habuisset. Docent hoc alia bene multa. Quominus autem copiosius his insistam, facit vir cons. P. PAVLVS, qui in docta Dissertat. (t) integrum *Caput* II. impendit, ut doceat, *quo iure Imperator Henricus II. Zeelandiae cis Scaldim insulas Balduino IV. in feudum dare potuerit*; ex cuius rerum serie apparet, *Insulas Zeelandicas* omnino ad Imperium Germanicum pertinuisse. Quae dabo in Probb.

Prob. h. a. ad a. 1057. Faciunt etiam mihi otium tot res gestae inter Comites Hollandiae ac Flandriae, cum Imperio, quas sequentia Capita prolixe suppeditabunt. Videamus

2° *Wasia.* de Wasia et IV. Officiis. Satis notum est in vulgus, Flandriam olim in tres divisam fuisse partes, quarum una pars Francis parebat; altera erat *dominialis* sive sui iuris; tertia vero *Imperialis*, seu quae Imperio Rom. Germanico erat subiecta, cuius nomine Comites Flandriae Hommagium Imperio semper praestiterunt (u). Imperialis haec por-

(t) *De Origine progressu et solutione nexus feudalis Flandriam inter et Zeelandiam*, a. 1775. Lugd. Bat. 8°

(u) Vid. MEIER. *Ann. Flandr.* et IV-

portio imprimis complexa est ditiones *Alostum*, *Wasiam* et *Quatuor Officia*, quas Ambactas vocare solemus. Wa- SAECVLVM VII.
siam autem et IV. illa Officia semper Imperio paruisse, praeter Flandros ex Nostratibus abunde probavit vir Rev. W. TE WATER (v). Cuius argumentis multum spero ponderis accedet ex iis, quae infra Cap. III. et IV. tractabo.

Fuerunt, qui has ditiones, *Zeelandiam* nempe et *Wasiam*, pristinis temporibus Hollandiae Comitibus subiectas fuisse, ex ignorantia veteris aevi historiae sibi persuaserunt. Horum error in hac rerum luce indignus refutatu est. Quaecumque Comites Hollandiae, nominatim *Theodericus* huius nominis II. (si *Hollandiam* ita per prolepsin vocare licet), ex largitione Imperatoris Ottonis III. a. 985. in Zeelandia, eaque *Feudi* iure, possederunt, sola continebantur villa *Sunnemere* in insula Scaldia; quod facile colligas ex ipsa quam ad h. a. profero Charta. Praeter hanc vero villam, seculis X. et XI. in Zeelandia illos possedisse quidquam, haud facile evincas. Ad Wasiam quod spectat; fuere olim, et sunt etiamnunc, qui censeant, per *Forestum Wasdam*, quam Francorum Rex *Lotharius* a. 969. Theodo- Prob. d.
rico II° teste eius Diplomate donavit, intelligi oportere 13. Apr.
vel insulam Walacriam, vel omnem quam late patet Zeelan

BVZELIN. *Gallo-Flandr.* ubique locorum, imprimis in Principio.

CASPARI BVRMANNI *Utrechtsche Jaarboeken.*

(v) *Praefat. Belg.* ad Tom. III.

EXCURSUS VII.

landiam, vel denique ipſam Waſiam. Quod uti de duobus prioribus omnino falſum; ita de Waſia certisſime conſtat, in eoque aliis doctis viris asſentior (w). Si vero ex his concludunt, Comites Hollandiae ex ea donatione ius postea habuisſe in terram Waſiam, indeque omnem controverſi inter Flandros Hollandosque iuris causſam derivant; in eo quam toto aberrent coelo, ſola rei tunc gestae narratio clarisſime demonſtrabit; quae eo tendet, ut doceam, Comitum Hollandorum posteros Waſiae terras quiete ſemper posſedisſe, cum iisque eas in ius et ditionem Flandrorum devenisſe; neque tamen unquam ſuper his terris Hollandos inter et Flandros vi huius donationis iurgia ac disſenſiones deinceps exſtitisſe. Quod aenigma ſolvere, non erit difficile, ſi res h. t. gestas accurate penſiculemus.

Waſia Hollandorum, et tamen Flandrorum.

Conſentiunt nimirum Historiographi Flandri, teste SANDERO *Flandr. Ill.* T. III. L. V. p. 254. *Ottonem* Imperatorem, quum Imperii limites contra Francos munire vellet, fosſa regundis finibus ducta, Gandavi ad ripam Legiae et *Scaldis* confluentes Arcem excitasſe, *Castelli novi* nomine ad discrimen illius, quod antea a Balduino Ferreo, Comite Flandriae, Regis Caroli Calvi genero, conſtructum erat.

Wichmannus Comes

Huius Arcis praefectura primario viro, WICHMANNO Billungiadae, Saxoniae Principi, commisſa fuit, qui *Comitis* ho-

(w) Hos inter vid. HEDA in *Godefr.* p. 171. HUYDECOPER. not. ad

honore et iure gavisus est, et cuius sub potestate posita EXCVRSVS VII.
Quatuor Officia cum Oppidis suis Hulsta, Axela, Boucholt et Asseneda, adiuncta Wasia et ditione Alostana. Vixit hic Wichmannus adhuc a. 951., quando Lutgardim coniugem suam, Arnulfi Flandriae Comitis filiam, sepelivit.

Nemo inter Flandros Scriptores hoc factum negat; immo ne Hollandi quidem, quos inter primo loco numerari merentur IO. EINDIVS *Chronic. Zeelandiae*, MATTHAEVS VOSSIVS, GER. LOONIVS, quique plures res Flandricas attigerunt.

Sator stirpis Hollandicae.

Habuit hic *WICHMANNVS* filiam nomine HILDEGARDIM, quam uxorem duxit THEODERICVS II. Comes noster Hollandiae, qui praeter Hollandiae posfessiones a patre Theoderico I. sibi relictas, easque, quas dein a. 985. Ottonis Regis beneficio plures acquisivit, etiam successit socero suo Wichmanno in hoc Gandavensi Comitatu; unde et ipse et filius Arnulfus ac nepos Theodericus, *GANDAVENSES*, et *COMITES GANDAVENSES* dicti sunt. Quam Genealogiam alibi, nisi me omnia fallunt, quam clarissime evincam (x). Nunc tantum in rem faciet, quod hic Theodericus II. a. 969. ab Rege Lothario insigni donatione est honoratus. Dedit enim Lotharius *fideli suo Theoderico Comiti* FORESTVM WASDA in EODEM

Prob. h. a.

Prob. h. a.

ad AEM. STOK. D. I. bl. 221. P. PAVLVS laud. Diss. p. 93.

(x) In *Dissertat. Critico-Genealogica*, Nº II.

Comitatu(y) *cum pratis, aquis, terrisque aratoriis, exitibus et regressibus.* Per quod Forestum intelligi Sylvam vel Sylvestrem terrae tractum magni momenti in ditione WASIAE, vel ipsum Forestum Wasiam, vix quisquam hodie dubitat; et postea pluribus liquido demonstrabitur. Quum vero Lotharius largitor sit; is autem Rex fuerit Francorum, non vero Germaniae: hinc satis patet, idque etiam Historia docet, Francos cum vicinis Flandris, vel pro Flandris, post Wichmanni mortem has sibi ditiones vindicasse. Quod tamen ad tempus modo fuit; deinde enim iterum Theodericus cum coniuge sua Hildegarde hic floruit gratia Regum Ottonum. Quae omnia alibi fusius indicabo.

Theoderico successit filius *ARNVLFVS.* Qui Comes *GANDAVENSIS*, ac simul *HOLLANDIAE*, sive, ut tunc loquebantur, *FRESIAE* Comes fuit, et in coaevis Scriptoribus diserte *Comes Gandavensis* appellatur (z). Possedit igitur has terras coniunctim, et Imperatorem ut supremum harum Dominum agnovit. Vxorem habuit *LVITGARDIM*, sororem *S. CVNIGVNDAE* Coniugis Imperatoris Henrici; quae ambae fuerunt filiae *SIGEFRIDI* Comitis Lucelenburgensis. Ex hac Luitgarde tres reliquit filios, 1. *ADALBERTVM*, 2. *THEODERICVM*, 3. *SIGEFRIDVM.* Quorum *SIGEFRIDVS*, seu Sicco, nobilissimas Brederodiae ac Teylingiae

Eius stirps in tres abiit familias.

(y) *Comes* enim erat *Gandavensis*, i. e. Gent, cui suberant Alostum, IV. praeerat tamquam Comes Castello de Ollicia et Wasia.

(z) Pro-

giae familias propagavit; *THEODERICVS* Hollandiae Comitatum ac paternas ditiones acquisivit; primus vero *ADALBERTVS* (ab S. Adalberto Egmondae patrono procul dubio sic dictus) utpote natu maximus, *COMITATVM GANDAVENSEM* ab Avo relictum accepit, coniugemque duxit *Hermengardim* filiam Balduini Barbati, Com. Flandr., sororem *Balduini* Pii Comitis Flandriae. Vid. Not. SCHEIDII ad *Origg. Guelphic.* Tom. IV. p. 579. ex DV CHESNE *sur la maison de Gand* p. 112. sqq. Ex quo matrimonio satis etiam elucet maior cognatio cum Flandris, quam ex re Imperii Germanici fuerat. Et profecto! non ante quieverunt Comites Flandriae, quam Otto Imperator non modo has terras, sed etiam Zeelandiam occidentalem, Flandris in feudum concessit. Qua de re sic OLIVAR. VRED. in *Sigill. Com. Flandr.* p. 3. XCVIII. VII. *In his familia Gandavensis.*

Balduinus Barbatus Comes Flandriae VI. a. 988.

Obtinuit ab Imperatore Othone Valencenas, et Castrum Gandense ultra Scaldem. Quatuor item officia WASIAM atque Insulas aliquot Zeelandicas Flandriae asseruit: omnia, perpetuo clientelae Caesareae titulo, tenenda.

Non est quod hoc testimonium in dubium vocemus, et Cap. 3. docebo, rem hic narratam sub Balduino Barbato re-

Z 2

(z) Probabo fusius in *Dissertat. Genealog.* N° II. Nunc tantum vide quaedam loca in Probb. ad a. 1018. N° VI, VIII, XI, XIII, XVI. et quae dixi Excurs. III. p. 36.

EXCVRSVS VII.


revera contigisse. Coeperunt igitur ab hoc tempore Comites Gandavenses Flandris subesse. Propagavit autem ADALBERTVS, Comes, Theoderici II. filius, Balduini Barbati gener, familiam suam per duos *filios*, duasque *stirpes*: quarum altera per RVDOLPHVM de Gandavo, Dominum Alostanum, Dominium de ALOST in seros produxit nepotes (a): altera per LAMBERTVM I. Castellanum Gandensem Castellanatum Gandensem itidem propagavit; adeo ut ex ADALBERTO Comite Gandavensi, fratre nostri THEODERICI III. Comitis Hollandiae, Stemma hodiernorum PRINCIPVM ISENGIENSIVM originem suam deducat. Vt satis probarunt Scriptores Flandrici. Quomodo vero Lambertus hereditario iure hoc Castellaniae munus posteris suis cessurum acceperit, referunt uno ore Scriptores Flandrici, quos inter SANDER. *Flandr. Illustr.* T. III. L. V. p. 254. sq. et I. B. GRAMAYE *in Gandavo* Cap. XIII. sq. p. 6, 7. ne plures accumulem.

Quo igitur cognatio inter Flandros hoc aevo Hollandosque clarius pateat, addam hic utriusque Genealogiam, prout eam in *Dissert. Genealog.* omni ut spero dubio eximam.

THE-

(a) Nimirum *Alostum* anno 1088. venditum est D. *Giselberto* Balduini *Gandensis* filio, ab Abbate Hasnon. Coenobii, qui id acceperat a *Balduino* Comite Flandriae. Vnde Origo Comitum Alostanorum. Vid. Chartam in MIRAEI *Don. Piar.* a. 1088. Opp. T. I. p. 74. Fuit autem hic

Gi-




Videtis sanguinis propinquitatem et arctam cognatio-

 nem

Giselbertus huius *Rudolphi* de Gandavo ex filio nepos, ib.; isque *Rudolphus* censetur filius *Adalberti*, aliis nepos. Vid. A. SANDER. L. III. c. 3. p. 145. 148. *Rer. Gand.* et D. LINDAN. *Teneram.* cap. III. p. 197. non valde refragante DV CHESNE *Geneal. de la Mais. de Gand.* Livr. IV. Ch. I. p. III.

EXCVRSVS VII. nem, quae intercesſit inter *Henricum* Imperat.; *Balduinum* Comitem Flandriae, *Theodericum* Hollandiae, et *Adalbertum* Com. Gandav. Quibus addatur altera *Henrici* Imp. cum *Balduino* cognatio ex latere uxoris, quae hoc ſchemate patet:



Ex his ſatis patet, ſi *Waſia* fuerit Flandris ſubiecta, et ſub Flandris *Adalberto* Balduini genero eiusque posteris nihil esſe iuris, quod ex altera ſtirpe, nempe ex *Adalberti* fratre *Theoderico* III. prognati Comites Hollandiae repetere ex *Wasdae Foresti* donatione unquam potuerunt. Nec eos petiisſe, quisquam dixit. Si quid petitum est, aliis postea ex causſis obvenit.

Zeelandiam quod ſpectat, quo iure prioribus fuerit temporibus, non liquet. Quo vero iure ſub hoc *Henrico* evaſerit, ſtatim ſeq. Cap. dicetur.

* *

*

CA-

EXCVRSVS VII.

CAPVT III.

Zeelandia Occidentalis tamquam Feudum Imperii Flandris subiecta.

§. I.

Cui olim in Feudum data ab Imperio?

Re igitur accurate perpensa non est inficiandum, terram de Waas, Quatuor Ministeria sive Ambactas, et occiduas Zeelandiae Insulas coniunctim, iure feudali pristinis temporibus non Hollandiae, sed Flandriae Comitibus competiisse; in Zeelandiae autem terras Hollandos non ante seculum medium XI. quidquam iuris, idque tantum feudale, acquisivisse; at in Wasiam nullum sibi ius peculiare olim petiisse; si quid vero petitum est, non qua Hollandiae, sed qua Hannoniae Comites, et quidem seculo demum XIV. illud sibi vindicasse.

§. II.

Balduino Barbato, Flandr. Com.

Si igitur hoc ius, etsi olim quaesitum, postea tamen per temporis lapsum, per pacta, per arma, per commutationes aliosve modos immutatum, concedimus; missis ambagibus ipsum rei caput attingamus. Fuerunt paullo post

EXCVRSV VII. post a. 1007. (b) *Walacrae* (qua voce primitus, aeque ac postea, omnem *terram transfcaldanam* five *Infulas quinque Zeelandicas* interdum intellectas fuisfe, EXCVRSV IV. monui) ab Henrico Imperatore Comiti Flandriae *Balduino Barbato in beneficium*, five, ut hodie loquimur, in feudum concesfae. Nihil expresfius, quam quod hac de re narrat fcriptor coaevus, et fide dignisfimus, DITMARVS MERSBVRGENSIS (c), qui a. 1021. obiit, et res *Henrici* Imp. percenfuit, collatus cum fcriptoribus cum Nostratibus tum Flandris aliisque, in Probb. N° I. ad a. 1057.

§. III.

Probatur. Horum testimoniis inter fe comparatis, res eo redire videtur, quemadmodum narrata etiam est a WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 154. Nempe Balduinus IV. Comes Flandriae cognomento *Barbatus*, postquam fub *Ottone* Rege Germaniae grandis orta fuerat discordia de posfesfione *Lotharingiae*, ineunte feculo XI. manum conferuerat cum *Arnulfo* Comite Valentianarum five Hannoniae, qui *Comitatum* fuum tenebat ab Imperio; at *Balduinus*, quantum ad *Flan-*

(b) Ne quis in errorem inducatur verbis OL. VRED. *Sigill. Com.* T. I. p. 3. qui mentione Balduini Barbati Com. Flandr. ad a. 988. iniecta, ftatim fubiungit donationem Zeelandiae, *Wafiae* etc. ab Imperatore factam: monendum duco, VREDIVM refpicere ad eamdem Donationem, quam hic

Flandriam, vasallus erat Regni Franciae. *Balduinus* Va- lentianas occupat, urbem sitam super Scaldim in confiniis *Franciae* et *Lotharingiae*. Imperator, ut tamquam Dominus supremus Arnulfum adiuvet, Vrbem a. 1006. obsidet; sed irrito conatu; hinc reversus contra Gandavum vertit, terram incendio et caede depopulatur, et multos Flandriae primores capit. Nec tamen Imperator Gandavum capere potuit; qua in re *Lamberti* Castellani Gandensis magna pro *Balduino* fuit opera. Nec mirum hoc! quippe *Balduinus* avus fuerat maternus Lamberti, *Lamberti* vero pater *Adalbertus* ipse *Comes* hactenus *Gandavensis*. *Balduinus* autem paullo post Regem facilem expertus est ad reconciliationem. Testibus enim SIGEBERTO et IPERIO N°. III. et VII. „Imperator seditione suorum „ coactus Balduinum ad se vocavit" vel, ut alii, „Balduinus „ perterritus Imperatori satisfecit, ac Valentianas reddidit". Quae facile conciliari possunt. „His", teste MEIERO, „ita „ gestis Aquasgrani Barbatus ad Caesarem profectus, pro „ Flandris suis captivis haud poenitendi nominis viris Va„ lentianas illi restituit; qua in re fide Balduini ingenua„ que indole Caesar perspecta eum amicum et beneficia- RECVRSVS VII. Prob. ad a. 1007.

 „ rium

hic ad a. 1007. memoratur. Vixit Balduinus usque ad a. 1034. Nec hic inquiram, an *Walacra*, quam Otto II. in dotem dedit Coniugi suae *Theophanae*, pro nostra haberi *Walacria* debeat, in STRVVII *Corp. Iur. Publ.* p. 571. l. 2.

(c) In G. G. LEIBNIT. T. I. p. 583. *Scriptor. Rer. Brunsvic.*

EXCVRSVS VII. „ rium ex hoste faciendum non dubitavit. Valentianas il- „ li in fide Imperii tenendas reddidit —." Dicitur a SIGEBERTO GEMBL. id fecisse, „ ut sibi contra motus suorum" (nempe Lotharingiae Nobilium) „ auxilio esset", vel, ut IPERIVS, „ cuius auxilio sibi rebelles omnino subegit". Pro praestita autem in his opera tantam *Balduinus* ab eo iniit gratiam, ut praeter *Valentianas* Imperator etiam ei *postea* superaddiderit *Walacras*, sive per plurale hoc nomen *omnes Zeelandiae Occidentalis* insulas intelligas, sive coniunctim cum reliquis insulis accipias. De quibus vid. EXCVRS. IV. p. 63. Hoc autem velim observes, scriptores emphatice de *Walacris* addere: *Henricus postea superaddidit.* Quod argumento est, hanc terrae donationem serius esse institutam, vivente tamen adhuc Rege HENRICO. Quo vero *anno* quave de *caussa*, ignoramus. Elegans tamen ea de re est coniectura V. D. VAN LOON ad KOLIN. p. 309. et alibi (d), qui coniicit, factum id esse a. 1018. vel 1019., quando Comes Hollandiae Imperatori rebellis frenum momordit, et Imperatoris iram exacerbavit: qua occasione *Henricus* Imp. has Zeelandiae terras *Theoderico* ademerit, contra vero *Balduino* concesserit. Ac commode postea incidi in locum H. D'OUTREMAN *Histoir. de Valenciennes* L. I. C. XV. p. 91. qui huius Walacriae donationis mentione iniecta eam ex CHRONICO S. BAVONIS refert

Prob. N.º III.

(d) Vid. ALOVDE HISTOR. H. D. *Holland* bl. 51. bl. 282. et *over de Leenroerigh. van*

(e) Mecum sentit V. D. P. PAVLVS. laud.

fert ad a. 1020. Vid. Probb. a. 1057. N° X. Hoc satis certum ex *testimonio* BALDERICI *Chron. Camer.* contigisse EXCVRSVS VII. *Walchrarum* donum sub *Gerardo* Episcopo *Camerac.*, qui Prob. N° IV. a. 1014. Praesul factus est, Imperatore Henrico Comitia *Neomagi* celebrante; celebravit autem ea a. 1018. Vterque autem et Theodericus et Balduinus Comites *Henrico* Regi affinitate per *Coniuges* erant coniuncti, ut Cap. II. p. 182. dictum est. Habet sane haec coniectura, quo commendetur; et robur acquirit ex eo, quod ratio, cur Imperator *Balduino* has terras dederit, alibi haec fuisse memoratur, quod nempe *studio ac fide erga Henricum* [post datas Valentianas] *nemini cessit, verum in omnibus rebus Caesareae obsequiosus maiestati quosdam in Lotharingia* MINVS DICTO AVDIENTES *brevi facere coëgit Imperium.* Inter Lotharingos nostrum Comitem imprimis recenseri, satis constat. Obstat tamen huic opinioni id unum, quod nusquam legitur, nec ullum exstat argumentum, quo probetur, *Comites* Hollandiae iam tunc hanc *Zeelandiae partem* possedisse (e). Quidquid autem hoc est, quum anteriora loca non habeamus, unde de dominio vel iure in *Walacriam* ab alterutra parte quid certi statui possit, hoc contenti esse Catone debemus; et ab hac Imperatoris Henrici donatione, Flandris facta, potius repetamus ius vetustum,

 quod

laud. diss. C. IV. p. 94. *Neque Comites Hollandi, si SVNNEMERE excipias, ante medium seculum undecimum, vel duodecimum, aliquid in Zelandia possiderunt.*

 quod Flandri has in regiones habuerunt, quam ut incertis nihilque probantibus coniecturis indulgeamus. Testimonia sunt clara et omni exceptione maiora; *Walacrae* ab Imperatore Germanico HENRICO Comiti Flandriae in feudum sunt concessae, aliquot annis post a. 1007. In eo quoque convenit inter et *Flandros* et *Hollandos*, repetendas ab hoc esse tempore vehementes illas discordias, quae postea flagrarunt. Ex Flandris audi MEIER. ad a. 1007. *Valachrias cum aliis Zeelandiae Insulis dono ab eo accipere —, quae quidem res origo fuit longissimae inter Flandros atque Hollandos discordiae, ac belli quod quadringentos prope per intervalla tenuit annos —.* Quamquam Hic caussam derivat ex donatione Wasdae. Ex Hollandis A. MATTH. *Anal. Med. Aevi* T. III. p. 203 ad SIGEBERTI locum. *De Walachris*, inquit, *notabilis est locus. Nam hinc Flandris illud ius, quod bello postea dedit causam, quod tanta vi cum Hollandis, tam ingenti apparatu et tot clade exercituum tam atrociter dein gestum.* Ab Exteris testimonium si postulas, Doct. AVCTOR Operis *l'Art de verifier les Dates* p. 631. sic ait: *Henri lui donna* (Valenciennes) *à titre de fief. A ce don il ajouta celui de l'Isle de Valcheren en Zélande, d'ou naquit un long et sanglant différend entre les Flamands et les Hollandois, qui dura près de 400 ans.* Haec igitur omnibus constant suffragiis. Bella noverunt seriores; sed quomodo et quae diversorum bellorum variae subinde caussae ac vicissitudines exstiterint, nostrum nunc erit explicare.

§. IV.

EXCVRSVS VII.

§. IV.

Sub Balduino Pio, Com. VII.

Balduino Barbato, de quo dixi, a. 1036. defuncto, successit filius *Balduinus Insulensis, cognom. Pius.* Sub quo ulterius confirmata ac clarius expressa est haec Imperii donatio *Zeelandensium Insularum*; idque inita inter Regem Henricum et Comitem Flandriae pace. Non reticuit hanc donationem Egmundanus Scriptor, qui a. 1057. ita scribit: *Balduinus Comes Flandrensis ab Imperatore Valentianas et Walacriam in beneficium* [i. e. in feudum] *suscepit.* Nec non M. STOKE, Rhythmographus vernaculus, qui pluribus hunc locum illustravit, B. I. vs. 1080. sqq. et hoc Feudum ad Walacras, Quatuor Ambachtas, et terram Transscaldanam extendit:

Dese Boudin/ alsmen ons seghet/
Dit wort Keiser Heinrics MAN/
Om dat hi van hem ghewan
Walchren ende vier Ambochten
Ende over Scelt tlant dat hi sochte.

Belgica vox *Man* hoc aevo notat hominem, qui feudi iure alteri est alligatus. Ipsam rem pluribus enarrant Scriptores Flandri, in his MEIER. *Ann. Flandr.* a. 1046 — 1057. SANDER. *Rer. Flandr.* T. I. PIERRE D'OVDEGERST *Chronicq. de Flandr.* Chap. XL. p. 76. sqq. qui belli caussam ponit in affinitate inter Balduinum et Godefridum

EXCVRSVS VII. Ducem Lotharingiae, cuius uxor erat Magtildis avia Balduini Barbati. Ex Nostratibus antiquioribus luculentum habemus testimonium IO. A. LEID. *Chron. Belg.* L. XI. C. 5. Ex peregrinis IOH. IPER. *Chron. S. Bert.* P. II. p. 577. de quibus ſtatim.

§. V.

Res gestae. Rebellaverat nimirum a. 1046. *inſtinctu Godefridi* Ducis, teste SIGEBERTO h. a., contra Imperatorem Henricum III. Comes Flandriae Balduinus, isque Regi terram de Aalst Germanico Regno ſubiectam praeripuerat. Vnde Imperator bona et terras eius tamquam infidelis armis invaſerat. Vid. MEIER. ad a. 1046. ſqq. fortasſeque huc referri debet, quod aliunde MEIERVS ad a. 1045. narrat: *Balduinus*, inquit, *expeditionem duxit in Friſiam, fuſisque hostibus victorem exercitum reduxit ſine damno in Flandriam.* Quibus ſi iungas verba IO. A LEID. L. XI. C. 5. *Comes Flandriae ſubtiliter invaſit Comitatum Bogionenſem, vidl. Audernaerden et Aelst — in praeiudicium Henrici Romanorum Imper. Et filius eius iunior Robertus Friſo — invadendo vicit Walachriam. — Robertus Friſo diſpoſita tota Walachria in pace, venit ſuo patri Baldwino in ſubſidium*: quae, inquam, ſi iungas (f); ſatis patet, Flandriae Comitem invaſisſe Impe-

Prob. N.° III.

(f) An tamen iungi posſint, dubium videtur ex eo, quod haec Roberti expeditio in Zeelandiam ad a. 1053. ab aliis refertur. Vid. BVZEL. Gal-

peratorem ab utraque parte; Robertumque sibi tum Walacriam quocumque modo Patri ereptam et a Caesarianis vel Hollandis occupatam recuperasse. Hollandiae Comitem his turbis mixtum fuisse, sed tamen contra Imperatorem venisse, fere colligas ex HERMANN. CONTRACT. a. 1047. *Gotefridus Dux cum* BALDVINO *de Flandris et aliis nonnullis rebellionem innovat, bellumque copiis collectis parat: THEODERICVS quoque de PHLADIRTINGA* [nunc Hollandiae] *Marchio rebellat, et Episcopatus sibi contiguos ad iniuriam populatus esse nunciatur. Theodericum* certe *Godefridi* adiutorem fuisse, diserte narrat LAMB. SCHAFNAB. a. 1047. cuius Vrbes *Rijnsburg* et *Flardingen* Imperator tunc ceperit. Cf. HERM. l. l. Verum quidquid hoc est, per varias turbas bellorumque tumultus, de quibus plura dixi in Excursu IV. in *Vindiciis Chronici super Walacria*, quaeque latius explicuit V. D. PIETER PAVLVS (g), ad finem perducta sunt omnia haec inter Imperatorem ac Flandriae Comitem dissidia et lites, intercedentibus a. 1057. in Synodo Agrippinensi, *Victore Pontifice Romano* et *Henrico* Francorum Rege; qua pace, teste MEIERO a. 1057., *terram omnem, inter flumina Scaldem et Teneram, QVINQVE INSVLAS ZELANDICAS, Castrum Gandense cum QVATVOR OFFICIIS Balduinus retinuit* (h). Res testatissima, quae nullum veritatis historicae dubium admittit; quippe quam tes- EXCVRSVS VII.

(g) Diss. Inaug. *de Nexu Feudali Flandr.* p. 169. p. 73.

(h) Add. BVZELIN. *Ann. Gallo-Flandr. Annal.* Cf. EXCVRS. V. *Flandriam inter et Zelandiam*, p. 6—10.

EXCVRSVS VII. testantur aeque exotici atque vernaculi. Expresfis verbis hae Terrae in IOH. IPERII *Chron. S. Bertin.* C. 37. p. 577. vocantur „ Comitatus Aloftenfis cum terra Quatuor „ Officiorum. Infuper in *ZELANDIA QVINQVE INSVLAS* „ Imperator ei fuperaddidit, cum conditione, quod eas „ ab Imperatore teneret". Et hinc recte fcribit Nostras IO. A LEID. XI. 5. p. 128. „ Factam esfe pacem, ea con„ ditione, ut Comes flexo genu venia petita posfideret „ in feudum terram de Aelst; praetereaque Imperatorem „ ex libertate animi ei adiecisfe terram de *VIER AMBOCH*„ *TEN*, et *WALACHRIAM*, terramque ultra Schaldam, perpe„ tuis temporibus fibi fuisque fuccesforibus in feudum tenen„ dam". Nec aliter ad h. a. 1057. P. D'OVDEGHERST *Annal. de Flandr.* Chap. XL. f. „ Le Conte Baudouyn le De„ bonnaire retint par icelle paix toute la Terre, qu'est fi„ tuée entre l'Escault et la Tenre, enfemble le chastel de „ Gand avec tout le païs, qui gist entre l'Escault et le „ Honte depuis la fosfe appellée OTTINGHE jusques de„ vant Anvers, y joindant les Ysles de Zelande, que „ l'Empereur Henry le Second avoit donné a Baudouyn „ a la Belle Barbe: dont le Conte Baudouyn le Debonnaire „ fit audict EMPEREVR HENRY le quart, au jour de fon „ couronnement HOMMAGE en fa ville de Coulongne au„ dict an mil cincquante fept". Quibus fi addideris loca fupra ex NOSTRO et STOKIO allegata, nec non quae plura in Probb. ad. a. 1057. profero, quaeque dixi EXCVRS. IV. nihil amplius credo defiderabis.

Me-

Memoratur sub hoc *Balduino* in DV CHESNE Probb. *famil. Guin.* fol. 58. Charta Balduini Nomiom., qua „ *Al-* „ *tare de* OOSTBVRG *cum capella in* ISENDICA *tradit Wic-* „ *bardo Abbati S. Petri Blandin.*" in OL. VRED. *H. Com. Fl.* Prodr. II. p. 544. Isendica autem et Oostburg huius Donationis partem faciunt. SECTIONE VII.

§. VI.

His igitur bonis et amplis ditionibus *Balduinus Pius* ab Imperatore ditatus, paullo post, a. vidl. 1063. bonorum terrarumque suarum inter duos filios, *Balduinum Montensem* ac *Robbertum* postea *Fresonem* cognominatum, instituit divisionem. Teste enim MEIERO a. 1063. „ Aldenar- „ dae indictus ab Pio optimatium conventus, confectum „ ibi matrimonium inter ROBERTVM Pii filium natu minorem „ ac GERTRVDEM viduam Florentii Comitis Hollandiae. In- „ stitutus Robertus procurator Hollandiae ac tutor filio- „ rum Florentii ex voluntate legatorum Hollandiae. As- „ signatae ROBERTO pro sua haereditaria portione QVIN- „ QVE INSVLAE ZELANDICAE, Walachria, Scaldia (i), Zuut- „ bevera, Nortbevera, Borselia. Comitatus ad haec Alos- „ tanus cum terra quatuor Officiorum ac grandi sum- „ ma pecuniae. Adactus a patre iureiurando, ut his con- *Balduinus cavet testamento de Zeelandia.*

(i) De *Scaldia* error videtur. Innuit *Wolfartsdicam.* Eumdem errorem interdum alii errarunt.

MONVM. VII. „ tentus nunquam fratri foret iniurius". Nec ignorat hanc donationem IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XIII. Cap. 2. *Hic Baldewinus frater Roberti fuit Comes Flandriae, Hannoniae, – de WALACHRIA et VIR – AMBOCHTEN. — Attendens ergo idem Baldewinus probitatem et strenuitatem Roberti Frisonis, fratris sui, Tutoris Hollandiae, contulit eidem, revertenti de terra Sancta, Comitatum Bogronensem id est Aelst, Oudenaerden, cum suis destrictibus, et WALLACHRIAM. De quibus cum Roberto* [l. Robertus] *fratri suo gratias retulisset, rediit ad Hollandiam.* In eo tamen forte errat Carmelita, quod factum *patris Balduini* tribuit filio Balduino, Roberti fratri. Hactenus igitur *Hollandiae Comites* has terras nondum sibi vindicare sustinuerunt; qui alioqui non passi fuissent, ut haec *Zeelandiae* pars tamquam hereditaria portio ROBERTO daretur, si sua ipsorum fuisset. Idem confirmant reliqui scriptores, ex quibus legi dignus P. D'OVDEGHERST *Chron. de Flandr.* Chap. XLII. p. 81. quosque plures allegat P. PAVLVS in Dissert. laud. p. 13, 14. not. a. b. Nec negarunt id ex Nostratibus Scriptores moratiores; in quibus vid. WAGEN. *Hist. Patr.* D. II. bl. 177.

§. VII.

Balduino et Roberto Frisoni. Vix triennio patri supervixit Balduinus Montensis, qui obiit a. 1070. At interim a. 1061. Florentio Holl. Comite, de-

defuncto, ROBERTVS cognomento FRISO ducta eius vidua *Gertrude* tamquam tutor pro impuberibus Florentii liberis Hollandiam administraverat ab a. 1063—1070. Is audita Balduini patruelis morte ſtatim Comitatum Flandriae pereunte Arnulfo Com. IX. ſibi vindicavit. Quod contigit a. 1072. Quae Comitatus vindiciae iterum Zeelandorum inſulas Roberto Freſoni addicunt. Quum enim Richildis vidua, Arnulfi et Balduini mater, tutelam, quam ſibi petebat, Roberto denegaret, is ſe Flandriae hostem declaravit. Qua occaſione uſa Richildis, ex communi Scriptorum testimonio, quidquid Roberti Freſonis erat, invaſit, occupavit, et publicare, i. e. in fiscum ſuum redigere, auſa est. Vocantur ea bona a P. D'OVDEGHERST Cap. XLVII. p. 92. diſerte *Comitatus Alostanus*, *Quatuor Officia et Inſulae Zeelandiae*. Add. MEIER ad a. 1070. aliosque, et ex Nostratibus IO. A LEID. L. XIII. C. 4, p. 132. ſq. et M. VOSS. *Annal. Holl.* L. II. p. 58. His autem Robertus cum tota *Flandria* anno 1072. recuperatis, miſſis ad *Henricum V.* Imp. nunciis *Homagium* ei fecit, et investitus est *de Comitatu Alostano, et reliquis terris, quas ab Imperio tenebat.* Hoc factum eſſe a. 1076., quando Henricus Imper. Coloniae degebat, docet *Narr. Reſtaur. Abbat. S. Mart. Turon. in* D'ACHERII *Spicil.* T. II. Cap. XIII. fidemque facit SIGEB. a. 1076. Tenebat autem ab Rege non Flandriam, ſed terras ſupradictas, quae propterea *terrae Imperiales* vocari ſolent. Rem narrat idem EXCURSUS VII.

 P.

XCVIIIVII VII. P. D'OVDEGHERST Cap. LIII. p. 99. multique alii, quos ante me excitavit vir D. P. PAVLVS *Dissert.* laud. p. 16, 17. Nec modo hoc egit Robertus per nuncios, sed deinde ipse a. 1084. *Se transportá vers l'Empereur Henry* [V], *quy lors tenoit son siege deuant la cité de Romme, ou le dict* ROBERT *luy fit hommage* DES TERRES; *qu'il tenoit de luy soubs l'Empire, et se trouuá present a la pompeuse et magnifiqu' entrée que le susdict Empereur fit en ladicte cité de Romme, ensemble au couronnement deceluy*", ut verbis utar OVDEGHERSTII Cap. LVII. p. 106. Ab hoc tempore *Robertus* quietus Flandriae Princeps fuit. Quando vero referunt, *Robertum* a. 1076. *Theoderico* privigno suo in recuperanda *Hollandia* ab Godefrido Gibboso et Traiectino Episcopo occupata opem tulisse: vid. EGMVND. *Chron.* ad a. 1076. et OVDEGHERST *Chron. de Fl.* Chap. LV. p. 103. hinc patet, Robertum admodum uxoris filio Hollando favisse; unde fieri quidem posit, ut *Robertus* pro more huius aevi privigno suo *Theoderico* has terras Zeelandicas a se in feudum tenendas tradiderit; adeoque hinc ius feudale, quod *Hollandi* Comites praetenderunt, ortum traxerit. *In proprium* tamen eas Theoderico tradidisse, nemo statuet, qui cum huius seculi consuetudines novit, tum porro ingenium et indolem ipsius *Roberti* perspectam habet: quippe qui ab externis et ab indigenis describitur tamquam *imperii* avidus et ambitiosus Princeps, etsi bonus. *Boni* enim *Principis* laudem ne ipsi quidem

Nos-

Noſtrates huic denegant. Audi IO. A LEID. *Chron. Belg.* EXCVRSVS VII.
L. XIII. C. I. *Robertus Friſo ſenior, maritus Gheertrudis Comitiſſae, fuit Princeps bellicoſiſſimus, et egregius, famatusque per totam Chriſtianitatem plusquam Baldewinus frater eius —. Coepit autem ut tutor regere Hollandiam —. Fuit* ENIM VERVS IVSTITIARIVS, *et ab omnibus* DILIGEBATVR. :

§. VIII.

Verum utcumque hoc eſt, manſit *Robertus* quietus *Roberto iuniori.*
Zeelandiae Occidentalis poſſeſſor ac Dominus, obiitque M. Octobr. a. 1093. relicto, in bonis ſuis herede et ſucceſſore, filio cognomine, *Roberto iuniore* Comite Flandriae, qui cum eo iam ante ſummam rei tenuerat, et cui *has* etiam *terras* competiiſſe, ſatis docent gesta ſub eo. Nam quum factus Flandriae Comes in eo eſſet, ut expeditionem ſacram a. 1096. iniret, eum ob easdem terras Rex *Henricus* bello petivit. Rem narrat MEIERVS *Annal.* a. 1096. „ Omnis, inquit, Italia, Gallia, Germania, „ — ſacrae expeditioni nomen dedêre —. Et iam paratus erat ROBERTVS — niſi a Caeſare fuisſet remoratus. Repetebat Henricus *ALOSTANOS*, *QVATVOR OFFICIA*, „ *ARCEM GANDAVENSEM*, et *INSVLAS ZELANDICAS*. Robertus firmo praeſidio Oppida Caſtellaque ſua hoſti finitima „ emunit: — Henricus cogitur incepto deſiſtere". Quae

 bel-

EXCVRSVS VII. belli fuerit causſa, nusquam traditur. Sed, ut coniicere licet, repetebat *Henricus* a *Roberto iuniore Flandrias* cum ſuis adiunctis, quippe ex eius ſententia debitas non Roberto Friſoni, neque eius filio, ſed posteris *Balduini* Pii ex *Richilde* procreatis. Quare Zeelandiae partem, quae Imperii ſeudum erat, invadebat. Cf. WAGEN. D. II. bl. 209. et *Chronyke van Vlaenderen* D. I. bl. 119. f. Forte in his Imperator adiutus fuit a *Theoderico* Comite Hollandiae. Hunc enim a. 1095. cum Flandris pugnaviſſe, infra docebo. Fuit postea et aliud cum *Henrico* Rege bellum, quod tradit MEIER. *Annal. Flandr.* ad a. 1102, 1103. 1108. CHRONIC. S. BERTIN. Cap. XL. P. IV. p. 598. f. et P. D'OVDEGHERST, *Chap.* LVIII. p. 108. f. cuius quidem causſam D'OVDEGHERST ſe ignorare fatetur; quamquam lucem forte dabit locus CHRONICI *S. Bertini.* Fuit quum crederem, hos ſcriptores ex uno bello a. 1107. gesto duo feciſſe ad annos 1102. et 1107. Narrant tamen SIGEBERTVS ad a. 1102. et 1103. aliique (quos recenſet V. D. PAVLVS Diſſ. laud. p. 18.) Imperatoris bellum cum Roberto gestum, atque a. 1103. cum pace commutatum in Conventu Leodienſi, ubi Robertus *in verba Imperatoris iuravit, id est, homagium praeſtitit Imperatori pro omnibus iis, quae ab Impe-*

(k) Belli a. 1102. ſq. gesti causſam primariam ob Atrebatenſem epiſcopatum pluribus narrat J. J. MASCOV. *de rebus Imp. ſub Henr. IV.* L. II. p. 125. Cf. tamen BVZELIN. *Ann. Gallo-Flandr.* p. 204. qui Robertum a Papa vult inſtigatum. Quod posterius clarisſime confirmatur Epiſtola Paſchalis

perio in feudum habebat: quibus verbis *Insulas Zeelandicas* comprehendi, ex superioribus satis paret (k). Revera autem Robertum tunc Homagium Imperio pro terris Imperialibus fecisse, iisque donatum esse beneficiis, quae ab Imperio Flandriae Comites tenebant, docet Epistola huius Roberti ad Lambertum Episc. (l): *Dom. Lamberto* (m) *venerabili Atrebatensium Episcopo, Robertus Flandriarum Comes, salutes et amicitias. Noverit discretio vestra, me* HOMINIVM *Imperatori Teutonico fecisse, quia aliter* FEODVM, *quod ab eo tenere per antecessoriam debeo, integre habere non poteram. Praesertim quia praeter hoc patriae nostrae pacem restitui nequaquam posse sentiebam.* At sub hoc Feudo tunc comprehensas fuisse Zeelandiae Insulas, Hollandi iuxta et Flandri consentiunt. EXCVRSVS VII.

Verum haec, quam *stabilem* volebat, pax non diu duravit. Omnes enim scriptores cum domestici tum exteri aliam Regis Henrici V. qui a. 1106. patri successit, expeditionem in Flandriam commemorant, cui se immiscuisse videntur Hollandi. Pluribus de ea SIGEB. GEMBL. CHRONOGR. SAX. p. 619. ANNAL. SAXO, CONRADVS VRSPERGENSIS, DODECHINVS, ANNAL. HILDESH. *Chronic. Elwang.* a. 1107. Rem gestam ad. a. 1108. narrat hoc modo MEIERVS: „ Henri-

lis ad Robertum Com. in BARON. *Annal.* T. XII. p. 33. §. XVIII.

(l) Inter Epistolas Lamberti N° 70. in BALVZ. *Miscell.* T. V. p. 331. excit. apud MASCOV. l. l. p. 129. 6.)

(m) Factus est *Lambertus* Episc. Atrebat. a. 1093. obiit a. 1115. LVZEL. *Ann. Flandr.* his annis.

EXCVRSVS VII. „ ricus Caesar conventu Ratisponae habito, amplas — „ copias adduxit in Lotharingiam seu Brabantiam, ut „ Flandros adoriretur; ipse Alostenses et Quatuor Offi- „ cia. HOLLANDI foedere cum eo icto ZELANDICAS INSV- „ LAS: Montenses vero, hoc est, Hanonienses, non solum „ Duacum, sed totam a ROBERTO repetebant Flandriam, „ quibus omnibus si parendum fuisset, vitam Robertus „ privatam vivere debuisset. — — Henricus nulla re me- „ morabili gesta retro abiit inglorius, paceque ad Nata- „ lem Dominicum Magunciaci facta. Duacum Augusti „ etiam permissu Flandrus retinuit". CHRONIC. S. BERT. L. l. p. 599. „ utrimque pacto simulato magis quam com- „ posito [Rex] inefficax rediit. Duacum vero Rober- „ to Fl. Comiti remansit". De *pace sumulata* procul dubio hausit ex SIGEB. ad a. 1108. qui circa hoc tempus obiit, ac res sui temporis scripsit. Quocum concinit MATTH. VOSS. *Annal. Holl.* L. II. p. 61. *Haec inter anno duodecimi saeculi octavo, Caesar Henricus Flandrorum Comiti Roberto bellum indixerat, tracto in partes Hollandiae Hannoniaeque Comitibus, dum ille WALACHRIAM, hic Flandriam, a parente eius Roberto praereptam, recipere sperant. Nusquam tamen a Florentio mota arma invenio, quamvis universam Caesar Flandriam vastaret.*

§. IX.

§. IX.

MXCVIII VII.

En prima vestigia, quae nobis Flandri et Hollandi repraesentant, docentia, posteriores sese rebus Zeelandicis cis Scaldim immiscuisse, Regi Germano auxilio futuros. Fortasse quia *Robertus* iunior Comitem Hollandiae ad feudum non admiserit. Quod tamen ex coniectura dictum velim. Comes enim Hollandiae, tamquam Imperii vasallus, per se obligatus erat ad opem Caesari, si quam exigeret, ferendam. Optabile autem perquam fuisset, ut *Pacis conditiones D. 25 Decembr.* a. 1107. inter Regem et Flandros initae superessent! Vix enim dubito, quin ab hoc temporis articulo *quinque hae Insulae*, paullo post sub nomine *Terrae inter Scheld et Hedenese* cognitae, tunc ex pacto a Flandro in feudum *Florentio* Comiti Hollandiae concessae sint. Quae coniectura etiam est v. D. WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 210. Paucis *Roberti* bella complexus est *l'Art de verifier les Dates* p. 634. *Ligue de l'Empereur Henri IV, continuée par Henri V, du Comte de Hainaut et du Comte de Hollande, contre Robert. Le premier* [Henricus] *lui redemande le Comté d'Alost, le* 2e [Comes Hann.] *la ville de Douai, le dernier* [Comes Holl.] *les* 5. *Isles de la Zélande.* Quod postremum si de *Feudo* accipias, omnia erunt expedita. Quidquid autem hoc est, satis hinc constat, *terras Zeelandicas*, perinde ac reliquas, *Alostum*, *Wasiam*, *Quatuor*

Officia, fuisse *terram* sive *Dominium Imperii*, quod *Comites Flandriae* in feudum tenebant, et pro quo *homagium* praestare Imperio solebant.

§. X.

Balduino Securi C. XII. a. 1111. Carolo Bono C. XIII. Guillelmo C. XIV.

Successit *Roberto Iuniori* a. 1111. filius *Balduinus* Comes Flandriae cognomine *Securis*. Sub hoc et sequentibus Comitibus *Carolo Bono*, qui a. 1119. Balduino, et sub *Guillelmo*, qui a. 1127. Carolo Bono successit, neque Nostri neque Flandri Annales quidquam diserte de *Zeelandiae rebus* memorant, nisi hoc unum exceperis, quod MEIER. narrat ad a. 1123. „ Albaldum Abbatem Formiselensem, „ postquam bona multa, praecipue in Testrep [i. e. Ter „ Strepe prope Ostendam, seculo XIV. undis submersa] „ acquisivisset, factum esse Abbatem apud Walrighem, „ hoc est Middelburgi in Walachria, qui primum Regu„ lares fuere, sed non multo post facti sunt Praemon„ stratenses". Significat autem *Walrighem*, insulam *Walcheren*. Et de hoc primo Medioburgensium Abbate aliunde satis constat.

§. XI.

Theoderico Elsat. a. 1128. — 1169.

Mortuo a. 1128. *Wilhelmo* Comite, successit *Theodericus Elsatius*, *Roberti Fresonis* ex filia Gertrude nepos, qui anteriorum Comitum frater erat patruelis, utpote qui ex Roberto,

Philippo, Adela, Gertrude, Fresonis liberis, procreati EXCVRSVS VII.
erant. Sub hoc et filio eius *Philippo*, ab a. 1128 — *et filio*
1169 — 1191. has terras in Dominio Flandrorum fuisse, *Philippo* a. 1169 —
negabit nemo, qui *Pactum Heedenseanum* ab utroque Co- 1191.
mite a. 11 67/68 initum inspexerit. Quo firmius tamen res adstruatur, simulque pateat, possessas esse has terras a *Flandriae Comitibus*, tamquam *Feudum Imperii*, sqq. audiantur.

Narrat P. D'OUDEGHERST Chap. LXXVII. fol. 133. vs° Philippum Comitem a. 1164. Aquisgrani fecisse homagium Frederico Imperatori pro terris, quas *ab Imperio* tenebat; pro quibus egregia multa Privilegia accepit, imprimis Mercaturam spectantia; ita ut libere et sine teloneis navigare Flandris per Rhenum liceret. Quum autem per hoc tempus Hollandis teloneum ad *Geervliet* ab Imperio esset concessum, et hi Flandros teloneo suo gravarent: ortum hinc est a. 1165. *Hollandos* inter et *Flandros* bellum, his prosperum, illis funestum, non sine Comitis Hollandiae captivitate ac Pacto finiendum: quo in bello
Zeelandiae feudum inter *Scheld. et Heedensee* Comiti nos- Prob. d.
tro *Florentio* fuit *abiudicatum*, ut diserte Charta testatur, 27. Febr.
quam ex Originali producam. Nimis memorabilia sunt a. 11 67/68.
verba, quam ut praetermittam, quamquam de his sq. Cap. commodior restit agendi locus; „ Philippus Comes „ Flandriae, Florentius Comes Holland. tam futuris quam „ praesentibus in perpetuum. Ex culpa F. Comitis Hol- „ land. orta est discordia inter me et ipsum, quae in tan-

 „ tum

EXCVRSVS VII. „ tum excrevit, quod omnis terra, quam de me in feodo „ tenebat, iudicio Baronum meorum, videlicet parium ipsi„ us Comitis Hollandiae EI ABIVDICATA FVIT". (n) Habuerat igitur *Florentius* antea Feudum a Comite Flandriae; atqui illud Feudum fuisse terram *inter Scaldim et Heedensee* Chartae verba docent. Fuit igitur haec terra tunc Comitum Flandrorum, eaque postea illorum mansit. Eoque minus de his est dubitandum, quo certiora in sqq. praestabo documenta, Flandros h. t. Zeelandiae Insulas *in commune Feudum* Hollandis possidendas tradidisse. Nunc tantum mecum respicite ad Chartam Originalem

Prob. 1270. 4 Maii. FLORENTII V. a. 1270. qua profitetur „ PHILIPPVM Flan„ drens. et Virom. Comitem, et FLORENTIVM Comitem „ Hollandie Ecclesie beate Marie de Middelborgh qua„ dringentas mensuras terre in Officio de Westersub„ borgh liberas contulisse". Quod reliquum est; De *Quatuor Ambactis* si quid dubii alicuius animo insideat; testatur in

Prob. h. a. 4. Dec. Originali Charta a. 1199. *Balduinus* Com. Flandriae, se Canonicis Curtracensibus concedere *totam decimam de Hulst, sicut*, inquit, *b. m. Balduinus pater meus, et Comes PHILIPPVS avunculus meus, et antecessores mei eam tenuerunt, cum omni integritate.* De *Wasia* reliquisque ab hac parte terris etiam per haec tempora constat; sed quia huc iterum recurrendum erit, hoc pluribus adstruam Cap. IV.

§. XII.

(n) Olim hic sine sensu lectum est, *adiudicata fuit.*

§. XII.

XXCVRCVS VII.

Margaretae uxori Balduinia. 1191.

Mortuo a. 1191. *Philippo*, succesfit eius foror MARGARETA uxor Balduini V. Com. Hannon. non fine gravi tamen cum forore fua, Philippi Regis coniuge, ISABELLA altercatione; quae altercatio, postquam *Margaretam* pro fe *receperant Brugenfes, Hyprenfes, Cortracenfes, Aldenardani, Geromontani*, ALOSTANI, WASIANI, — *polliciti omnem fuam fidem et operam, fi cum Gallis bellum foret fuscipiendum*, teste MEIERO a. 1191. p. 58. tandem ita est fopita, ut *Arbitri decidendis controverfiis lecti Gandavum, Brugas, Hypram, Curtracum, Aldenardam*, WASIAM, ALOSTVM, *Gerardi-montem, cum* LOCIS IMPERIALIBVS, *quae* MINISTERIA *vocabantur, ac* INSVLIS MARINIS *Margaretae adiudicarent*; reliqua vero ftirpi Francicae cederent. Rei fuccesfus fuit, ut, teste MEIERO, proximo a. 1192. *Balduinus Comes ad Caefarem in Germaniam profectus fidem illi de* ALOSTANIS, WASIA, QVATVOR OFFICIIS, TERRA *iuxta Scbaldem*, VALACHRIA, ZVVTBEVERA, NORTBEVERA, BORSALIA, *ac reliquis Zelandiae Infulis praeftiterit*; praeftito itidem Regi Francico de fua *Flandria* iuramento. Quae omnia MEIERVM ex Chartis Monimentisque fide dignis haufisfe, non est quod dubitemus. Cf. TE WATER *Praefat.* laud. p. IX.

EXCVRSVS VII.

§. XIII.

Balduino Constantinop. a. 1194. Ioannae a. 1206.

Obiit d. 15. Nov. 1194. Margareta; successit filius *Balduinus*, postea Imperator Constantinopolitanus. Atque a. 1206. eius filia *Ioanna.* Sub hoc BALDVINO *Theodericus* VII. Comes Hollandiae, eoque a. 1203. mortuo, sub IOANNA *Ludovicus Losfensis* Theoderici VII. gener, et *Wilhelmus* de Hollandia, Theod. frater et Comes Hollandiae ius ac dominium in terras Zeelandiae directis verbis omnes agnoverunt, confirmato sollemniter Pacto Feudi Zeelandiae Heedenseano, a. 1168 inito. At deinde sub eadem *Ioanna*, (ut, Imperium quid habuerit iuris, agnoscas), *Fredericus* Imperator a. 1218. *manum iniecit Alostanis, Wasiae, Quatuor Officiis et Insulis Zeelandicis.* Et quare? Num propterea quod hae terrae iuris essent *Hollandici?* Minime vero. Nam Fredericus his terris manu iniecta, tunc demum eas *Wilhelmo* I. Comiti Hollandiae ad tempus in Feudum dedit, easdemque Comes a dicto Imper. Frederico recepit, ut docent verba Chartae Originalis a. 1221. d. 6. Maii, in qua revocatur *Sententia que data fuit apud Franckenvorde pro Comite Hollandiae Willelmo contra egregiam Flandriae et Haynoniae Comitissam Iohannam, videlicet de eo, quod ipse Comes Willelmus recepit in feodum de Domino — Frederico — Imperatore Ter-*

Prob. a. 1204. 31. Dec. 1206. 14. Oct.

Prob. h. d.

(o) Non licebat videlicet Comiti homagium diutius procrastinare quam per

Terram, QVAM IPSE TENVIT in feodum de PREFATA Comitissa. Habetur adhuc Charta in Camera Rationum Insulensi. Fuerat igitur Ioanna Flandrica antea Zeelandiae Domina. At quaenam fuit ratio, cur Ioanna ab Imperio his terris privaretur? Non alia certe fuit, quam quod *Iohanna Comes non venisset iuratum in* Imperatoris *verba. Excusavit autem Iohanna viri captivitatem, per quam non licuisset sibi id satis mature* (o) *facere, eamque excusationem, interventu quorumdam pacificatorum, Augustus tandem accepit,* teste MEIERO a. 1218. Cf. *Chronyk van Vlaenderen* D. I. bl. 318. vel ut distinctius exponit P. D'OVDEGHERST Chap. CVI. filius Frederici Heinricus, Rex Rom. a. 1221. Iohannae Homagium accepit, et terras ei restituit, revocata nimirum sententia, quam Fredericus a. 1218. Francofurti pro Wilhelmo Hollando tulerat. Haec et similia Flandrorum Testimonia a nostratibus olim in dubium saepe sunt vocata. Quod ne amplius fiat, en tibi Chartam, quam ex Originali nunc produco, qua Engelbertus Archiepisc. Colon. d. 6. Maii, a. 1221. testatur, se Moguntiae interfuisse, *ubi Dominus Henricus illustris Roman. Rex — revocavit in irritum et ad nihilum redegit sententiam illam, pro Comite Hollandiae Wilhelmo contra — Comitissam Iohannam, eo quod — Wilhelmus recepit in Feodum de Dom. — Frederico — Imperatore* TERRAM, *quam ipse* TENVIT *in feodum de* PRAEFATA COMITISSA. Prob. h. d.

En

per annum et diem, nisi iusta adesset causa.

EXCVRSVS VII. En Feudum Comitis Hollandiae a Flandris susceptum! En ius ac Dominium Imperii! Et, quod hic primario loco probandum est, Feudum Imperii Flandricum! Hanc Flandrorum possessionem *Zeelandiae* feudalem firmiter etiam adstruit, novaque luce donat,

Lex sive Chora a IOHANNA *Comitissa Flandriae et* WILHELMO *Comite Hollandiae a.* 1217. *illis de Middelburch iurata*, ut habetur in MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* D. I. bl. 170.

Nimirum dederat hoc anno *Wilhelmus* Comes Holl. urbi Medioburgo novam *Legem* sive *Choram*; hanc Ioanna Comitissa Flandriae et Wilhelmus Comes Holl., *eorumque Castellani de Zeelandia iuraverunt inviolabiliter observandam.* Nondum enim Imp. Fredericus has terras Flandris ademtas in Comitem Hollandiae contulerat; quod factum demum est a. sq. 1218. Sed de hac re fusius dicam Cap. IV.

§. XIV.

Vti autem de Zeelandia, sic idem satis constat de *Wasia* et *Quatuor Ambactis.* Notum est de Wasianis, eos a. Prob. h. a. 1241. a Flandris Comitibus accepisse *leges suas, quam Choram vulgo vocant*, ut verbis utar MEIERI (p). *Eodemque*, MEI-

(p) Qui tamen quum addit, hactenus fere Wasianos sub Imperatoribus Ro-

MEIERVS inquit, *anno Mudanis iuxta Sclusam datae ab Comitibus* Flandriae *eaedem fere leges ac Privilegia, quibus utebantur Brugenses.* Veram rem esse, docet Chartae Originalis exemplar a. 1241. quod profero insertum Chartae Roberti Com. Fl. a. 1316. 14 Mart. Immo a. seq. 1242. „ renovata sunt „ ac comprobata ab Comitibus", inquit Meierus h. a. „ Privilegia data ab Philippo Elsatio *quatuor Officiis*, in „ queis sit mentio de sex maioribus criminibus, quae poe„ na illic puniuntur capitali —. Remissus abolitusque iis„ dem Balfardus: *Assenedanis* insuper et *Bocholtanis* re„ missum servitium carrorum — debitum Comitibus". Add. D'OVDEGHERST h. a. Sub eadem Ioanna in Castellania Brugensi memorantur „ allodia apud Rodenber„ gum, Ostbergium, circa Isendicam, Vulendicam", (hodie Schconendikam) „ et Gaternessam", in OL. VRED. H. C. FL. Prodr. II. p. 536.

MEIERVS VII.

Prob. h. d.

§. XV.

Ioannae a. 1244. defunctae successit soror *Margareta*, nupta antea a. 1212. *Bochardo Avesniensi* Tutori suo, ex quo duos habuit filios *Ioannem Avesniensem* et *Balduinum*; deinde post dissolutum cum *Bochardo* matrimonium nupserat *Guilielmo Domnipetrae*, ex quo habuit filios *Gui-*

Margaretae a. 1244.

Romanis atque Hollandiae Comitibus sine *certa lege vixisse*; errat in *Hollandiae* adiectione, ut infra pluribus docebo.

SECTIO VII. *Guilielmum Dampetrae*, *Guidonem et Ioannem.* Quae utriusque thalami sociatio ingens malorum fons fuit et origo; quoniam posteriores liberi ipsaque mater fratres ex priori matrimonio genitos tamquam spurios illegitimeque procreatos habendos censebant, quia pater *Bocbardus* se clerum dissimulasset, adeoque illicitas nuptias contraxisset. Cf. CHRON. v. VLAENDEREN I. D. bl. 346. Margareta Comitatum adepta statim a. 1245. Abbatiae Dunensi confirmavit omnia bona, quae sita erant ad *Watervliet*, *in Officio de Hulst.* Memorabilia imprimis sunt huius chartae verba, quibus „ possessionibus, iuribusque, quae *haec* „ *Abbatia* a Comitibus *HOLLANDIAE*, et Nobilibus *ZELANDIAE*, vel ab aliis fidelibus in *ZELANDIA* iusto titulo ac-
Prob. M. Dec. „ quisivit, illa, ut *SVPERIOR DOMINA* terrae *ZELANDIAE*, „ consensum suum adhibet, et omnia confirmat". Quae illa fuerint bona, alibi indicabo. Confirmavit eadem d. 5. Apr. a. 1269. Ecclesiae de Cambron bona, quae dederat in *Hulst*, *Stoppeldijk*, cett. „ tamquam *TERRAE DOMINA*,
Prob. h. a. 5. Apr. „ excipiens tamen *tam altam quam bassam iustitiam*", ut habent verba Chartae. Eademque a. 1247. ratas habuit omnes Baudeloae terrarum possessiones, in quibus nominatim recenset permulta loca in *Wasia* et *Quatuor Officiis; retenta* sibi et successoribus *in omnibus praedictis tam maiore iustitia quam minore*, in FOPP. *Coll. Dipl.* IV. p. 251. f. Sic et Oppidum Aardenburg a. 1248. ab eadem fertur obtinuisse liberum Mercatum, seu forum nundinarium, docente Belg. CHRONYKE *van Vlaenderen* D. I. bl.

350.

350. quod tamen serius a. 1268. contigisse me docet Charta Originalis, quam in Probb. d. 11. Aug. exhibeo. EXCVRSVS VII. Prob. h. d.

Non alia vero magis historia, quam quae sub hac *Margareta* contigit, nos docere Zeelandiae conditionem potest. Nimirum, ex quo *Margareta* a. 1244. Comes facta est, Parisios tetendit, ut pro *Flandria* Regi Ludovico homagium faceret; sed non alia id conditione obtinere potuit, nisi confitendo, se *Rupelmondam cum territorio de Waas* tenere etiam a Rege. Pluribus hanc Regis contra Germaniae Imperatorem extorsionem narrat D'OVDEGHERST Chap. CXIII. fol. 186. Quae quum per se nulla esset professio, et vi quodammodo extorta, hinc sq. a. 1245. Comitissa Imperatori *Frederico homagium pro terris Imperialibus* fecit, eodem obiter id docente, Chap. CXIV. fol. 188. et pluribus CHRONYKE *van Vlaenderen* D. I. bl. 347. Interim *Margareta* liberis suis ex nuptiis cum Wilhelmo Dampetra progenitis magis quam prioribus nothis, ut vocabat, *Ioanni* nempe et *Balduino d'Avesnis*, benevola, ansam dedit bello, quod fratres ex priori matrimonio geniti contra eam moverunt, petentes, ut sibi iure hereditario darentur *Flandria* et *Hannonia*, contendentes, ex Flandrum moribus *Spurios* non dari ex *matre*. Hoc bellum sopitum est captis arbitris, Rege Franciae et Legato Sedis Papalis; qui litem ita diremerunt, ut *Ioannes d'Avesnes* nothus, utpote natu maior, haberet *Hannoniam*, salva fratri *Balduino* sua portione; *Wilhelmus* vero *Dampetra*, ut maximus natu ex alteris nuptiis, *Comitatum Flandriae* cum o-

Dd 2 mni-

XXCVIIVS VII. mnibus *adiunctis*, (in quibus *Zeelandiam* fuisse, statim apparebit), salva quoque fratrum portione, vid. D'OVDEGHERST, Chap. CXIII. p. 187. adiecta ea conditione, „ut Margareta „ plenam, quamdiu viveret, haberet potestatem et admini„ strationem praedictorum Comitatuum". Hoc factum esse mense Iul. a. 1246. docet Charta in MARTENE *Anecd.*
Prob. h. a. I. p. 1092—1094.

§. XVI.

Res Ioannis de Avesn. cum Wilhelmo C. Holl. Post paullo, ut plerique volunt, et fidem facit bulla Innocentii PP. (q) Aleidis soror Wilhelmi Comitis Hollandiae nupsit huic Ioanni de Avesnes, ex prioribus Margaretae nuptiis procreato. Hac Wilhelmi, nunc Comitis, ac paullo post Regis Rom., affinitate fretus Avesnius animos sustulit, et nactus absentiam fratris uterini Wilhelmi Dampetrae, in terram sanctam profecti, auxiliante sororio Wilhelmo Rege *terras Flandriae Imperiales*, quas fratri per prius pactum cesserat, invasit, „ Alostanos, „ Wasios, Quatuor Officia, reliquaque foede populaba„ tur, caussatus" (teste MEIERO a. 1248.) „ Flandricum Do„ minatum, ac quicquid beneficio Imperii teneretur, non „ esse cognitionis regis Franci, eo quod, ut intendebat, „ non essent corporis Flandrici". Immo *Ioannes de Aves-*

(q) Vid. Probb. d. 25. Oct. 1246. cum si conferas Chartam ineditam ex MIER. *Charterb.* D. I. bl. 239. quae 20. Aug. 1246. in Prob. h. d., patebit

Avesnes ab Rege Wilhelmo sororio per sententiam Imperii obtinuit, ut Comite Flandriae in terra Sancta absente *Comitatum et Terram Namurcensem* haberet in Praeiudicium Comitis; quod docet Bulla Innocentii Papae hac de re ad Regem Wilhelmum data d. 26. Aug. 1249. quam ex Originali ex Archivis Namurcensibus producam. Verum iterum sopita est haec discordia, pacemque a filiis redemit *Margareta*, 60000. aureis *Avenniensi* numeratis; pro quibus fratres disertis verbis renunciarunt a possessione *terrarum* ZEELANDIAE et *WASIAE*. Superest Renunciationis Charta facta a. MCCXLVIII. mense Ianuario, in MARTENE *Anecd.* I. p. 1094. quae haec singularia complectitur: *Nos* IOHANNES *de* AVESNIS, *et* BALDVINVS, *fratres*, *Milites*, *filii Illustris Dominae Margaretae*, *Comitissae Flandriae et Haynoniae*, *notum facimus universis praesentes literas inspecturis* –, *quod*, *quando Dominus Rex Francorum*, *et Episcopus Tusculanus*, *tunc Legatus in Francia*, *protulerant dictum suum*, *de compromisso facto* [a. 1246.] *in ipsos a nobis ex parte una*, *et fratribus nostris*, GVILLELMO, GVIDONE, *et* IOHANNE *de Domnapetra ex altera*, *nos post illud dictum posuimus in calengia sive* RECLAMAVIMVS *Terram de* WAVERES [l. Walchres], *de* ZVBEVELAND, *de* NORBEVELAND, *de* BERSELE, *et omnes insulas Zelandicas cum pertinentiis earum*: QVATVOR *etiam* OFFICIA, WAISIAM *et* *ter-*

MCCXLVIII. (margin)

Prob. h. d. (margin)

Prob. h. m. (margin)

bit quam clarissime, Wilhelmi sororem *Aleidem* nupsisse intra hos dies.

Cf. not. ad 25. Oct. h. a. in Probb.

EXCVRSVS VII. *terram de* ALOST, *Geraldimortem, et omnes dictarum terrarum pertinentias, et omnes terras, quas domini Flandriae tenebant ac tenuerunt de* IMPERATORE *—. Et nos, post dictam reclamationem, — quitamus in perpetuum — fratribus nostris —, quod neque nos — possumus aliquid reclamare in dictis terris aut earum pertinentiis, neque in feodis, neque in demaniis, neque in allodiis, neque in hereditatibus —.* Pluribus rem enarrant Flandrici Scriptores, MEIERVS, OVDEGHERSTIVS, et ex Nostratibus WAGEN. D. II. bl. 390. Addit h. a. MEIERVS, *missum huius concordiae obsidem in Flandriam* FLORENTIVM *fratrem Guilielmi*, qui tamen haud ita multo post rediisse, ex sqq. colligi poterit.

§. XVII.

Margaretae iura. Sic igitur Margareta cum filio Wilhelmo Dampetra, qui a. 1251. obiit, quieta mansit *Zeelandiae Domina*; et tamquam talis aliquot post menses recepit a *Florentio*, fratre Wilhelmi Comitis, fideiusſionem, qua is promisit, *Wilhelmum* Hollandiae Comitem „ omnia iura, quae Comites „ Flandriae habebant in terra Zelandiae, recogniturum „ confirmaturumque”, ut docet insignis Charta, hactenus

Prob. h. d. inedita, d. 6. Iul. 1248., ac paucos post dies recepit confirmationem ab ipso *Wilhelmo II. Comite Hollandiae*, die nem-

Prob. h. d. pe 3. Aug. 1248. *de terra inter Scbaldim et Hedenzee*, iisdem initam conditionibus, quibus priores Comites, hoc ex-

excepto, quod „ Margareta, Comitissa Flandriae, obsides EXCVRSVS VII.
„ pacis, quos ipsa habebit de Zelandia mihi", inquit Comes „ recredet per literas meas patentes, si quos voluerim". Habetur Charta apud MARTENE *Anecd.* I. p. 1037, 1038. ex Archivis Hannoniae depromta, uti et in *Camera Feudali Hollandiae*, et hinc repetita apud MIERIS *Cod. Dipl.* I. bl. 250. Et confirmatur per alterum Pactum inter *Margaretam* et *Wilhelmum* d. 19 Mai 1250. in MIERIS D. I. bl. 258. a. Praeterea d. 9. Aug. 1248. FLORENTIVS, qui tunc pro fratre Wilhelmo Rege Hollandiam et hanc partem Zeelandiae gubernabat, agnovit *debitum quoddam pecuniae* ex reditibus Comitissae Flandriae solvendum: pro quo et fideiusserunt Nobiles. Vnde errare videtur STOKIVS B. III. vs. 1016. sqq. quando narrat, Margaretam circa a. 1252. misisse ad Regem, ut is sibi *homagium* pro Zeelandia praestaret; quod non modo Wilhelmum refert negasse, sed insuper adiecisse, se *ministrum sui ministri* esse, nec eius *hominem*, i. e. vasallum, esse nolle de bonis ad *Imperium* spectantibus. Nisi haec ita accipiamus, ut Wilhelmus iis, quae fecisset, promissis postea stare negaverit; quo omnis historiae series tendit. Aliter rem expedire conatus est Scriptor Gallicus, DANIEL *Hist. de France* T. III. p. 137. in nostris rebus non usquequaque accuratus: „ Le Comte de Hollande, beau„ frere de d'Avesnes étoit chagrin contre Marguerite par„ ce que depuis qu'il se fut defait de ses Comtez de Hol-

Prob. h. d.

Prob. h. d. No. I. et II.

Prob. h. d. No III.

lan-

EXCVRSVS VII. „ lande et de Zelande en faveur de ſon frere FLORENT, „ elle avoit voulu obliger ce nouveau Comte à lui faire „ hommage" —.

§. XVIII.

Wilhelmi Regus conatus. Wilhelmus autem, *Rex* ſimul et *Comes*, ut erat totus in ſororium ſuum Ioannem de *Avesnes* pronus, Margaretae vero Comitisſae Ioannis matri paullatim plus iusto offenſus, ſororio modis omnibus benefacere ſtudebat. Docent hoc Chartae, per quas hunc Ioannem investivit feudo Comitatus Hannoniae, in MIERIS *Cod. Dipl.* D. I. bl. Prob. h. d. et m. 246. menſe Octobr. 1247. Eidemque Comitatum *Namurcenſem* adiudicat, bl. 247, 248. et d. 27. April. 1248. Porro in dotem cum uxore concedit terram, quam Comites Holl. a Scotiae Regibus in feudum posſederant, bl. 249. d. 27. April. 1249. Denique videtur Wilhelmus eo rem redigere cogitasſe, ut ſibi ſoli haberet terras Zeelandicas, easque non amplius a Margareta Comite relevaret. Margareta autem videns, ſe rem habituram cum Comite potente, eodemque Rege Germaniae, in amicas pacis conditiones deſcendere maluit, quam omnia perditum ire. Quapropter cum Rege tamquam Comite, d. 19. Maii 1250. Prob. h. d. ibid. bl. 258. ſqq. novas circa Zeelandiam Conditiones iniit

(r) Et quidni hoc faceret *Margareta*, quum ipſe *Episcopus Traiectinus*, cu-

iniit *de in commune dividendis administratione et reditibus* EXCVRSVS VII.
Zeelandiae. Interim Margareta, quum ratione Zeelandiae Regis *Wilhelmi* homo ſive vaſallus; contra reſpectu Comitatus, ipſius *Wilhelmi* Domina eſſet ſuperior: moverat quaeſtionem de relevando feudo, uter hoc faceret. Quando igitur Comitisſa durantibus turbis Feuda ſua, *ZEELANDIAM* terrasque reliquas, quas ab Imperio tenebat, relevare a Rege Wilhelmo, ad Regnum evocato, intermiſerat; quod tamen *intra annum et diem* a novo Rege fieri debuerat: hanc occaſionem Wilhelmus Rex avide arripiens, non tamquam *Comes*, ſed tamquam *Rex* in Comitiis Francofurtenſibus d. 11. Iul. 1252. habitis, teste Charta huius diei, in MIERIS *Cod. Dipl.* D. I. bl. 268.
„ pro tribunali ſedens in praeſentia Principum et Magna-
„ tum Imperii per Epiſcopos definiendum curavit, quod,
„ ex quo Margareta Comitisſa Flandriae, per annum et
„ diem neglexit contumaciter requirere *FEODA*, licet ſuper
„ hoc monita et requiſita fuerit (r), de illis nos ſecundum
„ voluntatem noſtram potuimus libere ordinare, ea reti-
„ nendo nobis vel in feodum aliis concedendo: nos
„ vero praedictis ſententiis auditis diligenter, ceteris
„ Principibus et Magnatibus approbantibus, terram de
„ Namurco — *TERRAM IVXTA SCALDAM*, terram de *A-*
„ *LOST*, terram de *WASIA*, et terram *QVATVOR OFFICIO-*
„ *RVM*, cum omnibus pertinentiis ſuis, carisſimo ſororio

cuius dioeceſis erat Hollandia,) Regi *Wilhelmo debitae fidelitatis homagium praeſtiterit*, teste BEKA p. 79.

ARCVLVS VII. „ nostro Nobili Viro IOHANNI de Avesnis, prout EADEM „ Comitissa ab IMPERIO TENVIT, in Feodum concessimus „ a nobis et imperio perpetuo possidendas". — — — Et porro: „ ex quo nos feoda, quae Comitissa praed. ab „ Imperio tenebat, eidem Iohanni concessimus in feo„ dum; villae, castra, et alia bona — parere debent ei-
Prob. h. d. Nº I. „ dem Iohanni de Avesnis; et ei debent homines praedd. „ terrarum fidelitatis facere iuramentum". Eodem die Wilhelmus huic *Ioanni* Diploma dedit Investiturae *terrae iuxta Schaldin* et reliquarum terrarum, *de Waas, Alost, et IV Ambactis*, ibid. bl. 269. ex MARTEN. T. I.
Prob. h. d. Nº II. p. 1165. et ab eo „ homagium recepit fidelitatis debitae „ praestito iuramento"; in quo Diplomate ea quae superius memoravi, repetuntur, additurque, si, „ illi qui post hanc „ infeudationem Iohanni homagium non fecerint, seu feo„ da eorum non requisierint, quod idem Io. de praed. „ feodis, sive retinendo vel aliis in feodum concedendo, dis„ ponere potest". Has autem literas utrasque confirmavit *Nicolaus* Episcopus Cameracensis eodem anno, *Sabbato post festum BB. Iacobi et Christophori*, teste MARTENE
Prob. h. a. d. 28 Iul. l. I. p. 1165. f. Confirmavit hanc praeterea Sententiam Papa INNOCENTIVS per Bullam datam Perusii *III. Non.*
Prob. h. d. *Dec. Pontificatus A. X.* i. e. a. 1252. mandatque *Abbati Fuldensi* ut *eam sententiam* exsequatur, *iuxta Statutum Francofurtense*, vel alioqui *Margaretam* obsequi detrectantem excommunicet; qui rem commisit Abbatibus *S. Lau-*
Prob. h. d. *rentii Leodiensi et Lobiensi*, per Chartam datam d. 4. Iul. 1253.

1253. Quare *Henricus* Electus Leodienſis d. 15. Febr. 1253. Comitiis Mechliniae urbe ſua habitis *Hannonienſibus* iniunxit, ut *Ioannem* pro vero ſuo Domino agnoscant, eique *homagium* praeſtent. MIERIS D. I. bl. 270. Quod mandatum atque iudicium Rex Wilhelmus ipſe tunc Mechliniae praeſens per aliam Chartam confirmavit d. 15. Febr. 1253. ibid. bl. 271. Eumdemque in finem idem Henricus d. 18. Sept. 1253. „ Decano Eccleſiae in WA- „ SIA mandavit, ſub poena ſuspenſionis, ut presbyteris „ ſuis det in mandatis, ut ſingu'i in ſuis Eccleſiis publice „ citent peremtorie nobiles infeudatos, castellanos, ſcul- „ tetos maiores, ſcabinos capitales, ac alios ſcabinos, „ communitates castrorum ac oppidorum, ceterosque cu- „ iuscumque conditionis homines, — ut feria V. post fe- „ ſtum B. Matthaei, hora IX. coram Henrico Rupel- „ mundae compareant; mandatum Domni Papae diligenter „ audituri". Hinc res in apertum atque atrox bellum erupit, quod pluribus recenſent *Flandri* et *Hollandi* ſcriptores. Ioannes de Avennes Hannoniam, contra Margareta *Walacriam* aggreditur. Pugnatur acerrime ad Westcapellam d. 4. Iul. 1253. capiunturque *Guido* Comes Flandriae et frater *Ioannes de Dampetra*, et plures alii (s). Huic bello post clades ultrocitroque factas quomodo finis ſit impoſitus, diſtinctius nusquam enarratur, quam ab

Excursus VII. Prob. h. d.

Prob. h. d.

Ee 2 AEM.

(s) Vid. WAGEN. *Vad. Hist.* II. D. bl. 392—394. Cf. Probb. h. d.

EXCVRSVS VII. AEM. STOKIO in Chronico vernaculo (t), qui narrat, Margaretam a Rege pacem petiisse, eaque impetrasse conditione, ut filio Avesnio traderet Hannoniam, Alostum, et IV. Officia. Contra censet MEIERVS *Ann.* ad a. 1255. f. 77. et BVZELIN. L. VI. a. 1254. p. 288. pacem Wilhelmo vivo non esse initam. Vtri assentiar parti, dubius haereo. Videtur de pace esse actum, certe de induciis. Huc tendunt omnino duae Paparum Bullae; quarum 1ª. Prob. h. d. est *Innocentii Papae*, d. 14. Mart. 1254. (u) qua mandat Episcopo Tornacensi, ut latam excommunicationis sententiam in Flandriae Comitissam suspendat. 2ª. est eius- Prob. h. d. dem Innocentii, d. 2. Maii 1254. qua has controversias legato sedis Apostolicae componendas mandat. Quae vulgo enim huc trahitur Charta Wilhelmi Regis d. 23. Maii a. 1254. (v), qua promittit, *se pacem, quam* FECIT *cum Margarita*, fideiussurum *per consanguineos* suos H. Leodiensem *Electum*, *Henricum Ducem Lotharingiae*, etc. rectius

(t) Rijmchronijk van Holland, B. III. vs. 1461—1465. et vs. 1487. sq.

(u) MIERIS D. I. bl. 281. ex *Marten.* l. l. p. 1057.

(v) MIERIS I. bl. 282.

(w) Hinc leviter errat v. D. WAGEN. D. II. bl. 396. quando dicit, *Margaretam* pro *Ioanne* renunciasse ab *Hannonia*. *Ioannes* enim pro *Margareta* id fecit, non contra. Et sic totidem verbis I. IPER. *Chron Bertin.* p. 731. C. confusis tamen temporibus, *Hannonia RESTITVTA fuit Comitissae Margaretae.* Nisi de iure, non de facto, accipias. Nam prius pactum postulabat, ut post mortem *Margaretae* Hannonia ad *Ioannem de Avesnes* rediret. Atqui de hoc iure sola fuerat controversia inter *Matrem* et *Filium*. Vid. literas Margaretae, quibus

us relata fuisſet ad d. 19. Maii 1250., quo tempore reliquae pacis conditiones coaluere. Quod autem STOKIVS de tradita Avesnio Hannonia narrat, non aliunde profectum est quam ex conditione, quae iam a. 1246. inter Margaretae liberos fuerat inita: unde facile concludas, ſi quid initum est induciarum vel pacis, eo id rediisſe, ut in integrum omnia reſtituerentur, prouti in Pacto diviſionis inter Margaretae liberos fuerat ſtatutum. Reddita tunc ab Ioanne Avesnio matri Margaretae, quamdiu viveret, Hannonia (w); relaxati ab Hollandiae Comite captivi Guido et Ioannes Dampetra; uti haec narrat D'OVDEGHERST Chap. CXV. fol. 190 (x). EXCVRSVS VII. Prob. h. d.

Manet igitur hactenus Margareta harum terrarum Domina; neque ulla umbra, neque vestigium, apparet, *Comites Hollandiae* ius *Dominii* has in terras ſibi vindicasſe; aut quemquam usquam vel in Hollandia, vel in Flandria, vel in *Germania*, in dubium vocasſe, num hae terrae esſent Feudum Imperii, Flandrisve Comitibus competerent (y);

 ſed

bus Ioanni de Avesnis filio ſuo Comitatum Hannoniae post mortem asſerit, *M. Octobr.* a. 1256. in MARTEN. *Anecdot.* T. I. p. 1078 in Probb. p. 78. aliisque. Habeo autem testimonium, Chartam a. 1251. *M. Mart.* quae hoc conficit, ac redemtionem captivorum menſe Mart. a. 1254. collocat.

(x) Nullum mihi dubium, quin hoc tempore *Guido* et *Ioannes* vinculis ſint ſoluti. Huc tendit ingens illa pecuniae ſumma pro captivis expenſa, testibus I. IPERIO *Chron. S. Bertin.* p. 731. D. MEIERO a. 1256.

(y) Ne ipſe quidem AEM. STOK. *Chron. Holl Rhythm.* hac de re dubitavit. Vid. D. II. B. III. vs. 1019—1031. cum not. ad vs. 1029.

EXCVRSVS VII. sed contra omnia Regis Wilhelmi conamina eo tetenderunt, ut obtineret, Margaretam illo Feudo propter contumaciam excidisse, nullam iniiciens *Iuris Hollandici* mentionem, sed e contrario feudum Zeelandiae in Ioannem Avenniensem, qui sororem suam Aleidim duxerat, transferre satagens, qui quum Hannoniae tantum Comes esset, procul ab ea aberat spe et cogitatione, fore ut aliquando eius posteri, seculo XIV. ineunte, per Ioannem II. Hollandiae et Hannoniae simul Comitem, has terras in Dominium Hollandicum transfunderent. Immo tantum abfuit, ut Hollandi ius aliquod dominiale [illud enim crepare seriores ex ignorantia *rei feudalis* solent] has in terras tunc sibi vindicaverint, ut contra paullo post, mortuo Rege Wilhelmo, frater eius *Florentius*, defuncti filii Tutor, pactus sit, se ducturum *Guidonis* Flandrici filiam, Margaretae neptem, cum eaque Feudum Zeelandiae in dotem accepturum. Quod tamen immatura eius mors prohibuit; ut pluribus dicetur Cap. IV. Consule interim MEIERVM a. 1256. et ipsas Pacti tabulas (z). Tantum, inquam, abfuit, ut contra paullo ante obitum *Margaretae* a. 1278. *Guido* Flandriae et *Florentius* Hollandiae Comites mutuum confederationis ac defensionis fedus inierint, Prob. a. 127·. d. 25 Maii. docente *Charta* inedita in *Camera Rationum Insulensi*; cuius scopus primarius non alius fuisse videtur, quam ut *Io-an-*

(z) MIERIS Charterb. D. I. bl. 295. et hinc in Probb. a. 1256. d. 13 Oct. N° II. et III.

annem de Avesnes a *Zeelandiae* posfesfione averterent, excluderentque. SAECVLVM VII.

Non defiit deinde *Margareta* hoc Imperii Feudum ab Imperio relevare, neque agnoscere id Reges Germ. detrectarunt. Exftat in *Archivis Flandr.* apud OLIV. VRED. Probb. ad *Geneal.* P. I. p. 96. Charta Regis *Richardi* paullo post mortem Regis Wilhelmi a. 1258. data, qua Prob. 20. April. Margaretae promittit, fe revocaturum et irritam declaraturum Sententiam *Wilhelmi* Regis contra Margaretam latam. Quibus promisfis postea ftetit. Nam teste MEIERO, *Richardus Caefar*, Cameraci a. 1260. *Margaretae principi inducto GVILIELMI Hollandi decreto, Alostiam, Ruplemondam, terrasque reliquas Imperiales reddidit.* Porro a. 1262. *Richardus, petente Margareta, Guidonem filium eius recepit in fidem, ac Principem falutavit Sacri Imperii*, five, ut idem loquitur MEIERVS ad a. 1279. L. X. pr. *GVIDO de iisdem terris nomine matris in urbe Gandavo iuravit in verba Caefaris Richardi.* Dabo ambas Richardi Regis literas ad d. 27. Iun. 1260. in Probb.

Fecit et alia, quae plenum Comitisfae ius in terras Flandricas, IV. Officia, etc. probant. Anno enim 1266. inftituit tria Brugenfi in agro tribunalia, quorum unum foret Rodenburgi, hodie Aardenburg, *ordinemque inftituit iudiciorum ac rationem litigandi*, MEIERO a. 1266. Eidemque Rodenburgo d. 11. Aug. 1268. concesfit liberum Mercatum annuum per XIV. dies. Signabatur a. 1276. moneta Flan- Prob. h. d.

dri-

MCCLXXVII. drica duobus tantum locis, *Gandavi* atque ALOSTI, ibid. h. a. Eadem construxit Monasterium *Hagam* in Quatuor Officiis, MEIER. ad a. 1279. nec non Hospitale Ardenburgi, ibid. Cap. X. init. donavitque a. 1279. filius GVIDO „ Scabinis de Moere, ut iura peterent a Scabi-

Prob. d. 3. Iun. 1279. „ nis de Ardenburg" ex Charta Originali. Iisdemque Ardenburgensibus permisit, ut fodiant ab utraque parte flu-

Prob. h. a. 4 Iun. minis *Eede*. Habebat etiam Walterum quemdam Ramsin, qui Gandavi simul et quatuor Officiorum Baiulus erat,

Prob. M. Maio. vocaturque in Charta inedita a. 1273. *Watier Ramsin jadis nostre Bailliu de Gant et des Quatre Mestiers*; in eademque Charta confirmat venditionem *Terrae de Riedick* in *Officio de Hulst*, factam Abbatiae Camberonae. Nec non confirmavit d. 25. April. a. 1272. Canonicis Curtra-

Prob. a. 1199 4 Dec. censibus per Chartam itidem ineditam *Decimam de Hulst*, quam ipsius Pater *Balduinus* et mater *Maria* illis a. 1199. concesserant.

§. XIX.

Guidoni Comiti. Margaretae a. 1280. d. 10. Febr. defunctae successit in Flandriam GVIDO, mortuo antea fratre Wilhelmo, in Hannoniam vero IOANNES Avesniensis iunior, Ioannis defuncti filius: uti haec ex Pacto debebant. Ad Flandriam autem spectabant terrae Imperiales, in his *Zeelandia*. Has ab Imperio relevare ante *annum* et *diem* omisit Guido.

do. Hinc *Rudolphus Caesar per sententiam declarat Imperialem, Alustanos, WASIAM, IV. Officia, INSVLASQVE ZEELANDICAS ad fiscum rediisse, eo quod de iis GVIDO non praestitisset in tempore iuramentum, attribuitque Caesar eas omnes ditiones Ioann. Aveniensi Comiti Hannoniae.* Rem ita narrat MEIER. a. 1280. et novam hanc *Ioannis* infeudationem comprobant Chartae Regis *Rudolphi* d. 6. Nov. 1279. in MIERIS D. I. bl. 401. imprimis duae d. 26. Iun. a. 1280. bl. 408, 409. Ne quid vero dubii remaneret, confirmavit Rex Rudolphus iudicium in Curia Wilhelmi Regis in gratiam Ioannis de Avesnis, Hannoniae Comitis, contra Margaretam Flandricam latum d. 11. Iul. 1252. idque in praesentia multorum Episcoporum, Ducum et Comitum. Exstat huius confirmationis Charta die 5. Aug. a. 1281. Nuremburchi data in MARTENE *Anecd.* T. I. p. 1163. et hinc in MIERIS D. I. bl. 415. Eamdemque ob caussam Rex Rudolphus per literas patentes d. 5 Aug. mandat, *Nobilibus, Ministerialibus, Militibus, Vasfallis et popularibus universis, per terram de Alost, per TERRAM IVXTA SCHALDAM, per terram Geraldi-montis, per terram WASIAE et per terram QVATVOR OFFICIORVM — dilectis suis et Imperii Romani fidelibus, — ut praefato Haynnoniae Comiti, veluti suo Domino temporali praestent homagium, et fidelitatis debitae iuramentum.* Quod quo facilius obtineat, scribit etiam Rex ad Episcopum *Cameracensem*, cuius dioecesis haec plurimum erant, eique iniungit, ut

EXCVRSVS VII.

Probb. his aa.

Prob. h. d. No. I.

Prob. h. d. N° II.

MCCLXXVI VII. *ad principaliora loca harum terrarum accedens, IOHANNEM Comitem siue certum procuratorem ipsius suo nomine in corporalem possessionem — inducat. cum solemnitatibus debitis et consuetis.* Idque propterea Cameracensi iniunctum est, quia Comes Ioannes ipse hunc Regi nominarat, teste Charta *Rudolphi* a. 1281. ib. p. 1170. Nec solum ad hunc, sed eodem etiam die scripsit ad *harum terrarum Nobiles* (a), quos inter nominatim recensentur *Io. de Aldenardo, R. Dominus de Liedekerke, D D. de Gavre, de Bevere, Ph. Dominus de AXELE, W. de WATERVLIET, — dilecti sui et Imperii Romani fideles,* ut huic Ioanni tamquam *Domino obediant,* MARTENE l. l. p. 1170. et paullo etiam post d. 12. Octobr. ad Comitem *Luxenburgicum*, ut Comitem in terras introducat, ib. p. 1171. Exstat responsio Episcopi *Cameracensis* ad Regem Rudolphum sabbato post Octav. *Epiphan.* Dom. i. e. 14. Ian. 1281. qua docet, se, etsi *Comitis Flandriae* minis territum, tamen nihil praetermisisse, quominus Ioannem induceret in possessionem primo *Gerardi montis*, deinde etiam *Terrae de Alost; ibidem vero ab incolis villae de Alost; ballivo Comitis Flandriae, Scabinis, rectoribus, et iustitiae terrae — inobedientiam et rebellionem reperisse duriorem.* Quod autem ad *Wasiam* et *Zeelandiam*, quae suae non erant dioecesis, *quia*, inquit, *terra Quatuor Officiorum, Wasiae, et*

Prob. 9. Aug.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

(a) Non vero ad Hannoniae Vasallos, ut perperam MARTENE.

(b) Non est animus omnes has Chartas, quas apud MARTENE le-

et SVPRA SCHALDIM extra nostram dioecesim constituta, habitatoresque eiusdem, et eorum mores prorsus a nostra erant alieni notitia; nec absque vitae nostrorum discrimine nobis patebat aditus ad easdem — fuimus mandatum vestrum, prout nobis licuit, exsecuti. Rudolphus his literis acceptis citavit Episcopum Cameracensem ad *perbibendum testimonium de vi sibi illata a Comite Flandrensi aut suis, cum Comitem Hannoniae auctoritate imperiali in possessionem terrarum illi concessarum immittere voluit.* Habetur omnis causfae processus multis in literis, quas ex Cartario Hasnoniensi Dominorum de Avesnis MARTENEA diligentia protulit p. 1175 — 1180. (b) quem rerum processum secuta est sententia contra Comitem Flandriae, ipso praesente, pronunciata Wormatiae d. 15. Iun. a. 1282. p. 1181 — 1183. ex qua patet, in Comitiis fer. V. *post Dominicam Misericordia Dom.* i. e. 16. Aprilis, Hagenoae habitis, IOANNEM de Avesnis, praesente GVIDONE Comite Flandriae, apud Regem conquestum esse, quod „ Guido ipsum impediverat, quominus — possideret terram „ de Alost, terram super Schaldam, terram Geraldimontis, terram Wasiae et terram Quatuor-Officiorum". Qua querela postea rite examinata, citatoque *Guidone*, neque tamen tunc comparente „ in praesentia Episcoporum „ Wormatiae ac Spirensis, Ottonis Marchionis, Comitis „ Gel-

EXCVRSVS VII.

Prob. a. 1282. 16. Apr. et 27. Maii.

Prob. 15. Iun.

legere cum exteri tum nostrates earum tantum summam exhibere possunt, in *Codice Probatt.* repetere; sufficiet.

SECTIVS VII. „ Gelriae, Seinensis, Nassov. etc. hae terrae Comiti Gui-
„ doni sunt abiudicatae, non obstante contumaci eius ab-
Prob. d. 15. Iun. 1282. N° I. „ sentia, et adiudicatae Hainoniae Comiti". Scripsit Rex eodem die 15. Iun. 1282. ad Episcopum Cameracensem, de lata hac in Flandrum sententia in Conventu Wormatiensi, eique iniunxit, ut publice in harum terrarum Ecclesiis denunciet, ut omnes et singuli, qui feoda possideant „ in terris de Alost, Quatuor Officiis, terra Wasia
Prob 15. Iun N° II. „ et terra supra Schaldam, ea a Comite Haynoniae tam-
„ quam Domino deinceps recipiant". Exstat Charta ibid. p. 1183. Mittit porro literas „ ad universos harum terrarum
Prob. 15. Iun. N° III. „ Vasfallos, rectores, villicos, iusticiarios, scabinos et universi-
„ tates civitatum, oppidorum, et villarum, ac populares
„ universos, mandatque, ut intra 6. septimanas et tres dies
„ post receptionem harum a Comite Hannoniae recipiant
„ feoda sua, quae ratione Dominii possident, eique faci-
„ ant debitae fidelitatis et homagii Sacramentum". ib. Charta p. 1184. Ipsumque *Comitem Flandriae* per alias literas,
Prob. h. d. d. 17. Iun. 1282. ob ipsius Contumaciam ex Principum sententia proscribit, et extra pacem ponit, p. 1185.

Quemadmodum autem Rex de terra *Alostana* reliquisque ditionibus ad Episcopum Cameracensem scripserat: sic etiam de *terra Wasia*, reliquisque, quae dioecesis Vltra-

(c) De Dioecesis Traiect. extensione per omnes has terras vide supra p. 167. Hinc explices, quod Episcopus Traiect. vel maius Capitulum a. 1258. *Decimas*, quas a se tenebat *J. de Praet* in Parochiis B. Mariae Brugis, transfert

traiectinae erant, fcripfit ad OFFICIALEM *Ecclefiae* TRAIECTINAE, nec non ad Comitem Hollandiae FLORENTIVM, qui tunc Zeelandiam a Flandro Comite in Feudum tenebat. Nempe primo, d. 15. Iun. 1282. dedit *ad Officialem Praepofiti Traiectenfis* Epiftolam (c), iisdem verbis, quibus fupra hoc die dederat ad *Cameracenfem*, quae exftat in Archivo Hannonienfi, docente MARTENE p. 1184. not. *a*). Fuit tunc Officialis *Wilhelmus de Montfoord*, *Canonicus Traiectenfis*, qui in refcripto fuo ad *Regem Rudolphum*, dato die 29. Iul. 1282. p. 1186. indicat, quod „ convocatis apud Brieveleth [l. Biervleth, hodie Biervliet] Decano et omnibus presbyteris et Capellanis „ QVATVOR OFFICIORVM, prout in extremis terminis Traiectenfis Dioecefis commorantur — literas Regis — fecit per Decanum publice praelegi, vasfallos et feodales monuit, et eos denunciavit, ut intra fex feptimanas „ et tres dies — feoda fua a D. Iohanne reciperent, et „ ei facerent debitae fidelitatis et homagii facramentum; „ et fimiliter villicis, rectoribus, iusticiariis, fcabinis et „ univerfitatibus — perfonaliter denuntiavit, ut — per „ Syndicos fuos ipfi Comiti Hayn. faciant et exhibeant — „ fidelitatis debitae iuramentum. — Eosque abfolutos ab „ omni homagio — Comiti Flandriae — denuntiavit".

EXCVRSVS VII.

Prob. h. d. Nº IV.

Prob. 29. Iul.

fert in Capitulum Brugenfe fub annua penfione, quae hodienunc folvitur Canonicis acatholicis Traiectenfibus, notante FOPPENS *Dipl. Coll.* T. IV. p. 561. ad Chartam huc fpectantem.

EXCVRSVS VII. Quum vero terra Zeelandiae a Flandro in *subfeudum* data esset Comiti Florentio V., ut postea videbimus: hinc Imperator Rudolphus die 19. Decembris a. 1282. literas

Prob. 19. Dec. misit ad Florentium V., quibus ei, ob *fidelitatem*, qua Imperio tenebatur, mandavit, ut Ioannem de Avesnis [erat hic eius Consobrinus] in possessionem terrarum „ de „ Alost, *IVXTA SCHALDIM*, Geraldi-montis, Wasiae, et „ Quatuor Officiorum intromittat, eumque in eisdem ter- „ ris auctoritate Regia, *CESSANTE CONDITIONE* qualibet, „ manuteneat, iuvet ac defendat". Nec mirum hoc! siquidem Florentius V. eodem anno 1282. die 31. Augusti

Prob. h. d. [pro quo perperam in MARTENE p. 1133. scribitur MCCLXXII. et apud MIERIS D. I. bl. 364. MCCXXII.] sese ad defensionem *consanguinei sui IOHANNIS Avesniensis obligaverat contra quoscumque*, ne ipso quidem excepto *Guidone Comite Flandriae*, cuius tamen filiam uxorem duxerat. Vnde videtis, tantum eo absfuisse tempore, ut *Zeelandos* inter et *Flandros* de *Dominio* contentio esset, ut contra Comes Holl. iuberetur, in vindicando *Zeelandiae Dominio*, Hannoniensibus contra Flandros adesse. Verum videtur Florentius, ut vir erat sagax et regnandi peritus, egregie in his mimum egisse, et tempori inserviens paullo post Guidoni magis contra Avesnium favisse. Nam,

Prob. 25. Maii 1278. sicut hi antea, a 1278. mutuum defensionis pactum inierant, iis exceptis *quibus iure feodali astringeretur*: ita paullo post ab hac cum Avesnio a. 1282. inita pactione statim resiliit, iterumque *Guidoni* opem suam promisit, vel ut

ut in Originali charta habetur, fpondet „ Guidoni Co- EXCVRSVS VII.
„ miti Flandr. focero fuo omnem adverfus Avesnium Prob.
„ opem; nec fe pasfurum promittit, ut quisquam ex fuis 15. Maii. 1283.
„ terris Iohannem Com. Hannoniae nepotem adiuvet
„ contra Guidonem; quod fi quis facere fustineat, non
„ impune id eum laturum". Enimvero Zeelandiae fubditos, ut Ioannem novum Dominum fuperiorem agnoscerent, Regis Rudolphi iusfu, hortatus erat *Praepofitus Traiectenfis.* Atqui eo magis haec probant, quaeftionem de posfidenda Zeelandia, quam hactenus tenebat Florentius, esfe agitatam inter *Flandros Hannoniosque*, cognatos (minime vero inter Flandros et *Hollandos*), quod Florentio Hollando maior obtigit in aula Caefarea gratia et favor, hac imprimis discordia flagrante; quippe idem Florentius aquis turbatis piscari fatagens, quatriduo duntaxat post latam in Guidonem ab Rege fententiam, ab eodem Rege obtinuit, ut in Hollandiae Comitatu fi fine masculo herede legitimo decedat, „ filiae ipfius in
„ Comitatu et Feodis, quae ab ipfo et Imperio tenet, fuc-
„ cedant; uxor vero eius tutela fungatur, quamdiu ad fe-
„ cundas nuptias non transeat". Exftat Originale huius Vidimus in Cod. Probb. Sed haec in transitu, ut Florentii Prob. 19. Iun.
ingenium perfpiciamus.

Neque hic *Rudolphi* fubftiterunt conamina ad iura Imperii contra Comitem Flandriae vindicanda. Maius accesfit robur per fequentia. Nimirum iuridicos hos Imperii actus fingularibus fuis Chartis ac figillis confirmarunt,

1° SI-

EXCVRSVS VII. 1° SIFRIDVS Coloniensis Archiepiscopus, Data feria III. post octavas Paschae [i. e. 27. April. 1283.] MARTENE p. 1191.

2° WERNHERVS, Maguntinus Archiepiscopus, die 13. August. a. 1282. p. 1190.

3.° IOHANNES Dux Westphaliae d. 20. Aug. 1282. sic enim pro MCCLXXII. legendum esse apud MARTENE p. 1132. satis per se nunc patet. Rudolphus enim a. 1272. nondum Rex erat.

4° Praeterea, ne quid a parte familiae *Avesniensis* obstaculi oriretur, Rex iam ante latam sententiam curaverat, ut OTTO Marchio Brandenburgensis consentiret, *et ratum haberet et gratum, quidquid Rex circa Comitem Avesniae* [qui *Ottonis* coniugis propatruus erat] *in praemissis fecerit, vel sequentibus ad praemissa, sine suo tamen praeiudicio*: Dat. 15. Iul. 1281. in MARTENE p. 1161. et hinc apud MIERIS D. I. bl. 413. Eumdemque in finem videtur HERMAN Comes de Henneberg tam pro se quam pro liberis, in his *Ottonis Marchionis* uxore, véndidisse huic Ioanni, quidquid iuris et bonorum *Margareta* uxor sua Wilhelmi II. soror *in Comitatu Hollandiae* habebat, ex Charta Mens. Aug. a. 1281. in MARTENE p. 1162. et MIERIS D. I. bl. 418. Sub *Comitatu* autem Hollandiae etiam tunc *terrae Zeelandicae* comprehendebantur.

5° RVDOLPHVS porro Ioannem a. 1284. d. 1. Maii decla-

(d) Brevem harum Chartarum recensum feci in *Codice probationum* ad

clarat Vicarium suum generalem in partibus Tusciae, teste Charta in MARTENE p. 1192. EXCVRSVS VII.

6° Denique Rex Rudolphus, ut vidit, Comitem Flandriae in contumacia sua persistere, curavit, ut Legatus Papalis in Alemanniae partibus constitutus rebus interveniret; rogavitque Rex, teste Charta MARTENEA p. 1208 — 1210. *ut Legatus suam temporalem iurisdictionem coadiuvaret spirituali gladio* —, imperatque iccirco Legatus, ut *Comes Flandriae antedictis terris exeat, sub poena excommunicationis*, monetque *Vasallos, ne* Flandro *auxilium praestent*, sed *Iohannem recipiant.* Scripta est Charta a. 1286. d. 7. Aprilis; secutaque est d. 15. Aprilis alia Epistola eiusdem Legati, qua monet adhaerentes Comiti Flandriae, ut intra 2. menses a rebellione desistant, sub poena proscriptionis atque excommunicationis, p. 1216. (d). Quamdiu autem hae turbae duraverint, vel hinc doceri possumus, quod Imperator Albertus anno Regni sui primo, d. 4. Mart. 1299. per Imperii sententiam pro Tribunali sedens *omnes sententias per Rudolphum R. Reg. et processus per ipsum factos* confirmavit; hoc tamen salvo, *si non* darentur *legitima documenta, quibus iidem Processus et sententiae iure elidi valerent.* Docet hoc *Charta* inserta alteri *Alberti* Regis, hactenus ineditae, in Probb. a. 1299. 25. Apr.

 Quid

ad annos 1281. 15. Iul. et M. Aug.; 27. Apr.; 1284. 1. Maii; 1286. 7. 1282. d. 13. 20. et 31. Aug., 1283. Apr. 15. Apr.

EXCVRSVS VII. Quid contra haec omnia molitus sit GVIDO Comes, parum cognosceretur, nisi adiuvarent publica Monumenta. Redeunt fere ad haec tria:

Primo enim ille, teste MEIERO ad a. 1280. *sentiens, se maxima gravatum iniuria Romanum* pro se *appellavit Pontificem*; quo tamen successu non adiicitur: ex supra dictis autem videtur Papa magis actis *Rudolphi* favisse quam *Guidonis.*

Secundo, *Florentium* Comitem Hollandiae, qui ab eo Zeelandiae feudum tenebat, d. 15. Maii 1283. suas in partes contra *Ioannem Avesnium* traxit; ut supra diximus. Pro quo beneficio *Guido* contra d. 31. Maii 1283. filiae Prob. h. d. suae *Beatrici* nomine dotis summam 10000. £. pecuniae assignat, si matrimonium iniret: ut me docet Charta Originalis h. a., quas nuptias h. a. initas, hinc fit probabile.

Tertio, ex literis Compromissi d. 19. Iun. 1284. discimus, Guidonem Flandriae et Ioannem Hannoniae Comites super discordiis inter ipsos motis compromisisse in duos arbitros litibus componendis utrimque electos [tunc temporis enim omnes gravioris momenti caussae vel armis Prob. h. d. vel sumtis arbitris decidebantur]; erant autem hi Ioannes Episcopus Leodiensis, et Burchardus Electus Metensis, qui iureiurando ex aequo se iudicaturos pollicebantur; ac litigantes iureiurando quoque promittebant, sese horum arbitrio in omnibus firmiter staturos. Qualem vero hoc arbitrium habuerit exitum, nusquam proditum invenio. Si vero ex ipsa historia iudicare licet, imprimis si alte-

rum

rum Compromissum, de quo mox dicam, in consilium advoco, MCCLXXXVII.
tunc satis persuasum habeo, quod omnes Ioannis et Burchardi conatus in vanum abierint. Exstat saltem in MARTENE Prob. 7. April. 1286. Charta Legati Apostolicae sedis, d. 7. Apr. 1286. qua is Comiti Flandriae excommunicationem minatur, nisi Regi obediat, et terras antedictas missas faciat. Contra in OLIV. VRED. *Sigill. Com. Flandr.* p. 50. et hinc in MIERIS D. I. bl. 471. habetur Charta *Guidonis* d. 25. Maii a. 1287. qua GVIDO declarat, quod *antecessores sui, terram de Alost, Geraldi M., terram IV. Officiorum, terram Wasiae, cum terra supra Scaldem, cum earum pertinentiis, universis, et singulis, terram de Walcres, de Zuyt-bevelant, de Noort-bevelant, de Borsele, et omnes insulas Zelandiae — — pacifice tenuerunt, et possederunt, et specialiter Ill. D. Margareta; cui nos* (inquit) *in Comitatu Flandrensi et dictis terris successimus.* Placati tamen hoc vel sq. anno sunt Caesar *Rudolphus* et *Guido*, etsi nondum ab excommunicatione liberatus; atque a Caesare pro terris controversis ad Homagium admissus. Docet hoc Originale Vidimus Rudolphi, d. 15. Mart. 1288. per quod *Guidonem super faciendo nobis et Imperio homagio debito, ad se iter facturum — non obstante proscriptionis vinculo —, in nostram,* inquit, *et Imperii protectionem recepimus et conductum.* Proxima vero illa *Guidonis* declaratio, d. 25. Maii a. 1287. exhibita, perperam et sine causa a Viro quodam Doct. exsibilata, aeque *Florentium* C. Holl. tangebat atque *Io-*

Prob. h. d.

Guido investitur ab Rudolpho R. Prob. h. d.

 an-

EXCVRSVS VII. *annem* Hannon. Quippe Florentius d. 24. Mart. 1287. a Prob. h. d. Rudolpho R. pro se eiusmodi obtinuerat privilegia ac favores, qui satis docebant, quo tenderet ille; eaque fortasse prospiciens Guido mutavit consilium; sed frustra, ut docuit eventus. Quantum valeant aulicae artes, quamque lubrica fuerit tunc temporis iuris via, non melius doceri possis quam ex sqq *Rudolphi* actis. Nimirum Comes *Florentius* V., qui hoc tempore Zeelandiam a Flandris in *purum Feudum* obtinebat, uti postea docebo (e): ut erat strenuus iurisdictionis suae propagator, in rebus turbatis sua commoda sectans, interiectis paucis tantum annis, Prob. h. d. N° I. anno nempe 1290. d. 8. Maii, impetraverat ab Rege *Rudolpho*, sui perquam oblito, neque in memoriam revocato, quot conventus Iuridicos, quas turbas, quantas inimicitias et odia paullo ante excitassent *hae terrae Imperiales*; impetraverat, inquam, ut ad Zeelandiae Nobiles, Hollandiae Comiti tunc rebelles et Flandriae Comiti adhaerentes, nimirum DD. De Renesse, Brederode, Borselen, Maalsteden, Cruiningen, Cats, aliosque, scriberet, mandaretque, ut Florentium *cum fidei puritate recognoscant Dominum suum verum*; se non toleraturum, *ut suum et Imperii tam nobilem Vasallum deserant.* Vtitur autem Rudolphus, id quod rei caput est, argumentis, quae procul du-

(e) Semper distinguendum inter et Ioannem d'Avesnes; et inter directum Zeelandiae Feudum, de subfeudum, quod Florentii Comitis quo controversia inter Guidonem Holl. erat. *Guido* enim directe ab Imperio,

dubio Florentius V., ipse vel per alios, ei suppeditaverit: EXCVRSVS VII.
„ 1º quod claro clarius innotescit, quod a tempore, cu-
„ ius non exstat memoria, Comites Hollandiae a Regibus
„ et Imperatoribus *INSVLAM ZELANDENSEM* (f) — tenere
„ in feodum consueverunt. 2º Quod idem, qui hodie Comi-
„ tatum Hollandiae regit, dictam *INSVLAM* a nobis et
„ Imperio more suorum progenitorum detinuit hactenus,
„ utpote verus Imperii Vasallus, ratione dictae insulae
„ *IMMEDIATE*. 3º. Dictam Insulam ab alio teneri Domino
„ debere, quam a nobis et Imperio, non credimus, ne-
„ que scimus, nec audivimus". 4º Propterea admira-
ri se scribit, „ quod vos dictae Insulae incolae, assum-
„ to rebellionis supercilio contra vestrum verum Domi-
„ num, Comitem Hollandiae, immo, ut verius fateamur,
„ contra Imperium — ad iugum alterius *ADVLTERINI DO-*
„ *MINI* [Guidonem intelligit] aspirantes, — conspirastis".
Haec manifestissime esse falsa, quisque videt, et, si cum
iis conferas quae antea scripserat Rudolphus, ac to-
ties totiesque inculcaverat, facile patebit, has literas mo-
do subrepticio ac sine iusto rei examine a Rege Rudolpho
per Florentium tamquam aliquod μορμολυκεῖον contra Zee-
landos Nobiles esse impetratas. Et quod magis mireris,
idem ille Rudolphus eodem anno et die, quibus ad Flo-

 ren-

rio, *Florentius* ab *Guidone* pendebat; non vero is ab Imperio immediate.

(f) Si respicitis ad locutionem *Zeelandensem Insulam*, satis patet, hanc Chartam sine iusto rei examine esse concessam.

EXCURSUS VII. rentium Com. contra Nobiles Zeeland. scribit, e contrario hos Zeelandiae Nobiles large donavit, iisque tertiam partem in precariis concessit. Nec caruit *Rudolphus* suspicione, ipsum pecuniae avidissimum pluris licentibus multa indulgere fuisse solitum. Quam in rem confer, quae WAGEN. *Vad. Hist.* D. III. bl. 28. notavit ex TRITHEM. *Chron. Hirsaug.* T. II. p. 49. a. 1286.

Prob. 8. Maii 1290. N° II.

Adolpho R. invisus. *Guido* Comes, exstincto Rege Rudolpho, non magis faventem nactus est successorem eius Adolphum; quippe qui a° Regni II., d. 29. Maii 1293. ad omnes Imperii Nobiles mandata dedit, ne quis *Guidoni* contra *Ioannem de Avesnis* auxilium ferret, quum *plene sciret, quae damna vel dispendia* GVIDO *Comes Flandriae per iniurias* [et] *devastationes nobili viro Iohanni de H.... intulerit.* At mutabatur post mortem *Adolphi* rerum facies a. 1298. Guido enim *defuncto post annos aliquot Rodulpho Caesari Alberto apud Aquasgrani iureiurando se devinxit, revocata sententia Rodulphi.* Vid. MEIER. L. X. init. Contigit hoc, eodem docente, a. 1298. *Guido*, inquit, *Aquasgrani profectus ad coronationem* [fuit ea d. 24. Aug. 1298.] *Alberti Caesaris, de Comitatu Alostensi in eius verba iuravit, ac fidem praestitit, princeps ab eo appellatus Imperii, absolutusque est ab sententia Rhodulphi Augusti, qui Ioanni Aven. eum Comitatum attribuerat.* Quae Meieri verba an tantum ad *Alostum* spectent, dubium videretur, nisi simul sermo esset de revocata Rudolphi sententia, quae Guidoni reli-

Investitur denuo ab Alberto R.

quas

quas terras ademerat. Errare autem *Meierum*, docent, MCCXCVII.
quae superfunt, Tabulae Investiturae ab Imperatore Alberto I. *Guidoni* concesfae, d. 24. Aug. 1298. Vnde lucem accipiunt duae aliae Chartae, d. 22. Febr. a. 1298. ex Originali descriptae, ac per formam fyngraphae datae, altera ab Everardo Comite de Castenelleboge, altera ab Alberto Domino de Clingenberg, quibus confitentur, Guidonem Com. Flandr. fibi feudi nomine dedisfe 100. Libr. Turon. et alodium 200. £. annui reditus, ea conditione, Prob. h. d.
ut ipfum in rebus fuis in Curia Regis Romanor. adiuvent. N° I. II.
Et huc procul dubio fpectat tertia eiusdem diei Charta, cuius argumentum hoc invenio: *Lettres d'Evrard de la Pierre Chancelier de l'Empereur Albert fur l'hommage de Guy Comte de Flandres.* Quae fatis indicant, efficacem pecuniae vim etiam hic valuisfe. *Guido* itaque adeptus revocationis literas, investitus iterum est de terris tamdiu controverfis. Prob. N° III.
His autem *Ioannes de Avesnis* Comes Hannoniae auditis ftatim fe contulit in aulam Caefaream, et die 25. Sept. 1298. *ad Imperatoris Alberti tribunal apud Spiram* fe ftitit, teste Charta Originali, ibidemque d. 4. Mart. 1299. ab eo obtinuit, ut *omnes fententiae per D. Rudolphum Rom. Regem — et procesfus per ipfum facti* Prob. 26. Apr.
— debeant in fuo robore permanere, [adiecta tamen hac 1299.
claufula] *nifi aliquae tales litterae — producantur, quibus iidem procesfus et fententiae iure elidi valeant.* Quae claufula ut intelligatur, refpicias oportet primo ad Guidonis acta

EXCVRSVS VII. acta modo memorata in aula Caesarea; tum porro notandum Guidonem Com. Flandr. et Ioannem Com. Hann. interim alterum Compromissum iniisse, per quod „ omnes „ suas contentiones, caussas, controversias, actiones, dis„ cordias, querelas et quaestiones, quae inde a Rudolphi „ sententiis — usque ad illa tempora vertebantur, com„ promiserant in Dominum GOTFRIDVM de Brabantia, et „ Dominum IOANNEM de Dampetra", cuius Compromis-

Prob. 26. Apr. 1299. „ si Chartam sigillis munitam, quum *procuratores* seu nuncii Guidonis Com. Flandr. nominatim Ioannes et Guido, filii eius, et Wilhelmus *de Mortania*, Sabbato post resurrect. Dom. eidem Regi Alberto „ apud Bopardiam in au-

Prob. 25. Marr. a. 1299. „ la Regali" exhiberent, simulque proferrent, eorumdem „ Arbitrorum sententiam arbitralem, scripto consignatam, „ unde pateret, omnes processus et sententias per Comi„ tem Hannoniae contra Guidonem obtentas super quibus„ cumque caussis, quaestionibus, actionibus, controversiis, dis„ cordiis — esse nullas et irritas, — et Comiti Flandriae suis„ que heredibus obesse non debere". Imp. *Albertus*, caussa cognita et Chartis atque authenticis his Documentis penitus perspectis„ communi Principum, Comitum, et aliorum Nobi„ lium sententia", litem pro Comite Guidone pronunciavit, illud *Compromissum* et *sententiam arbitralem* confirmavit, *effectum habere* iussit; et quae nuper Spirae decreverat, „ nullam habere roboris firmitatem" declarat. Haec omnia totidem verbis docet insignis illa Charta, inedita, Imper.

per. *Alberti*, cuius ex Originali descriptum exemplar ex Archivis Namurcensibus depromtum in Probb. exhibeo ad a. 1299 25. Apr. Ipsas Compromissi tabulas non vidi. Sed, quum d. 12. Febr. 1298. articuli pacis sanciti sint inter Guidonem et Ioannem I. Com. Holland., de quibus Cap. IV. dicturus sum; dubium non est, quin Guido circa hoc tempus etiam controversiam huc spectantem composuerit cum Ioanne Avesnio. Obiit Guido a. 1304. LXCVIII. VII. Prob. h. d.

§. XX.

Sic autem satis mihi videor ex Monumentis fide dignis, atque ex Chartis originalibus, liquido comprobasse, has Terras, de quibus hactenus disputavi, usque ad initium seculi XIV. exstitisse *in ditione et Dominio Imperii*, earumque Dominos supremos et dispensatores semper fuisse Imperatores; ab iis vero vel datas fuisse in feudum, vel ablatas *Comitibus Flandriae*, prout lubido ferebat, vel arma valebant; qui Comites has *Feudales Terras* possederunt, *Hollandiaeque Comiti* iterum tamquam Imperii *subfeudum* largiti sunt; ut infra videbo. Primus autem, qui, has terras Comiti Hollandiae ab Imperio immediate cessisse, dicere sustinuit, fuit FLORENTIVS V. Quo tamen colore, nunc attentus quisque Lector satis perspicit.

EXCVRSVS VII.

§. XXI.

Sub Roberto Bethuno et Ludovico.

Nulla in his commutatio facta est, quando a. 1323., inita inter ROBERTVM Flandriae et WILHELMVM III. Hollandiae et Hannoniae Comites pace, ille Hollandis cessit terram Zeelandiae, hic Flandris terras de Alost, Waas, et IV Ambaetas, cum omni iure. Ab hoc enim tempore, quantum ad IV. Officia spectat, Comites Flandriae quiete haec possederunt, ita ut *Philippus* I. Dux Burgundiae tamquam *Flandriae Comes* ea in Feudum concesserit *Ioanni de Gandavo*, d. 16. Iul. 1397. *Hollandiae* vero Comites Zeelandiae terras tamquam peculiarem Comitatum reliquis suis ditionibus adiecerunt, donec omnes illae regiones sub uno tandem Principe in domo Burgundica coaluerunt, usque ad turbas civiles, sec. XVI. coortas. Quod tamen non impediit, quominus illa omnia Imperio Romano tamquam supremo Domino subessent. Quantum vero ad omnes generatim terras, *Fredericus* quidem Imperator A. 1443. in favorem Comitis, qui tunc Flandriam reliquis ditionibus coniunctam possidebat, renunciavit ab omni iure, quod habebat in Hollandiam, Zeelandiam, et Flandriam Imperialem, attamen excepit *homagium* debitum pro iisdem (g). *Dit heeft geduurt*, pergit TE WATER bl.

(g) Vid. V. Rev. TE WATER Praef. ad BVRMAN. *Utr. Jaarb.* D. III. bl. XI. ex *Chronyke van Vlaenderen* II. Deel, XVII. Cap. bl. 276.

bl. XI. *tot dat de Aertshertog* KAREL, *Graef van Vlaenderen, enz. in den Jaere* 1519. *Keizer gekooren zynde, die ze van zich zelven in die hoedanigheit zoude hebben moeten verheffen, met veel draejens en keerens, en onder teegenspraek der Ryksſtanden, deeze en andere zyne Landen, van die* Leenroerigheit *heeft weeten te ontheffen, ſchoon dezelve onder den naem van den Bourgondiſchen Kreits, noch met het Ryk eeniger maete vereenigt bleeven, maer welke vereeniging allengs van minder kracht wierd, en door de Nederlantſche beroerten geheel te niet is geloopen.* Qui plura deſiderat, adeat Doct. nostrum Scriptorem G. VAN LOON, *Leenroer. van 't Graefſchap van Holland.* 8° a. 1748. Quaeque nuperrima eadem de re, imprimis de *Zeelandia*, ſcripſit IO. L. B. DE MEERMAN in ſpecim. jur. publ. inaug. 1774. L. Bat. *de ſolutione vinculi, quod olim fuit inter S. R. Imperium et Foederati Belgii Respublicas.*

EXCURSUS VII.

a. 1548.

Atque haec propterea tam multis, ut tandem aliquando deſinant nugari Nostrates, quum vel penitus negant, *Zeelandiam* unquam de iure *Flandris* paruiſſe, ſive *Imperii Feudum* fuiſſe: vel ex rei feudalis ignorantia contendunt, Zeelandiam ab antiquiſſimis inde temporibus proprios ſeu peculiares ſibi *Comites* habuiſſe, et quos plures errores hinc propulſare facile quisque poterit.

CAPVT IV.

Zeelandia Occidentalis tamquam Imperii subfeudum Hollandiae Comitibus parens.

§. I.

Zeelandia in feudum Hollandis data. Quemadmodum ex antecedentibus satis constat, Zeelandiam Occidentalem tamquam Flandriae feudum Imperio paruisse; ita nunc probandum, Hollandiae Comites hanc terram a Flandris Comitibus in subfeudum tenuisse. Quum autem vario hoc factum fuerit modo, hinc ordinis caussa tres Epochas statuam; quarum unam vocabo ἄδηλον sive obscuram; alteram *Feudi communis*; tertiam *Feudi puri*, donec tandem penitus Hollandiae Comitibus ex pacto cessit.

Zeelandiae Occiduae possessionem feudalem repetendam esse a regali donatione *WASDAE*, probari nequit, et statuere absurdum est, nisi simul probetur, sub Foresti Wasdae nomine integram *Zeelandiam* fuisse comprehensam. Quod si Hollandi hanc terram ex illo dono petiissent, profecto non feudi iure petiissent, sed iure Dominii. At-

Atqui in antecedentibus (h) docui, posteros Comitum Hollandiae ipſam Waſiam cum reliquis terris in ſera posſedisſe tempora; adeoque nihil amplius iuris petere potuisſe. Si quid postea *de Waſia* controverſiae fuit, istud aliunde ac ſerius contigisſe, ſupra declaratum est, et amplius posthac patebit. EXCVRSVS VII.

§. II.

Vnde igitur repetenda ſunt Feudi initia? Primam Epocham ſtatuere erit difficile, et non niſi per coniecturas quodammodo asſequi licebit. *Prima Epocha ἄδηλος.* Hoc ſatis conſtat, *Robertum Freſonem* a. 1053. terras Zeelandiae, quas pater et avus Balduinus posſederant, iusſu parentis vel occupasſe vel vindicasſe. *An Sub Roberto Freſone?* Etiam hoc conſtat, eumdem a. 1063. terras Zeelandenſes cum reliquis terris a Patre Balduino, Flandriae Comite, in dotem attulisſe *Gertrudae*, viduae Florentii Comitis Hollandiae; Imperatoremque easdem terras eius patri iam antea a. 1057. dedisſe, teste STOKIO B. I. vs. 1080. Igitur ſi ſtatuerem, Robertum Freſonem, qui a. 1071. Comes Flandriae factus Gertrudae coniugis filium, Theodericum V. Holland. Comitem, in recuperanda Hollandia contra Godefridum Ducem et Epiſcopum Traiectenſem a. 1076. adiuvit, has terras privigno ſuo in Feudum concesſisſe: haberem, unde Epocham Feudi Zeelandici exordirer. Quidquid enim ante haec tempora de Zeelandia in feudum posſesſa ſtatuatur, coniecturis admodum

(h) Cap. II.

SECTIO VII. dum incertis nititur; magisque probaret *Flandrorum ius supremum*, quam Hollandorum *ius clientelare*, nedum *dominiale*. Nihil enim valet huiusmodi ratiocinium, quod V. Cel. Boxhornio, multisque aliis Doctis placuit; nimirum „ anno", inquiunt, „ 837. et circa, *Walachria* dicta fuit *Comitatus*, et „ suos sibi habuit Comites; ergo *Zeelandiae* insulae semper „ Comitibus Hollandiae paruerunt"! Nam primus Hollandiae Comes *Gerulfus*, catachrestice ita dictus, a. 889. suum quidem habuit Comitatum inter Rhenum et Suithardeshage, i. e. intra Leidam et Harlemi viciniam; et a. 985. Otto Imp. Theoderico II. unam duntaxat villam *Sunnemare* in Insula Scalde (hodie Schouwen) dono dedit: iidemque Comites Holl. anno demum 1018. limites suos usque in Fladirtingam pagum, sive terram Zuidhollandiae, extenderunt; quin immo diu de intermedia terra, *Zeelandia Orientali*, controversia versata fuit inter Duces Lotharingiae et Comites Hollandiae, anno demum 1200. sopita: at probare nemo facile poterit, iura Comitum nostrorum tunc temporis sese tam late protendisse, ut extra *Scaldim* fluv. etiam Zeelandiae Occidentalis insulas possiderent. Contra vero ex Chartis authenticis, quae adhuc in Originalibus supersunt, certissime patet, has terras pro more istius aevi sub peculiari *Pagorum* nomine venisse: unde separatam administrationem elicias. Sic in Charta Regis Ot-

(i) In laudat. Praefat. ad BVRMAN. *Utrechtsche Jaarboeken* bl. VIII.

(k) Sic voco celebre illud pactum Concordiae, sive initae Pacis tabulas inter Philippum Comit. Flandriae et Florentium III. Comit. Holla-

Ottonis a. 964. et 976. memorantur *Pagus Scaldis*, et *Pagus Bevelandia*; iunguntur que in alia a. 1003. Charta *Bevelanda*, *Walacra* et *Brainsela* i. e. *Borsela*, in quibus multa *ex ditione S. Bavonis Gandavensis* prostabant. Atqui, quum S. Bavo Flandris accenseretur, longe probabilius est, Reges has ditiones sub Flandris, quam sub Hollandis, possedisse, vel certe peculiares his Zeelandiae terris Comites Regiosque Iudices praefecisse. Verum haec obiter. Videntur igitur feudi initia referenda ad Robertum Fresonem. SAECULUM XI.

§. III.

Quod si quis haec tamquam incertam nimis coniecturam reiiciat: rem tunc ad Roberti filium *Robertum Iuniorem*, Comitem, referam. Is bellum, ut supra indicavi, a. 1107. gessit cum Rege Henrico; in eoque bello Imperatorem adiuvit FLORENTIUS CRASSUS. Si quid autem coniicere licet, opinarer equidem, Florentium has terras a *Roberto Iuniore* post factam pacem obtinuisse. Cuius opinionis suffragatores habeo Viros D. D. WAGENARIUM l. l. et W. TE WATER (i). Rationes, cur ita censeam, sunt sequentes:

1° Constat ex Originali *PACTO HEDENSEANO* (k) anno

An Florentio Crasso?

landiae, conscriptas d. 27. Febr. a. 1167. ex stilo communi 1168. quarum specimen ex Originali cum sigillis in aes incisum producam in con. prob. Vid. interim quae de hoc Pacto habet V. D. WAGENAAR VII. B. §. XIX. II. D. bl. 251. sqq.

EXCVRSVS VII. no 11$^{67}_{68}$ inito, Florentium III., huius *Crassi* nepotem, iam ante annum 1168. has terras *inter Scheld et Hedensee in feodum* tenuisse. Testatur enim Flander illis literis, se has terras huic Florentio *ob forefacta ademisse*; nunc vero se illas *reddere*. Debent igitur in Feodum esse datae vel huic Florentio III. vel eius patri Theoderico, vel, de quo nunc loquor, avo, *Florentio* II.

2.° Admodum memorabile est id, quod Nostrates referunt, hunc Florentium II. Comitem supra omnes *maiores* suos *divitiis excelluisse*. Sic enim CHRONIC. EGM. a. 1091. p. 63. „ Iste Florentius, florens virtutibus et *PRAECEL-* „ *LENS* omnes parentes suos *DIVITIIS* et *HONORIBVS*". Nec non scriptor exoticus, sed coaevus, RODVLPHVS *Abb. S. Trudonis Chronic.* L. IX. p. 692. T. II. D'ACHERY *Spicileg.* hunc vocat *PRAEDIVITEM Comitem et gravissimum pinguedine, quem funibus argenteis de Hollandia trahere* oportuit. Vnde vero tanto insigniores huic prae suis maioribus divitiae? unde itot opes atque honores devenere? nisi si ingens *novarum ditionum* cumulus accesserit; et quaenam hae aliter, nisi terrae Zeelandicae?

3.° *Petronella*, huius *Florentii* vidua, postquam *Carolus* Comes Flandriae, Roberti Fresonis nepos, a. 1127. sine liberis obiit, semet rebus Flandricis statim immiscuit, ipsamque Flandriam quasi *iure hereditario* filio suo *Theoderico* VI. ambiit, Brugasque obsedit. Vnde autem illa tam cito Flandris praesto esse potuit, nisi ex *Zeelandia*, urbi Brugis per Sinum Hedensearum vicina, copias eo deduxerit?

4.° Ma-

4° Maior quoque familiaritas cum Flandris inde patet, quod a. 1130. eadem *Petronella* ad Abbatem Gandensem misit, ut ab eo haberet Monachum, qui *Abbas* constitueretur *Egmondanus*. xxcviii vi VII.

His 5° adde, quod huius *Crassi* tempore in vivis adhuc esse eius avia Comitissa *Gertrudis*, vidua *Roberti Fresonis*, eademque huius *Roberti Junioris* mater. *Gertrudis* tunc temporis *iura dabat Furnensibus prope Brugas*, quo in oppido *Furnis* ipsa a. 1109. adstitit *translationi corporum SS. Walburgis*, *Willibaldi et Wuniboldi*, apud MEIER. a. 1109. Eadem a. 1095. dotavit Ecclesiam una Praebenda; et a. 1112. tribus aliis. Prioris donationis *Gertrudis* Charta MIERISIO omissa legitur in FOPPENS *Nov. Coll.* T. III. p. 20. ubi se vocat: *Ego Gertrudis gratia Dei Flandrensium Comitissa* —. Quas aviae suae donationes a. 1114. probavit *Balduinus Securis*; probarunt etiam Summi Pontiff. a. 1102. et 1120. Vid. SANDER. *Flandr. Ill.* T. III. L. III. p. 109. et ipsas Chartas apud FOPPENS *Nov. Coll.* T. III. p. 24, 29, 33.

Postremo 6° res in vado foret, si fides habeatur IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVIII. c. X. narranti, *Florentium* a. 1177. [l. 1165.] a Philippo Flandro *Walacriam* postulasse, *quam eiusdem Philippi ANTECESSORES, Comites Flandriae, aliquot annis iniuste occupaverant.* Atqui *Philippi Antecessores* fuerunt *Theodericus*, *Carolus Bonus*, *Balduinus*, *Robertus Junior*, qui Comes factus est a. 1093. et vixit aequalis nostro *Florentio Crasso*. Per *Walacriam* autem in-

EXCVRSVS VII. intelligi omnem Zeelandiam *inter Scheld et Heedensee*, per se clarum est; postulabat enim *Florentius* terram *inter Scheld et Heedensee*, et obtinuit.

§. IV.

Secunda Epocha. Feudum commune. Quidquid autem hoc est, quoniam in rebus historicis, non coniecturis, sed certis nos niti argumentis decet; statuamus, donec certiora alluceant, initium *Epochae*, ex qua *Comites* Hollandiae *Terram Occidentalem Zeelandiae* in feodum ab Flandris, adeoque in subfeudum Imperii R. G., acceperint, sub FLORENTIO III. nempe intra a. 1157—1165.

Supina Nostratium Historicorum *rei feudalis* ignorantia duas has res, *tenere in feudum* et *proprio iure possidere*, semper confudit. Hinc non viderunt, lites super his terris identidem ortas non fuisse de *iure proprietario* seu *Dominio*, cuiusmodi Dominium Hollandis tunc nondum competebat. Multoque minus viderunt, istas lites non ortas esse ex *Foresti Wasdae* donatione. Nec distinxerunt diversas contentionum caussas, variasque dati *Feudi* Epochas: quarum nunc maxime certam exordiri decet, ut dixi, in Florentio III., qui floruit a. 1157—1190.

§. V.

Florentio III. Nimirum ortum fuerat a. 1165. atrox inter PHILIPPVM

Pro-

Procuratorem, sive Patris Theoderici loco *Comitem Flandriae*, et FLORENTIVM *Comitem Hollandiae* bellum. Caussa quidem belli haec narratur ab IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVIII. c. 10. quod Comes Hollandiae a Flandro repetebat *Walacriam*, *quam eiusdem Philippi antecessores aliquot annis iniuste occupaverant.* Verum praeterquam quod haec res perperam ab eo ad a. 1177. ab aliis ad a. 1157. referatur, repugnat istud disertis *Pacti* verbis, quae docent, Philippum ob hoc bellum has terras demum *Florentio* ADEMISSA. Videtur genuina belli caussa fuisse, quod *Florentius*, nactus ab Imp. *Frederico* I. in feudum *Teloneum Geervlietanum*, hoc praetextu *Mercatores Flandrenses* vexabat, et solito maiora extorquebat. Haec MEIERVS *Ann. Flandr.* ad a. 1157. collocat; at fortasse aliquanto serius ponendum. Atqui a. 1164. Comes Philippus, homagio Imperatori pro *terris Imperialibus* facto, multa simul obtinuit Privilegia, ad *Mercaturam* imprimis facientia; in his, ut Flandris libere *per Rhenum* navigare liceret. Vid. P. D'OVDEGHERST Chap. LXXVII. fol. 133. vf° Hinc a. 1165. statim ortum Flandris et Hollandis bellum videtur ob *telonea*, quibus, praesertim apud *Geervliet*, *Flandros* molestabat Comes Hollandus: Vid. MEIER. ad a. 1165. Id autem bellum Hollandis tam parum prospere cessit, ut *Florentius* Comes captivus *Brugas* abductus, ibidemque per 2. annos custodia sit retentus; *abiudicataque ei* (sunt verba Chartae Originalis) *iudicio Baronum Comitis Flandriae, Parium videl. ipsius Florentii terra omnis, quam de Comite Flan-*

MONVMENT. VII.

Prob. a. 1168. d. 27. Febr.

DOCVMENTVM VII. *driae in feodo tenebat*, idque propterea, quod *ex culpa Florentii orta discordia erat.* Quae discordia non nisi *intercedentibus ac mediantibus Philippi patre Theoderico et fratre Matthaeo Comite Boloniae, Comite Gelriae, et Comite de Cleve*, post duorum annorum captivitatem *variis* est composita *conditionibus*, Florentio captivo, ut erat haud satis aequis: quarum summam optime exhibet MEIERVS ad a. 1167. et quae omnes integrae exstant in Charta d. 27. Febr. 11⁶⁷⁄₆₈, quam αὐτόγραφον produco; ubi inter alia promittit Florentius:

„ 1° Vt obsides, quos Flandrus habebat *de insulis in-„ ter Scheld et Hiddenese*, remaneant *Brugis*, quamdiu „ Flandrus voluerit".

„ 2° Nullum certamen singulare sive *duellum* inter ha-„ rum terrarum vasallos seu homines fiat, *nisi Brugis*". Vnde colligas, *Brugas* locum fuisse huic terrae propinquiorem.

„ 3° Mercatores *Flandri* per totam Hollandiam ab ve-„ ctigalibus sint immunes".

„ 4° Neuter Comes in his Zeelandiae terris exstruat „ munitiones, nec quemquam ea conditione infeudet, ut „ munitionem exstruere liceat".

„ 5° Successores Comitis idem iurent, si desiderent *feo-„ dum suum a Comite Flandro* obtinere. Sin minus, tota „ terra cum suis munitionibus, sicut ante has Conventio-„ nes ABIVDICATA fuit *Comiti Holl.*, libera *Comiti Flan-„ driae* remanebit".

„ 6° Quo-

„ 6° Quotiescumque *Comes Flandriae* has Conventiones SECVLVM VII.
„ innovare velit, Comes Hollandiae cum Vafallis, quos „ Flandrus voluerit, veniat, et innovationem omnium con- „ ventionum faciat".

7° Imprimis memorabilis haec est conditio: §. III. *Quidquid pecuniae in terra praefata acquifitum fuerit, inter* COMITES AEQVE *dividetur.* §. IV. *Si quis autem* [nempe ex Nobilibus fubditis] *pro excesfu fuo hereditatem vel terram fuam perdiderit,* AEQVE *inter fe* COMITES *partientur, vel ad proficuum eorum per utrumque locabitur.* Ex quibus conditionibus manifestum evadit, pactum hic iniri de *in commune* posfidendo. His igitur legibus *Zeelandia Bewesterfchelde* five *Occidentalis* facta est *Feudum commune Comitum Hollandiae* et *Flandriae*: quod profecto longe abest a iure proprio, quo Hollandi *Zeelandiam* antea posfedisfent! Egregia igitur haec Charta, tot fpiculis hactenus expofita, (l) quam propterea ex Originali una cum figillis et fcripturae fpecimine in aes incifis in lucem protraho, fequentia nos docet:

1° Ortum circa a. 1165. fuisfe bellum inter *Florentium* III. Holl. et *Philippum* Flandr. Comites; belli anfam praebente Florentio. Sic verba habent: *Ex culpa F. Comitis Hollandiae orta est discordia inter me et ipfum.* Quae illa fuerit *culpa*, non adiicitur. Ex *teloneo* ortum traxisfe, coniicio.

2° Florentium *in feodo tenuisfe* a Philippo Comite Flandr.

 ter-

(l) Vid. not. ad AEMIL. STOKII Chronic. Belg. D. I. bl. 518, fqq.

SECVNDVS VII. *terram*, quae deinceps vocatur *inter Sceld et Hiddeneze* (m), quam ob dictam discordiam follemni iudicio *abiudicarat* i. e. ademerat Philippus.

3° Florentium, hoc bello captivum, usque ad initium anni 1168. Brugis in carcere detentum fuisfe; donec *intercedentibus et mediantibus* Philippi patre et fratre, nec non Comite de Gelre, et Comite de Cleve, variis Conditionibus pax fociata est, ac relaxatus Florentius.

4° Per hanc pacem *Florentium* a Philippo in commune Feudum accepisfe *terram inter Sceld et Hiddeneze*, i. e. Zeelandiam Occidentalem, quatenus tunc temporis fe extendebat; pro qua pace tenenda a parte Comitis Hollandiae fideiusfores exftitisfe

Theodericum de Altena,
Florentium de Vorne,
Isbrandum de Harlhem,
Gerardum de Harlhem,

quique plures numerantur in Epilogo Chartae.

Verum his pactis Comes Florentius ftare recusavit, et hinc *Feudum* illud in commisfum cecidit, fi fidem habeas MEIERO, *quia*, teste *eodem* ad a. 1167., „ Florentius „ hanc

(m) Fuit aliquando, quum dubitarem, an *terra illa*, quam in feodo tenuerat, quodammodo diftingui debeat ab ea, de qua postea inter illos variis conditionibus convenit; ita ut ea *Wasiam* fimul complexa fit, fed quae nunc tacite ei *abiudicata* manferit. Videtur haec etiam fententia fuis-

„ hanc pacem non fervavit, abstulit illi Philippus omnia, EXCURSUS VII.
„ quae habuit in dictis Infulis; abstulit praeterea illi
„ terram *WASIAM*, quam tenuerant Comites Hollandi in
„ fide ac clientela Comitum Flandriae. Haec omnia fui
„ fecit iuris ac Flandrico adiecit Imperio".

§. VI.

Hoc tamen MEIERI testimonium fi cum rebus et tunc *MEIERI error.* et postea gestis conferas, facile inducaris, ut credas, optimum Scriptorem dupliciter hic lapfum esfe. Nam 1°. Philippus quidem omnia, quae Florentius in Infulis Zeelandiae habuit, illi antea abstulerat, nempe a. 1165. *De Zeelandia.* post pugnam a Florentio infeliciter pugnatam; post inftauratam vero a. 1168. concordiam illa iterum abstulisfe nusquam legitur; nec historiae feries credere permittit. *De Wasia.* 2° Nihil quidquam eorum, quae de *Wasia* habet, exftat in Pacto fupra memorato. Idem tamen de illa narrat IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVIII. Cap. 10. et 11. et *Chronicon Flandric.* MS. apud SCRIVER. *Grav. van Holl.* p. 154—156. (n). Haec igitur vel conciliari vel penitus *An Wasia h. t. Hollandiis erat* falfa pronunciari debebunt. Duce autem IO. A LEIDIS res ita concipi posfit, ut *Florentius* ante infelicem pugnam a.

fuisfe Clar. BOXHORNII ad REIGERSB. *Chron. van Zeel.* II. D. bl. 45. Viderint alii. Mihi nimis dura explicatio videtur.

(n) Quum eadem fit narratio, crediderim ex hoc MS. Chronico Flandr. fua haufisfe Carmelitam A LEIDIS.

a. 1165. a. Flandris tenuerit non modo terram *inter Scheld et Heedensee*, sed ad tempus quoddam (forte ab a. 1157.) *terram de Waas*; et alia fortasse plura, quae sic in Charta dicerentur (vid. not. *m*) *omnis terra, quam de me in feodum tenebat, ei abiudicata*; quae iccirco per hoc Pactum non sint restituta, sed tacite ei abiudicata manserint, atque iterum iuris facta Flandrici; nisi, quae de *Zeelandia* vera forent, male ad *Wasiam* scriptores applicuerint. Neque alio tendunt I. A LEIDIS verba, *quod Philippus perpetuo possideret tempore medietatem terrarum sitarum in occidua parte Schaldae, quae iam vocatur terra WAES.* Tolle posteriora de *Waas*; et habebis *medietatem terrarum* Zeelandiae. Res igitur vera, sed perperam applicata. Quae si non admittas, dicendum erit omnino, hanc *Wasiae* per Hollandos possessionem tantum spectare ad temporalem occupationem terrae istius in pugna a. 1165. Quippe, teste MEIERO a. 1165., *Florentius Comes per id tempus terra marique Flandris incommodabat.* Vnde tamen eodem anno Florentius eiectus, et captus est. Eiectum inde, docet ipse MEIER. a. 1157. (o) (qui tamen locus satis manifesto referri ad h. a. 1167. debet) „ Philippus Com. — „ bellum terra marique Hollandis faciendum existimavit, „ eodemque simul tempore et classem valide instructam „ contra Florentium in mare misit: et Wasiam, possessam „ tum

(o) MEIER. ad a. 1167. ipsius Pacis tabulas ad a. 1157. male refert; unde et-

„ tum (i. e. occupatam) ab Hollandis, terrestribus invasit EXCURSUS VII.
„ copiis, pulsoque Theodorico Bevernensi, ac combusta Be-
„ verna Castello, cum praeda ac maximo captivorum nu-
„ mero domum rediit".

Rectius etiam ad prius tempus collocat P. D'OUDEGHERST Cap. LXXVI. fol. 131. vs. Ex quo praeterea patet, *Comitatum Alostanum* sub clientela et administratione Flandrorum h. t. fuisse. Cap. LXXX. 138. Cf. LXXXVIII. p. 149, 152. Peculiares enim illorum Dominos agnoscit MIRAEUS *Opp. Dipl.* T. I p. 106. in Charta a. 1164. in qua vocatur *Theodericus Dei gratia Dominus et Princeps Alostensis Opidi*, eosque recenset DU CHESN. *Hist. de la Mais. de Gand* L. IV. *Wasiam* autem, ut eo redeam, post a. 1167. fuisse ac mansisse in Dominio Comitum Flandriae, ita ut huic alios praefecerint, vasallosque suos habuerint, ex Chartis aliisque monumentis satis probari potest; immo longo post tempore hanc ditionem fuisse subiectam *Comitibus Alostanis* e familia Gandavensi oriundis, monet SANDER. *Flandr. Ill.* T. III. L. V. pag. 202. b. Cf. T. I. p. 350. Hinc in Charta Philippi Com. Fl. a. 1175. data Abbatiae Dunensi *testis* occurrit Nobilis Wasianus,

Walterus de Locris,

in FOPPENS *Coll. Dipl.* T. IV. p. 211. nec non ibid. p. 213. a. 1181.

etiam SCRIVER. *Grav.* van Holl. bl. 152. in errorem inductus, quem utinam non secuti essent alii magni nominis viri!

CAPVT VII. a. 1181. Dedit idem Comes a. 1183. Ecclesiae de Coesvorde *in Wasia* terram *Maris inter Ossenesse et Houtenesse*, cui dono testes adsistunt *Rasso de Gavera*, et *Theodoricus de Beverna*. Exstant etiam sec. seq. a. 1242. et 1243. duae penes me Chartae *Hugonis Castellani Gandensis*, quarum altera *Abbatiae Baudelöensi* vendit *terram suam Lamswert et Betsade*, altera *Abbatiae Affligemensi omnem terram et moer curtis de Crailo*, in Wasia. A. 1247. Comes Flandriae confirmat apud FOPP. *Coll. Dipl.* T. IV. p. 251. Abbatiae de Baudeloo *Decimas novalium totius Wasiae*; nec non alia multa in *Lokere*, *Waesmunster*, *Belsele*, cett. sine ulla mentione Hollandiae; uti nec in recensione bonorum S. Petri in Wasia, a. 1267. ibid. p. 564.

Prob. h. a.

Sola igitur superesset dubitatio, utrum Hollandiae Comites ante a. 1167. hanc Wasiam a Flandris in feudum tenuerint. Supremum enim Dominium quin Flandris competat, nulla est haesitatio. Quapropter etsi hoc largiendo nihil forte quidquam iniqui in Flandros committerem, quia tamen solam veritatem investigare satago, negare etiam haec de *Feudo* debeo; et quidem:

1° Quia iam Cap. II. docui, *Wasianam* reliquasque ditiones aliorum, et ex stirpe quidem *Hollandica* prognatorum, possessiones fuisse, et etiam nunc hoc seculo XII. ac se-

(p) Hoc nomen etiam a. 1169. habetur in OLIV. VRED. *Hist. Com. Prodr.* II. p. 566. nec non in Charta Philippi Com. Fl. a. 1171. in Probb. h. a.

(q) Qui et a. 1128. recurrit in OL. VRED.

ſerius manſiſſe. Quomodo igitur Hollandi ſibi id petiviſſent, quod *iuris* esſet *Hollandici*, etſi in alia ſtirpe. ARGUMENT. VII.

2° Ex Chartis quibuslibet anno 1167. anterioribus certisſime conſtat, Nobiles Waſianos tunc fuiſſe Vaſallos *Comitum Flandriae*; id quod per omne SANDERI, *Flandria Illustrata*, opus, imprimis ubi de *Waſia* tractat, manifeſto patet. Nonnulla tantum in medium proferam. In Charta *Caroli Boni* Com. Flandriae a. 1122. data Abbatiae S. Bavonis inter Flandriae Vaſallos testes ſubſcribunt Waſiani

Walterus de Locra, (p)
Tidric de Beverna,
Dirman de Locra,

in OLIV. VRED. *Hist. Com. Flandr.* Prodr. II. p. 552. Eodem anno Gunterus Praepoſitus altare *de Bevere in Waſia* dedit Epiſcopo Tornacenſi, FOPPENS *Nov. Collect.* T. II. p. 960. Inter Comites Flandriae Vaſallos a. 1117. memorantur

Razo de Gavera, (q)
Balduinus de Alost,
Iwanus eius frater,

ibid. T. III. p. 31.

VRED. *Hist. Com. Prodr.* II. p. 558, 559. a. 1143. p. 563. a. 1156. FOPPENS *Coll. Nov.* T. IV. p. 208. immo etiam in *Pacto* Heedenscano a. 1168. tamquam testis a parte Flandrorum.

LXCVRSVS VII. A. 1120. *Sigerus Castellanus,*
Bald. de Alost,
Razo de Gavere,
Theodericus de Bevere.

ib. T. II. p. 962. A. 1142. *Iwanus de Alost*, decimas *de Wasia* dedit Coenobio Trunchiniensi, in FOPPENS *Nov. Coll.* T. III. p. 39. Cf. MEIER. Ann. h. a. qui *Iwanus* obiit a. 1145. postquam illam Abbatiam ditaverat Dominiis *Burst*, *Salegem*, et *Hulsterlo*, una cum *Decimis* terrae *Wasiae.* Immo quum a. 1184. *Philippus* Com. Flandr. urbi Neoporto novas daret Choras, inter alios adstiterunt testes *Waltherus de Lokeren*, *Balduinus de Hondeschote*, *Waltherus de Bevere*, Vasalli Wasiani. Eodemque anno in Charta Philippi C. Fl. idem *Walterus de Locra* prodit in FOPPENS l. l. T. IV. p. 209. et diu post, annis nempe 1175, 1181. p. 211., 213. et a. 1171. in alia Philippi Charta (r). Nec tamen ausim negare, hos inter Vasallos, Nobiles exstitisse *Hollandiae*, qui in illis terris nonnulla bona a Castellanis Gandensibus vel Alostanis Comitibus in feudum pro more illius aevi tenuerint, et hinc illorum vasalli fuerint. Sic Prob. li. a. in Charta *Laurettae Iwani* Comitis Vxoris, data a. 1150. Rupelmondae, hactenus quod sciam inedita, quaeque Originalis exstat in Abbatia S. Michaëlis Antwerpiensi, inter testes occurrunt:

Ior-

(r) Qua Fratribus Militiae templi dedit Decimas terrae e mari electae. In *Placaetboek van Vlaenderen* I. D. 3de boek, bl. 38.

Iordanus de Beverne, XXCVIIVII.
Balduinus DE LEIDE;

Modo hoc ad *Leidam* Hollandiae urbem respiciat. Quidquid autem hoc est, falli omnino videtur MEIERVS, quando per haec tempora Comites Hollandiae tamquam *Wasiae Dominos* introducit; quippe cuius verba si non respiciunt ad solum annum 1165. tunc certe intelligi duntaxat debent de paucis his annis, per quos *Florentius* et *Philippus*, a. 1157—1164. amice conspirasse videntur. Neque fere aliter intelligi oportere MEIERI verba suadet SANDER. *Flandr. Illustr.* T. III. L. V. p. 203. b. ubi de *Wasia* Flandriae ita: „ Prima eius ab hoc Comitatu avulsio facta est a. 1062. „ cum Balduinus Pius Flandriae c. *ROBERTO FRISONI* suo filio secundogenito in manus venienti cum *GERTRVDE*, in „ dotem dedit inter cetera Dominia ditionem *WAS AB*, „ quae iterum a. 1070. Flandriae Comitatui restituta est: „ iterum *POSTEA AD HOLLANDAS* rediens. Sed cum a. 1165. „ Florentius Holl. Comes" cett. Narrat porro eadem *Meieriana*, Haec de *Wasia*. Redeo ad Zeelandiam.

§. VII.

Communem fuisse Feudi Zeelandiae posfesfionem, quamdiu vixit *Florentius*, hominemque eum sive *Vasallum* Flandriae posthac permansisse, multa probant. *Zeelandiae communis possessio.*

Exstat in FOPPENS *Nov. Coll. Dipl.* T. III. p. 54. Charta

EXCVRSVS VII. Prob. h. a. ta a. 1173. Ipris data, qua *Philippus* C. Flandr. Abbatiae *Aldenburgensi* in Dioecesi Brugensi benefacit; in qua inter vasallos ac testes primario loco occurrit:

S. FLORENTII COMITIS HOLLANDIAE.

Additur quoque:

S. Florentii de Vorren,

qui tunc Zeelandiae Castellanus fuisse videtur, atque etiam inter Pacti Heedenseani *fideiussores ac testes* cum *Hugone de Vorne* prodiit. Memorabilis quoque est Charta, quam Prob. d. 25. Febr. habeo hactenus ineditam, a. 1249., *Symonis de Harlem, Ballivi Zeelandiae* aliorumque Nobilium, tamquam arbitrorum, ex qua cognoscimus, *PHILIPPVM quondam Comitem Flandriae, et nepotem suum FLORENTIVM Com. Hollandiae Abbati* Eccles. Medioburg. contulisse 114. *mensuras terrae in Westzubburg* ab omni onere *immunes*. Immo Prob. h. a. et in altera eiusdem generis Charta inedita testatur a. 1270. *Florentius* V. Comes Holl. *PHILIPPVM FLANDRENS. et Viromanduae Comitem, et cognatum suum FLORENTIVM COMITEM HOLLANDIAE Ecclesiae B. Mariae de Middelburg* 400. dedisse *mensuras in Westersubburg ab omni exactione liberas* (s). Quae certissimo sunt argumento, hanc Zeelandiae terram tunc in commune fuisse possessam, cum a *Philippo*, tum a *Florentio*, Flandro et Hollando; amboque coinci-

(s) Sermo in utraque est de eodem hoc *Philippo* eodemque *Florentio*, quorum caussa nunc agitur.

cidunt in illum Pacti Heedenseani articulum, §. III. qua sta- ARGVMENT. VII.
tutum est, ut, *quidquid pecuniae in terra praefata acqui-
situm fuerit, inter Comites* AEQVE *dividatur.* Alter igitur
fine alterius ope immunes declarare terras vel non potuit
vel non voluit. *Florentium* autem cum Abbatibus Medio-
burg. commercium habuisse, docet Charta filii Diederici
VII. hactenus inedita, qua dicit, *Abbates et fratres Ec-* Prob.
clesie B. Mariae in Middelburch concesfisse PATRI *suo* (Flo- a 1198. N° I.
rentio) *decimam de Sutburg.* His denique adde insignem
Chartam a. 1187. quam *ex Antiquo Cartulario Zeelandico
in Camera Ration. Insulensi* produxit POPPENS T. IV. p.
523. per quam *Henricus de Scoten cum uxore et filiis,* Prob. h. a.
Zeelandiae Nobilibus, *Terram suam de Crabbendyke* in Zuid-
bevelandia donat Abbatiae Thosanae iuxta Brugas, teste

PHILIPPO COMITE FLANDRIAE,

Cum aliis Zeelandiae Nobilibus, ut sunt:
Everbout de Aggera,
Gillebertus de Can, f. Cats.

Contigit etiam sub hoc Florentio III. a. 1181. obstructio
Maris ad Oppidum Brugas, quae originem dedit *Oppido Dam-
mo*; idque ope *Hollandorum*, sive, ut ego interpretor, ope
Zeelandorum. Quod narrat MEIER. a. 1180. et CHRONIC.
S. Bertin. p. 666. nec non IO. A LEIDIS, qui in pacto pa-
cis *Heedenseano* ita transactum esse narrat: Locum lectu
di-

SECVLVM VII. dignum, et ad rem congruum, ad imam paginam adieci (t). Videmus inde mutuam Comitum amicitiam et praestitam invicem opem; et eam quidem, quam per h. t. vix de vicino Principe exspectare possis, nisi communium possessionum conservandarum ratio interveniret.

§. VIII.

Theoderico VII. Mortuo a. 1190. FLORENTIO, *Theodericus*, patris successor, *Insulas* quidem *Zeelandicas* in feudum obtinuit; supremum tamen Dominium mansit apud Flandros. De supremo Dominio supra satis dixi, quando dissensionem ortam inter *Margaretam* et *Isabellam* enarravi, ita tandem so-

(t) IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XVIII. C. II. p. 164. Tunc ecce Florentio egregio Comite existente in Flandria facta fuit tanta inundatio aquarum maris, quae disruptis aggeribus apud Dam oppidum Brughense staret in medio aquarum maris fuit.

Denique una ruptura in aggere apud Dam, quae non potuit obstrui, quia, quicquid lignorum, terrarum, lapidum immittebatur, ceciderunt omnia veluti in abisso, sive in puteo sine fundo, ita quod Brughae et illa pars Flandriae fuit in magno periculo. Interim venerunt ad Flandriam Archiepiscopus Coloniensis, Episcopus Leodiensis, cum multis Illustribus Viris, et pacem fecerunt inter FLORENTIVM Comitem Hollandiae, et Philippum Comitem Flandriae: tali videlicet conditione, ut de cetero manerent boni amici. Insuper quod Philippus perpetuo possideret tempore medietatem terrarum sitarum in occidua parte Schaldae, quae iam vocatur terra Waes: et Florentius iterum reciperet Walachriam. Insuper Florentius Comes Hollandiae, mitteret ex Hollandia, Zelandia et Frisia mille industriosos Viros, qui obstruerent foramen intercepti aggeris in Damme expensis Comitis Flandriae: quod etiam factum est. Nam Flo-

ſopitam, ut, teste MEIERO a. 1191. p. 58., Iſabella *Waſiam*, *Aloſtum*, *IV. Miniſteria atque* INSVLAS MARINAS ſorori Margaretae ceſſerit, pro iisque Maritus Margaretae a. 1192. Imperatori *Homagium fecerit*. Quas inter turbas non quidem quievit Comes Hollandiae; ſed quum necdum iusiurandum Comiti Flandriae praeſtitisſet, „ ipſe, Comesque „ Lovanienſium Henricus, ſagaci perpendentes animo quan„tum iam virium Flandris deceſsiſſet, de ſuo quoque agen„do negotio callidum iniere conſilium. Magnis uterque „ Henricum Caeſarem ſollicitavit fatigavitque precibus; hic [Henricus] „ ut Aloſtanos, Imperii clientes, Lotharingiae „ contributos obtineret; ille [Theodericus Holl. Com.], „ ut ab FIDE FLANDRIS DEBITA SOLVERETVR, poſſideret„que SECVLVM VII.

Florentius Comes, recipiens Walachriam, homagabatur in ea, et veniens ad Hollandiam, miſit optimos artifices et conſtructores aggerum ad Flandriam; qui usque Dam venientes invenerunt in littore interrupti aggeris quendam canem latrantem, qui per ſex continuos dies et noctes horribiliter commiſit latratum, et omnia, quae mittebantur in foramen, abſorbebantur, ac ſi fuisſet inſatiabile. Tandem conſilio ſenum et ſapientum, quidam audax Hollandus accepit canem cum impetu, in nomine Domini, et proiecit ipſum feſtinanter in eodem foramine, maſſis terrarum in magna quantitate foramen illud obſtruxerunt. Et quia laboratores multi erant, ideo in eodem loco multi, extendentes tabernacula, ceperunt per modum oppidi ibidem habitare. Philippus autem Comes Flandriae hoc cernens dedit omnibus volentibus a Dam usque Ardenborch terram lucrari, et exaggerare ex mari, illa terra ſibi maneret et ſuis ſucceſſoribus in perpetuis temporibus, addens aliquas libertates. Quare multi Hollandenſes et Zelandenſes ibi permanſerunt; et, apportatis plurimis terrarum maſſis, oppidum conſtruxerunt, appellaveruntque illud propter canem ibidem immerſum, TEN HONSDAM".

SECTIO VII. „ que MARIS INSVLAS in FIDE ac clientela duntaxat Impe-
„ rii. At Caesar nullum Balduino facere voluit iniuriam,
„ nihil illis concessit. — Ipse [Balduinus] „ domi AB COMI-
„ TE HOLLANDICO iuramentum accepit, Flandris principi-
„ bus praestari debitum"; MEIER. a. 1191. Vnde *Theodericus* in *Catalogo Vasallorum Flandriae* in DV CHESNE *Rer. Norm. Script.* p. 1033. diserte memoratur *Comes de Ollandia*, uti iam observavit WAGEN. *Vad. Hist.* II. D. bl. 275., frustra obnitente V. Doct. HVYDEC. ad M. STOKE; quippe sic solent exotici. Hinc *Comes de Orlandia* scribitur alibi a. 1246. in Charta apud MIER. I. D. bl. 239. a, et in MARIN. SANVT. Epist. VII. p. 299.; apud WAGEN. *Vad. Hist.* III. bl. 236. Wilhelmus III. vocatur, *Comes Ulandiae.* Hoc autem *Homagium* revera ab Hollando *Gandavi* factum esse, narrat Belgicum *Chronyke van Vlaenderen*, D. I. bl. 261. b. Nec tamen aequo id fecisse animo videtur Theodericus; nam paullo post novae rixae sunt exortae, quarum haec ansa vel caussa. Nempe paullo antequam a. 1194. obiit *Margareta*, et filius Balduinus successit; obtinuerat *Theodericus Comes Hollandiae* forte redhos-
Prob. c. 1193. timenti loco d. 20. Octobr. a. 1193. ab Imperatore *Henrico* non modo confirmationem *telonei Geervlietani ab omnibus transeuntibus*; sed in praeiudicium Flandrorum etiam a *Caesare* obtinuit, ut „ tam FLANDRENSES et alii ho-
„ mines, qui sunt de nostro" inquit „ Imperio, quam etiam
„ ii, qui de aliis Regnorum partibus veniunt, modo prae-
„ scripto [de viginti nempe Marcis unam] teloneum de-

„ be-

„ beant persolvere: quam sententiam in maiestatis suae „ praesentia Imperator docet, iudicatam esse, et a co„ pioso Episcoporum, Comitum, Liberorum atque Minis„ terialium suorum numero approbatam": quamquam in Pacto a. 11$\frac{67}{68}$, quod Flandro cum Hollando convenisset, diserte statutum erat §.X., ut *Comes Hollandiae Vectigalia a* FLANDRENSIBVS *nullo modo acciperet.* Suffultus igitur regia auctoritate *Theodericus* graviter vexare Flandros coepit. Et hinc bellum! Quae omnia non ignoravit MEIER. ad a. 1195. *Vnde*, addit, *rixa multa ac grandis discordia Flandros inter et Hollandos orta, quae non nisi bello postea finita est.* Obiter huius belli meminit CHRONIC. EGMVND. ad a. 1195. p. 156. *Comite*, inquit, *Theoderico in* SELANDIA *remorante propter bellum, quod adversus Comitem Flandriae Balduinum promovebat.* Et paullo post p. 159. *Nuncius huius victoriae* [ad Westfrisios] *Comiti directus est, qui duplici gaudio iocundatus est, tum* VICTORIAE *contra Comitem* [Balduinum], *tum contra Fresones. Igitur cum de Flandris victor redisset* —. Ex quibus coaevi scriptoris verbis patet, bellum Hollandis a. 1195. prospere cessisse, et *Theodericum*, Flandris e Zeelandia forte eiectis, hanc terram sibi quasi propriam vindicasse, vel saltem eius *feudum* obtinuisse. Pluribus *Theoderici* in Flandros victoriam descripsit IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XIX. C. II. p. 171. Mota vero ipsi per *Ducem Brabantiae* de altera Zeelandiae parte, *inter Scaldem et Mosam*, controversia, Comes Theodericus a. 1200. alio modo de his cavit, EXCVRSVS VII.

 ac

XCVIII. VII. ac cum Duce Brabantiae Henrico Pactum quoddam *Concambii* iniit, per quod Comes Holland. terram *inter Scaldem ac Mosam*, sive *Orientalem Zeelandiae partem*, quiete in posterum possideret; pro eaque Brabantino Duci in concambium daret *terram suam Zuidhollandiae*, eamque ite-
Prob. a. 1200. d. 3. Nov. rum *in feudum hereditarium* reciperet. Vnde Theodericus de rebus sibi omnibus satis pro tempore providit. Atque haec fortasse caussa est, cur inter omnes Hollandiae Comites, qui per integrum seculum usque ad *Wilhelmum* II. Regem ac Comitem, ut postea videbimus, huic Heedenseano Pacto de *Feudo in commune obtinendo* subscripserunt, solus hic *Theodericus* initio regiminis inter Suffragatores non occurrat. Et vel sic tamen, obortis iterum a. 1200—1203. ingentibus cum Flandro turbis, quas enarrat WAGEN. D. II. bl. 317. et 323. Theodericus VII. *Zeelandiae* Feudum a Flandriae Comite *ultimo vitae tempore* recepit; cuius asserti testem habeo Originalem Chartam Arbitrii a. 1206. inter Wilhelmum I. Com. Holl. et
Prob. 14 Oct. N° I. Ludovicum Lossensem initi; in qua §. XV. diserte *Comes de Los in manum Baiuli* [i. e. Tutoris] *Flandriae resignat* FEODVM, *quod* THEODERICVS *Comes Hollandiae* VLTIMIS DIEBVS VITAE SVAE *tenuit a Dom.* COMITE *Flandriae*; per quod *Zeelandiam* indicari in *not.* probabo. Exercuisse autem *Theodericum* in Zeelandia iura, patet ex Charta inedi-
Prob. h. a. ta, (quam *Medioburgi* praesentem *dedisse* indicat subscriptio,) qua a. 1198. *donavit Decimas de Zubburg Abbati B. Mariae in Middelburch*, subscribentibus *Hugone de Vorne*

ne, multisque aliis Nobilibus Zeelandis; in qua imprimis SECVLVM VII.
memorabile, quod se scribat „ Theod. Dei gracia Comi-
„ tem Hollandiae ATQVE SELANDIAE, et Aleidis Comitissa".
Quo *Zeelandiae* tamen titulo post integrum fere seculum
Florentius V. demum uti coepit. Vnde suspecta mihi
quidem haec esset adiectio, nisi, rem conciliando, dicamus,
Theodericum istud eo fecisse tempore, quo rebus cum
Flandro nondum compositis Zeelandiam tamquam victor
tenuit, quamquam postea iterum illud *Feudum* a Flandro
relevavit. Simpliciter enim in Charta a. 1199. se scribit Prob.
„ Theod. Dei gratia Comitem Hollandiae", qua *Abbatiae* h. a.
Rijnsburgensi donat quandam terrae portionem in WALACHRIA,
eamque ab omni Comitis petitione immunem declarat.
Quam Chartam, a moroso quodam scriptore pro spuria
habitam, iccirco ex Originali descriptam et propter eius
elegantiam ac fidem in *Cod. Probb.* in aes incisam prodire
iubebo; adiungamque eiusdem Chartae nonnulla *Vidimus*
inedita, nec non Confirmationem *Florentii* V. His addo,
quod in alia inedita Charta a. 1209 data itidem Middelburgi,
Wilhelmus de Hollandia Comes testetur, Prob.
„ fratrem et praedecesforem suum Comitem THEODERI- h. a.
„ CVM super decimis nonnullis V. marcas annuatim
„ accipere consuevisse nomine Abbatis Ecclesiae B. Ma-
„ riae de Middelburg; nec non matrem suam Adam Flo-
„ rentii III. uxorem, eidem Ecclesiae LXIII. libras in
„ Eleemosynam ad lapideum opus fuisse elargitam". Quae

SECTIO VII. omnia satis probant Theoderici VII. in Zeelandiam Occidentalem iura.

§. IX.

Ludovico Losfensi. Mortuo Theoderico VII., exortaque ingenti discordia inter *Adam* filiam Ludovico Losfensi nuptam et fratrem defuncti *Wilhelmum* super hereditate Comitatus Hollandiae cum adiunctis, sive, ut loqui alii malunt, super *successione* ac Comitatus *devolutione*, nec non bonis alodialibus huic immixtis; ambo gratiam et amicitiam Comitis Flandriae sibi conciliare nitebantur; Comite Flandro ob has turbas, ut facile credas, in sinu gaudente. Hinc aeque *Ludovicus Losfensis* ac *Wilhelmus Hollandus* statim a morte Theoderici VII. *hoc Pactum Heedemseanum, de Zeelandia in commune obtinenda*, confirmaverunt. Docet hoc subscriptio Chartae Regis Wilhelmi II., d. 3. Aug. a. 1248. ubi haec distincte leguntur: Prob. h. d.

Haec eadem vero approbarunt et confirmarunt Ludovicus Comes de Loës et de Hollandia, Wilhelmus Comes Hollandiae, Florentii Comitis Hollandiae filius, avus meus.

Nemo dubitabit, quin Wilhelmus Comes II., antequam tam grave sibi Pactum *approbavit confirmavitque*, antecesso-

forum suorum Chartas *Confirmatorias* oculis usurparit. Et EXCURSUS VII.
revera *Ludovici Losfensis* confirmationem (ut de illa prius dicam) per Chartam sigillis munitam Comiti Flandriae ratam factam esse, eamque *Chartam* adhuc exstare, credere iubet testis oculatus DOM. DE GRIJPSKERK *Descript. Zeel.* MS. qui p. m. 35. aliud agendo citat *een Latynsche Brief, waarby de Graaf VAN LOS des avonds voor ons Heeren besnydenis* [d. 31. Dec.] *approbeert binnen Brugge a.* 1204. *de vrede te voren gesloten tusschen Vlaenderen en Holland; onder de Chartres te Rupelmonde.* Sed idem *Ludovicus* hoc pactum *Heedenseanum* denuo confirmavit d. 14. Octobr. 1206. eodem die, quo Brugis amicam concordiam iniit cum Comite *Wilhelmo*; quam confirmationem *Ludovicus Losfensis* scriptam itidem exhibuit, uti probat huius Chartae *Vidimus*, quod a. 1246. sigillis suis roborarunt *Episcopi* Prob. a. 1206.
Cameracensis, Tornacensis et Arelatensis. Adeoque hoc fa- h. d.
ctum est eodem tempore, quo per Flandriae Comitem tam- Nº II.
quam arbitrum amica compositio d. 14. Oct. 1206. inita Prob.
est inter *Ludovicum* et *Wilhelmum*; quorum priori §. I. assi- h. d. Nº I.
gnata est *tota Hollandia*; *Wilhelmo* vero §. II. quidquid *ex hac parte Mosae deversus Flandriam iacet*, i. e. integra *Zeelandia* cum *Occidentalis*, tum *Orientalis*, sub qua expresse comprehendebatur „ quidquid Dominus Hugo tenebat „ apud Appenbroek, et Castellania de Zeeland, et quod- „ cumque tenebat in Insulis Zeelandicis" Wilhelmo assignatis, „ exceptis tamen quatuor insulis, Scarpenesse, Du-

„ ve-

EXCVRSVS VII. „ velant, Stavenesfe et Drieskire", quae *Ludovico* asfignantur.

§. X.

Wilhelmo I. Comprobavit igitur *Ludovicus* Comes Losfenfis ex hoc Arbitrio *Pactum* illud Heedenseanum; nec mirum quia ex hoc Arbitrio *Hollandiae Comes* pronunciabatur. Verum non minus ex eodem Pacto *Wilhelmus* I. Homagium ac fidem Flandris praeftare debuit, iccirco quod per initum Arbitrium in portionem ei cesfit *omnis Zeelandia* tam ad Scaldis oriens quam ad occiduum latus porrecta. Eum autem id Homagium revera praeftitisfe, diferta funt testimonia domeftica. Et primo in mutuo Pacto d. 14. Oct. 1206. §.XV. convenerant, ut „ Ludovi-„ cus Losf. refignaret in manum Domini Philippi Mar-„ chionis Namuc., Baiuli Flandriae, Feudum, quod Theo-„ doricus Com. Holl. ultimis vitae diebus tenuerat a Do-„ mino Comite Flandriae, et inde adheredaretur Domi-„ nus Willelmus testimonio hominum Flandriae, accepta „ ab eo fidelitate ad opus Comitis Flandriae et Haino-„ niae et heredum fuorum". Per quod *Feudum Zeelandiam* innui, integer Chartae contextus docet. Vultis claProb. a. 1248. riora? Habeo Chartam confirmatoriam Regis WILHELMI Com. II., qua declarat, avum fuum *Wilhelmum* I. easdem Pacti Heedenseani tabulas *approbasfe et confirmasfe.*

Ex-

Expulſo vero ex Hollandia *Ludovico* (p), Wilhelmus I. ſolus Hollandiae Zeelandiaeque praefuit, et hanc terrae partem ex eodem Pacto de *in commune dividundo vel administrando* tenuit. Ne nunc enim urgeam, anteriorem Wilhelmi I. Chartam datam Brugis d. 16. Apr. 1204. teſtibus inter alios EXCVRSVS VII. Prob. h. d.

Dom. Hugone de Vooren,
Theoderico fratre, et Bettone filio eius;

per quam *Abbatiam Thoſanam*, iuxta Brugas haud procul a ſinu Heedensee, *cum omnibus bonis — ſub ſua protectione — ſuscipit, et totam terram,* QVAM SVB DICIONE SVA *poſſident, ab omni exactione —* immunem declarat. Quae quidem Bona omnia ſita erant in hac *Zeelandiae parte*, nominatim in *Crabbendijk*, ut docet Charta *Henrici de Scoten* a. 1187. in FOPPENS *Supplem.* T. IV. p. 523. et *Florentii* Com. IV. a. 1231. Add. *Compend. Chronol. Epiſcop. Brugens.* 1731. 8° p. 10. Neve in partes vocem aliam *Wilhelmi* Chartam ineditam d. 13. Febr. 1209. qua *Arnoldo* Abbati Medioburg. multa bona ac decimas elargitur *in Noordbevelandia*, data *Medioburgi*, testibus inter alios Prob. h. a. Prob. post a. 1204. 16. Apr. Prob. h. d.

Hugone de Vorren,
Egberto de Benthem, cett.

ex qua patet, Wilhelmum Dominii iura in Zeelandia exercuis-

(p) Vid. EXCVRSVS XI.

SECTIO VII. cuisse: propius imprimis ad rem accedet memorabile illud Diploma *Wilhelmi* I. a. 1213. collatum cum altero *Fernandi* Comitis Flandr.; quae quia nonnemo dubia reddere conatus est, ex Originalibus una cum sigillis et scri-

Prob. a 1213. d. 23. Dec. pturae speciminibus in aes incisis exhibebo. In harum Chartarum priore *Wilhelmus Com. Holl. centum mensuras terrae infra* [i. e. intra] *Officium Ostcapelle* [in Walacria] *ab omni onere petitionis — liberas declarat* NB. *quantum ad IVS HOLLANDIAE dinoscitur pertinere. Datum apud Middelborch.* Testes praeter alios Nobiles exhibentur *Abbates*,

Petrus de Dunis (q),
Daniel de Thosan (r),
Petrus de Middelborch (s),
Hugo de Vorne, etc.

Altera vero Charta est *Fernandi Comitis Flandriae* et *Iohannae uxoris*, qua eamdem *petitionis* libertatem concedunt, *quantum ad IVS FLANDRIAE dinoscitur pertinere.* Quisque statim videt, haec profluxisse ex Pacto Heedenseano a. 1168., in quo statutum erat, ut *Reditus Zeelandiae in commune* dividerentur; quapropter etiam utriusque *Comitis* consensus requirebatur. Intellige autem per *ius Hollan-*

(q) Quae Abbatia erat prope Brugas.

(r) Quae Abbatia est Thosana, ibid.

(s) Qui hactenus inter Abbates ignoratur, sed cuius etiam Chartam

landiae, quod *Wilhelmo* Comiti Hollandiae (nondum enim Zeelandia ſub *Comitatus* nomine veniebat) in illam terram eiusque *petitiones* competebat; uti per *ius Flandriae*, id quod Flandriae Comiti. Vnde iterum confirmatur, quod ſupra dictum est, in petitionibus exigendis alterum alterius mutuo conſenſu indiguisſe. Occaſio autem, qua *Fernandus* Flandriae Comes mutuam hanc donationem Medioburgi dedit, fuit bellum inter ipſum et Regem Franciae. Accepta enim ad Dammum urbem clade profugit in Zeelandiam, ubi invenit Comitem Hollandiae, quocum Brugas et Gandavum profectus est. *Ferdinandum* et *Wilhelmum* hoc anno 1213. in Walacria fuisſe, indeque Brugas profectos, docet *Chronicon* S. BERTINI p. 696. MEIER, *Ann.* a. 1213. et GVILLIELM. BRITO *Philippeid.* L. IX. nec modo Brugas, ſed ſq. etiam a. 1214. cum multis aliis Proceribus *Comitibusque de Alemannia, de Henonia, de Brabantia et de Flandria*, ſimul cum *Fernando Comite Flandriae*, Decretis Regis Ottonis tamquam *testis Valencienae* ſubſcripſit excursus VII.

Wilhelmus Comes Hollandiae (t).

Atque hinc perquam ingens lux adſpergitur celebratisſimo illi et vetusto Monumento anni 1217. (u), quae Prob. h. a. № V. vocatur *Lex ſive* CHORA *a* IOHANNA *Comitisſa Flandriae*

Mm 2 et

tam habeo deſcriptam, a. 1214. in Probb.

(t) MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* D. I. bl. 162.

(u) Apud MIERIS *Cod. Dipl. Holl.* D. I. bl. 170. ſqq.

EXCVRSVS VII.

et WILHELMO *Comite Hollandiae illis de* MIDDELBVRCH *iurata*, cuius in fine ſic habetur:

Hanc legem iuraverunt Domina IOHANNA *Comitiſſa Flandriae*, WILHELMVS *Hollandiae Comes*, *et* EORVM CASTELLANI DE SELANDIA, *ipſis de Midelburgho inviolabiliter obſervandam.*

Qua ex Charta haec tria ſine ullis fidiculis in uſum genuinae historiae profluunt:

1° Sub WILHELMO I. ſartam tectam manſisſe Pactionem a. 1168. de *in commune* posſidendo, quantum ad primarios articulos, ſalvo ſupremo Flandriae Dominio. Ad quam obſervationem forte quis regerat, hac tamen in Chora ſimpliciter mentionem fieri de *ſolvendo* COMITI, nempe *Hollandiae*. Sed reſpondeo: *haec Chora Hollandiae Comitis iuſtitias* tantum perſequitur; et ſimilem pro ſe Choram habuerit fortasſe *Comitiſſa Flandriae*: uti ſupra uterque ſeparatim pro ſe loquuntur ad a. 1213. et quemadmodum deinde a. 1223. in *Choris Westcappellenſi* et *Domburgenſi* pro ſe locuturus est eius filius *Florentius*. Niſi cenſeas, *Choram* a ſolo *Comite* Hollandiae esſe concesſam, quia *Middelburg* urbem, etſi in *communi feudo* ſitam, huic administrandam dedisſent Flandri; ac proinde tamen necesſe fuisſe, ut ab utroque *Comite* et eorum *Castellanis* ſeu ſupremo iudice confirmaretur; 1° quia in utriusque fundo erat ſita; 2° quia utriusque protectio promittebatur; 3° quia Oppidani ſemper cum utroque Comita-

tatu rem habebant. Quae obfervatio omnes argumentatio- nes contra huius *Chorae* fidem penitus fubvertit. Sed de his ad ipfam Choram dicam. EXCURSUS VII.

2° Vtrumque Comitem hac in terra fuum habuisfe *Conductum*, *fuos Iustitiarios* (feu *Balivos*, *Sculteros*, et *Scabinos*), *fuos* etiam *Castellanos*. Sic enim in principio: *Oppidani erunt fub protectione et conductu* AMBORVM COMITVM *et eorum* IVSTITIARIORVM. Et in fine: *Hanc legem iuraverunt* — EORVM *Castellani*. Fuit autem hoc anno a parte Comitis Hollandiae *Castellanus* procul dubio *Hugo Dominus de Voorn*; a parte Flandriae forte *Andreas*, de quo p. 279.

3° Postremo hinc patet, *terram Zeelandiae* tunc nondum fub nomine *Comitatus*, fed duntaxat fub *Castellaniae* titulo venisfe; quemadmodum antea fimpliciter dicta est *terra inter Scheld et Heedenséé*: et diu posthac, *terra iuxta Scaldem*; uti etiam integra *Zeelandia* in hac *Charta* vocatur *infra Burnesfe et Hedenesfe*. Vnde lux conciliatur *Chorae Wilhelmi Regis* a. 1254. Medioburgenfibus datae, §. 59. *Dat zal de* HERE *berechten of de ghene die* RECHTRE *es ouer al Zeland of die* GHEMENE RECHTER *es bewester Scheld*. Vbi per *rechter over al Zeeland*, diftincte a *Comite* five Domino, non alius intelligi posfe videtur, quam *Castellanus Zeelandiae*, five *Dominus de Voorn*, et per *Rechter bewester Scheld* idem ille, qui postea *Balivus Bewesterfchelde* dici coepit. Ex qua itidem obfervatione lucem accipit id, quod in *Chora* a. 1217. f. dicitur, „ Nemo illos de Middelb. arestabit, id est, pandabit, ni- Prob. h. a. d. 11. Mart.

 „ fi

EXCVRSVS VI. „ si pro propriis malefactis, in duobus COMITATIBVS, id „ est, FLANDRIE et HOLLANDIE". Sub *Hollandiae* enim nomine simul Zeelandiam comprehendi, satis est evidens.

Prob. M. Maio. Hinc etiam *Florentius* Comes in Chora *Westcappellae* data, ubi pro se tantum loquitur, a. 1223. §. LXI. dicit: „ Illos de Westcappel, infra COMITIVM HOLLANDIAE nemo pandare poterit, nisi pro maleficiis propriis": id est, intra omnem ditionem Comitis Hollandiae, quam late patet, nulla ne ipsa quidem *Zeelandiae* terra excepta. Immo fortius hoc comprobatur ex Diplomate Wilhelmi II. Regis a. 1248. qua immunia declarat „ omnia Abbatiae Thosanae bona per COMITATVM HOLLANDIAE constituta": quae sic postea describit; „ omnes terras, quas IN PRAEMEMORATO COMITATV (SIVE IN ZELANDIA SIVE ALIBI) possident", MIER. I. bl. 254. Atque eodem modo in Charta *Traiectensi* a. 1252. MIER. I. bl. 266. promittitur, quod „ cum „ nullo Domino — — HOLLANDIAM et ZELANDIAM intrabimus ad nocendum ALICVI DE COMITATV HOLLANDIAE". Et hac ratione saepius fit mentio *Comitatus Hollandiae* in

Prob. h. d. Originali Chora *Wilhelmi Regis* D. 11. Mart. 1253/1254. *urbi Medioburgensi* concessa, in initio et §. 17, 30, 54. ubi imprimis sunt memorabilia verba §. 30. „ Sowar so portre van midd'. eneghen man vind bin den GRAVESCHEPE „ VAN HOLLAND die hem schoud schuldech es: hi ma- „ ghen

(v) Rem narrat D'OVDEGHERST *huit l'Empereur Frédricq second de ce nom,* Chap. CVI. fol. 150. *Au dit an dix et sit, par sentence imperiale, mettre soubs ses*

„ ghen aresteren mets grauen rechtere". Vbi praeter rem et absurdum foret hoc intelligere de sola *Hollandia* proprie dicta, non vero de *Zeelandia* ipsa. Sed haec obiter. EXCVRSVS VII.

Comitem autem Flandriae, ut huc redeam! revera eiusmodi *Iustitiarios* in Zeelandia habuisse, si vultis ut ulterius probem? en tibi aliam Chartam hactenus incognitam a. 1218. per quam, absente in Terra Sancta Wilhelmo Comite, *Balduinus Comes de Benthem*, ad tempus *Hollandiae* PROCVRATOR constitutus, benefacit Abbatiae Medioburg. coram testibus, Prob. h. a. Nº I.

Theoderico de Vorne Castellano,

ANDREA IVDICIARIO FLANDRIAE, aliisque;

adiectis etiam illorum Sigillis: unde manifesto dilucet, Flandros aeque atque Hollandos suos in hac Zeelandiae parte habuisse *Iudices* seu *Castellanos*, ut supra observavi.

Non destitit tamen interim omnem movere lapidem *Wilhelmus* I., ut hoc Feudi iugo liberaretur; neque omni successu conamina eius caruere. Occasio rei haec fuit. *Ioanna* Comitissa Flandriae per absentiam mariti *Fernandi*, qui in Francia captivus tenebatur, neglexerat Feuda Terrae Imperialis ab Imper. *Frederico* relevare, pro iisque homagium praestare (v). Hac usus apud Imperatorem occasione *Wilhelmus* I. ab eo obtinuit, ut *Feudum*, quod a Comitissa hactenus tenuerat, ab Imperatore directe teneret, post-

ses mains, toutes les terres, que la Contesse lehenne tenoit du Saint Empire: Scavoir Alost, les quatre mestiers, Wast, *et LES YSLES DE ZELANDE, et ce soubs pretext de debvoirs par ladicte Contesse obmis.*

EXCVRSVS VII. postquam Fredericus, manu illis terris iniecta, easdem in sollemnibus Comitiis Flandriae Comitissae abiudicaverat. Verum non diu hac prosperitate usus est Comes; quippe mortuo *Frederico* filius eius *Henricus* a. 1221. sententiam hanc revocavit, et terras publicatas Flandris reddidit (w). Vtrumque nos docet Charta, quam ex Originali profero, Prob. h. d. d. 6 Maii a. 1221. qua *Engelbertus Archiep. Colon.* testatur, se iis interfuisse Comitiis, quibus Henricus Rex *revocavit in irritum et ad nihilum redegit sententiam illam, quae data fuit apud Franckenvorde pro Comite Hollandiae Wilhelmo contra — Comitissam Iohannam, de eo quod ipse Comes* WILHELMVS RECEPIT IN FEODVM *de Dom.* FREDERICO — *Imper.* TERRAM, *quam ipse tenuit* IN FEODVM *de prefata Comitissa*, adiectis rationibus, quae expositae dicuntur in literis ea de re Comitissae datis.

§. X.

Florentio IV. Wilhelmo his a. 1222. intermortuo, et *Ioanna* in harum terrarum possessionem restituta: coactus fuit *Florentius* IV. eius successor Homagium praestare *Ioannae*, et eius marito *Fernando*. Res extra omnem dubitationis aleam ponam. Et primo! In Charta Wilhelmi II. Regis Prob d. 3. Aug. confirmatoria a. 1248. haec disertis verbis subiiciuntur:

„ Haec

(w) D'OVDEGHERST. l. l. *Mais en l'an vint et un ensuyvant Henry Roy des Romains fils dudict Empereur, levant sa main desdictes terres, rappellá la susdicte Sen-*

„ Haec eadem vero approbaverunt et confirmaverunt MCCXXVII.
„ — — bonae memoriae FLORENTIVS pater meus, prout „ in eorum Literis continetur". Adiecta postea conditione, quae ſic habet: „ hoc ſalvo, quod, prout conceſſum „ fuit a FERNANDO Comite Flandriae, PATRI MEO, Nobi„ lis Domina M. [Margareta], Comitiſſa Flandriae, obſi„ des pacis, quos ipſa habebit de Zelandia, mihi recre„ det ſuper literas meas patentes, ſi quos voluerim" etc.

Superſunt adhuc Florentii Literae, de quibus hic ſermo, easque deſcriptas ex *Originali Vidimus* exhibeo in Probb., per quas Florentius a. 1227. Prob. 16. April. N° L.

„ 1° Recognovi, inquit, Fernando Comiti Flandriae „ omnia iura ſua, quae Anteceſſores ſui habuerunt in ter„ ra Zelandiae COMMVNIA cum Anteceſſoribus meis.

„ 2° Hoc ſolo excepto, quod pro maiore pacis firmi„ tate mihi conceſſit, ut obſides pacis, quos ipſe habe„ bit de Zelandia, mihi recredet ſuper Litteras meas pa„ tentes, ſi quos voluerim, vel ipſi obſides fideiuſſores con„ ſtituent, vel penes ipſum remanebunt.

„ 3° Si de dictis obſidibus vel aliis agendis noſtris ei „ non ſatisfacerem, deberet me ſubmonere per Homines „ ſuos et Pares meos Brugis coram ſe, et per legem et „ iudicium deberem ei emandare".

„ 4° His mediantibus feci ei HOMAGIVM, et dictam ter-

ſentence imperiale de ſon pere, pour autant que luy estoit apparu, que obſtant l'emprisonnement du Conte Ferrant ſon mary, n'avoit esté posſible a la dicte Conteſſe, de faire les ſusdict devoirs.

XXCVIII VII. „ ram Zelandiae, ficut ANTECESSORES mei eam ab Ante-
„ cesforibus fuis tenuerunt, ab ipfo recepi.

„ 5° Omnia arrieragia et vetera, quae EI vel CASTEL-
„ LANO, five alicui alii, ex parte fua de dictae terrae pro-
„ ventibus debebantur, usque ad hunc diem fopita rema-
„ nebunt.

„ 6° Has conventiones et pacem bona fide iuravi fir-
„ miter obfervare, et testes, qui interfuerunt, feci fub-
„ fcribi": Hos inter testes, quos vide in *Cod. Probb.*, fuere

Gerardus Comes de Ghelra,
Balduinus Comes de Benthem.

Operae pretium duxi haec pluribus ex ore Florentii excerpere, quia rem omnem conficiunt, et ftatum Zeelandiae his temporibus manifesto declarant.

Ex §. 1. enim aperte patet *Communis* Zeelandiae posfesfio, imprimis ratione redituum pecuniariorum. Pecuniae omnia obediunt. Atqui Florentius intra a. 1222. et 1227. revera Comitem Flandriae his fraudaverat, ut ftatim videbimus.

Ex §. 2. patet, *a*) Comites Hollandiae fervandae fidei causfa etiam hoc tempore Zeelandos Nobiles tamquam fidei obfides feu fideiusfores in aula Comitis Flandriae Brugis habuisfe; quos per novam hanc conditionem recuperare posfet, fi vellet, data tamen literarum fide de reftituendo. Fuerat autem prima Pacti Heedenseani a. 1168. con-

conditio: „ Quicumque OBSIDES inter Sceld et Hiddeze- „ ze accepti fuerint, Brugis sub custodia Comitis Flan- „ driae erunt, nec aliquem eorum Comiti Hollandiae per „ FIDEIVSSIONEM reddet, nisi voluerit". Quae dura condi- tio nunc aliquatenus mitigatur. *b*) Ex eo, quod primus hic Pacti Articulus tam diserte a *Florentio* IV, (uti deinde a Wilhelmo II.) excipiatur vel relevetur: hinc dubio care- re videtur, reliquos Pacis articulos vel accuratissime hac- tenus fuisse observatos; certe eorum observatio nunc sancte promittitur.

§. 3. agit de *submonitione* per Pares Comitis; quod re- spicit ad §. 15. Pacti, quo cautum erat, ut, „ si Comes „ Holl. infregerit, et summonitus infra sex septimanas cor- „ recturus — venire contempserit, tota terra, quam ipse „ a Comite Flandriae in feodo tenet, cum suis munitioni- „ bus — — libera Comiti Flandriae remanebit".

Ex §. 4 docemur, non modo, Florentium fecisse homa- gium, sed etiam, ipso teste, eius *Antecessores*; qui fuerunt avus *Florentius*, pater et patruus *Theodericus* ac *Wilhel- mus*; ut supra probavi.

Ex §. 5. non modo videmus, revera Comitem Flan- driae suum etiam *Castellanum aliosque ex sua* parte habuis- se ad percipiendos reditus; sed etiam in his *reditibus per- cipiendis* Florentium Flandro magnum intulisse damnum; unde ei *Arrieragia* restabant solvenda. Ex Articulo enim 3° Pacis cautum erat, ut, „ quidquid pecuniae in terra „ praefata acquisitum fuerit, inter Comites AEQVE divida-

 tur.

SECTIO VII. „ tur. Et 4°, ſi quis pro exceſſu ſuo hereditatem vel „ terram ſuam perdiderit, AEQVE inter ſe Comites par„ tientur, vel ad proficuum eorum per utrumque loca„ bitur". Atqui ſi his addamus, quae §. 12. a. 1168. *de munitionibus*, i. e. castellis et oppidis, promiſſa erant, ut nempe „ neuter Comitum in illa terra munitionem ſaciat, „ nec factam emat, nec in perpetuum habeat": multum hinc lucis rebus interim gestis adſpergetur. Quippe, utprimum Florentius Comes factus est, anno proximo 1223. contra huius Pacti tabulas, et invito, ut ſat liquet, Flandro, proprio marte duo in Walacria *Oppida* muniverat, *Domburgum* et *Westcappellam*, his *libertates* dederat, *legibus* ſive *Choris* inſtruxerat; adeoque non modo Anteceſſorum cum Flandro pactiones propalam ludibrio habuerat, ſed omnes hinc reditus ac petitiones ſibi vindicarat; et quod probe notes velim! eamdem his ſolus dederat *Choram*, quam Pater, praeſcia et iureiurando eam ſimul confirmante Flandriae Comitiſſa, Medioburgenſibus conceſſerat; id quod Flandro non ferendum videbatur. Sic enim *Chora* Westcappellis data: *Ego Florentius Comes Holl. et Theodericus Dom. de Voirne, Castellanus Zelandiae — — eandem libertatis choram et legem, quam habent opidani de Middelburch, illis de Westcappel, mediante iuramento nostro, perpetuo habendam conceſſimus.* Praeterea in hac Chora ſolus *omnes mulctas* ad ſe trahit §. 2. ſqq.; Zeelandiae antiquam diſtinctionem retinet *inter Borneſſe et Heedensee* §. 56.; et omiſſa *Flandriae* mentione, omnem *arreſtationum* prohibitio-

Prob. a. 1223. Maio. N° I. II.

tio-

tionem ad Hollandiam ſolam reſtringit §. 61. *Illos*, inquiens, *de Westcappel, intra Comitium Hollandiae, nemo pandare poterit, niſi pro maleficiis propriis.* Res ſatis est perſpicua, nunquam tamen a Nostratibus intellecta; quippe qui conciliare inter ſe non potuerint, quomodo a. 1217. Wilhelmus iura dare, eaque ſuo et Flandriae Comitis nomine confirmare Medioburgenſibus posſet; contra vero paullo post, a. 1223. Florentius proprio marte idem facere Domburgo et Westcappellis, nulla Flandriae mentione iniecta. Fecit enim hoc Florentius a. 1223., antequam Pactum Heedenseanum confirmavit, immo fecit invito Flandro, qui hinc concitatus eum procul dubio officii admonuit. Vnde Florentius paullo post, a. 1226. coactus fuit morem gerere postulatis Flandriae, et damnum hinc ortum reſarcire. Habeo penes me ex Archivis Inſulenſibus, ut alias multas, Chartam Originalem, unde haec clare elicias, datam d. 21. Maii a. 1226. qua *Balduinus* Comes de Benthem, *Th.* de Outena, *Th.* de Voorne, *Wilhelmus* de Teilingen, aliique Hollandiae Nobiles primarii *iurant* ac pollicentur, ſe *pacem et conventiones inter Ioannam Comit. Fl. et Florentium Com. Holl. ſuper terra Zeelandiae, quam* COMMVNEM TENERE *debent, initas — facturos ſervari.* Quae Chartae verba certisſime reſpiciunt ad anterius aliquod Pactum, ante Homagii literas a. 1227. ſupra exhibitas. Cuiusmodi praecedentis pacti testem habeo eiusdem Chartae a. 1227. datae verba; quae §. 5. ſic habent: *omnia arrieragia* etc. — — *usque ad hunc diem, ſopita remanebunt*

Margin notes: ARGVMENTVM VII. — Prob. h. d. — d. 16. Apr.

 per

EXCVRSVS VII. *per* HAS *conventiones et* ALIAS *in* CARTIS *nostris super* HOC *confectis contentas*. Exſtitere igitur et aliae Chartae anteriores ſuper *arrieragiis* ſeu redituum reliquiis ſolvendis, ac *de damnis* hinc Flandro illatis reſarciendis, quae tempus tuliſſe non videntur. Exſtat tamen et alia Charta d. 16.

Prob. № II. Apr. 1227. per quam *Gerardus Comes de Ghelra*, *Balduinus Com. de Benthem*, *et Willelmus de Thelingben* pro Florentio fideiubent *Fernando*; *ſi Comes Holl. veniret contra conventiones initas inter ipſos ſuper* DAMNIS ET RAPINIS *factis ex utraque parte*, *ſecundum quod litterae eorum plenius testantur*, *ſe dicto Florentio nullum conſilium vel auxilium praeſtituros*, ſed contra *Comiti Flandriae*. Quae verba itidem priorem de *damnis* Conventionem arguunt, ac ſimul ante dicta de Florentii Feudo confirmant, qui postea pacatius hoc posſediſſe videtur; ac propterea a. 1231. chartam dedit, quae exſtat apud MIER. D. I. bl. 2c9. qua Eccleſiam *Thoſanam* prope Brugas, *ad exemplum bonae memoriae Comitis Wilhelmi patris ſui*, et *omnia bona per omnem terram ſuam ſub protectionem recipit*; et nominatim *totam Terram*, *quam*, inquit, *ſub* MEO DOMINIO *posſident*, *videl.* CRABBENDIJCK, *cum pertinentiis ſuis*, *Ionsthoc*, BOMNA, OSTHOC, — immunes declarat ab omni petitione.

§. XI.

Wilhelmus II. Moritur Florentius IV a. 1234. relictis impuberibus filiis *Wilhelmo* II. atque *Florentio*. De *Wilhelmo* II. Comi-

mite Holl. intra a. 1234. usque ad a. 1247. quando *Rex Romanorum* electus est, nihil quidquam diserte, quod ad *res Zeelandicas Flandricasque* spectat, apud Nostrates hactenus invenitur. Quapropter hic promam ex *Registro Abbatiae Mediob.* Chartam hactenus ineditam a. 1240. d. 10. Mart., per quam *Wilbelmus Comes Hollandie et Balduinus Comes de Benthem* litem ortam de Decimis in *Melis-kerke* in *Walacbria* inter Abbatem de Middelburg et nonnullos Zeelandiae Nobiles *ex compromisso* componunt, appensis sigillis *Willelmi Comitis Hollandiae, Balduini Comitis de Benthem*, et *Viri Nobilis Dom. Willelmi de Theilinga.* Quae antiquissima est Charta hucusque de *Wilbelmo* II. Comite cognita; liquet autem ex eo, ipsum, vel ut videtur, Tutorem eius *Balduinum Comitem de Benthem* mortuo parente *Zeelandiae Feudum* tenuisse: quamquam statim, postquam *Rex Romanus* est electus, ingentes hac de re rixae obortae sunt: ad quas explicandas nunc transeo, clariori luci expositurus rem hactenus densis tenebris involutam.

EXCVRSVS VII.

Prob. h. d. add. 1246. d. 15. Mart. d. 9. Aug. 1247. Aug.

§. XII.

Vtprimum Wilhelmus II. d. 3. Octobr. a. 1247. Rex creatus est, *Margareta* Comitissa Flandriae, metuens, ne haec forte Electio Regem averteret a faciendo pro Zeelandia Homagio; siquidem, tamquam Rex, huius Feudi Dominus supremus ipse evaserat, a quo *Margareta* tamquam Imperii Vasallus hoc Feudum relevare foret obli-

Margaretae actio.

ga-

EXCVRSVS VII. gata· haec, inquam, metuens, et in hisce quantum fieri potuit providere volens, exegit obtinuitque a *Florentio* Regis Wilhelmi abſentis fratre *Chartam Promisſionis* ſive *Pactionis*, quam hactenus ineditam nunc ex *Authentico* profero, datam d. 7. Iul. 1248. Ex qua inſigni Charta, quae per formam *Vidimus* hodie ſuperest, multa docemur, de quibus hactenus ne per ſomnum quidem nostris Historiographis quidquam innotuit: quapropter primaria eius argumenta conditionesque ſtrictim recenſere, ac porro nonnulla, quae ad illustrationem faciant, adiicere, animus est. Data Charta est d. 7. Iulii a. 1248. et eius *Vidimus menſe Augusto* ſq. a. 1249. Vocatur vero „ forma PACIS initae inter Comitisſam Flan„ driae et Hannoniae et Wilhelmum filium, Com. Flandr. „ ab una parte, et inter Florentium fratrem Comitis Hol„ land. in Regem Rom. electi ex altera parte". Pacis conditiones fuere ſequentes:

Prob. h. d.

§. 1. promittit *Florentius* Margaretae Comitisſae, quod *omnia iura*, quae *Antecesſores Comitis Flandriae in terra Zeelandiae* tenuerunt, *plenarie agnoscet*, et *ut homines* (i. e. vaſalli) *Zeelandiae* idem faciant, curabit; confirmaturi omnia iureiurando et literis ſigillatis.

§. 2, et 10. promittit ſe curaturum, ut eadem omnia plene faciat Rex *Wilhelmus* Comes. Promittuntque *Florentius* et *Homines Zeelandiae* id agere, ut Rex „ in Homa„ gio de terra Zeelandiae faciendo Comitisſae competen„ ter ſatisfaciat.

§. 3.

§. 3. Quo haec firmius obſerventur, promittit ſe daturum *Obſides*, quos ſecum *in Priſonia Margareta* tenebit, donec haec omnia effectum ſortita forent. EXCURSUS VII.

§. 4, et 11. Florentius cum aliquot Zeelandiae Nobilibus a Margareta petere *ſuam gratiam et veniam* debebit; quam intercedente Duce Brabantiae non recuſabit Margareta. Quod ſi Dux Brabantiae rogatu Florentii intra octo dies eum in finem nec ad Comitisſam veniat, nec quemquam mittat; Comitisſa Florentio liberum tamen discesſum permittet.

§. 5. Si Comes Wilhelmus in nonnullis praeter Homagium tergiverſetur, Florentius frater ac Zeel. Nobiles nullam ſe Regi opem laturos iurabunt, ac ſigillis confirmabunt.

§. 6. Florentius reſtituet Margaretae Comitisſae *omnia arrieragia*, (i. e. redituum nondum ſolutorum reſiduam ſummam), quae ex terra Zeelandiae Comitisſae debentur, et a Florentio vel Rege, vel aliis, iam erant recepta: idque *intra proximos duos annos*, (adeoque ante 7. Iul. a. 1250.). De quibus *arrieragiis* ſolvendis dabit *obſides*, quos Comitisſa voluerit. De percipiendis reliquis, agetur *pro more et hactenus ſervata conſuetudine*, quando *pax* adhuc *firma* exſtabat. Dabitque huius promisſi *Obſides* Florentius.

§. 7. Si unquam Zeelandia ad ſe devolvatur, iurabit *Florentius* ac ſigillo confirmabit, ſe Comiti Flandriae pro ea facturum Homagium.

§. 8. Florentius Nobilibus, qui *Zeelandia* excesſerant, et hinc bona ſua amiſerant, nominatim *Petro de Subburg et*

SAECVLVM VII. *Aegidio de Koudekerke*, bona ſua reddet, et, quidquid in Comitem Hollandiae ad id tempus deliquerint, ignoscet. Compenſabit praeterea illis ad arbitrium Margaretae omnia damna, quae iniuste paſſi erant; quae vero *per legem* amiſerant, conſilio Margaretae reſarciet; ac captivos ſolvet, eisque bona ſua ſine impenſis reddet.

§. 9. Wilhelmus et Florentius *intra annum proximum* rogabunt *Papam*, ut has conditiones ac iura auctoritate Apoſtolica confirmet; adeo ut, ſi Rex, vel Florentius, vel Zeelandiae Nobiles, contra has Conventiones faciant, Terram *ſub interdicto ponat*, ipſosque, donec ſatisfecerint, *excommunicet*.

En Chartae hactenus incognitae argumenta, unde haec ſequentia, cum implicite, tum explicite, docemur:

1° Novum *huius Chartae* Apographum, ſequenti anno legitime confectum, ſive *Vidimus* quoddam per *Epiſcopum Cameracenſem* exhibitum, ſatis docet, aut magni momenti has Pacis conditiones eſſe habitas, aut novas hinc rixas ſq. anno eſſe ſubnatas. Id quod exitus ſatis docebit.

2° Quum Florentius §. 2, et 10. ſe curaturum promittat, ut Wilhelmus faciat *Homagium*, ac reliquas conditiones confirmet, datis §. 3. *obſidibus*: hinc patet, *Wilhelmum* regem tunc nondum hoc Homagium Flandris praeſtitiſſe, nec tamen deſiiſſe Zeelandiam adminiſtrare, inibique ſua iura exercere: id quod praeter haec docemur ex duabus Chartis ineditis ab eodem *Wilhelmo* datis menſe *Augu-*

ſto,

ſto, et *Decembr.* a. 1247. ſuper *decimis de Zandijk* et *de Westcapella.* EXCVRSVS VII.

3. Quum vero haec compoſitio *Pax* vocetur, ſatisque ex §. 4. et 11., *de liberando Florentio*, pateat, ipſum *in cuſtodia* a Margareta fuisſe detentum; hanc custodiam forte ortam credamus ex Pacto Renunciationis *Ioannis de Aveſnis* ſuper *Zeelandia* facto menſe Ianuario huius a. 1248., ex quo *obſes* fuerat misſus in Flandriam, ut ſupra §. 16. Cap. III. vidimus; vel dicendum, in pugna ob Zeelandiam captum deinde fuisſe Florentium. Contra, quum §. 8. doceamur, nonnullos Zeelandos vel finibus eiectos bona amiſisſe, vel in custodia fuisſe habitos: ſequitur, iam antea propter hoc Homagium bellum vel praelium fuisſe initum, quod per *Florentii* captivitatem et inde ortas huius pacis conditiones compoſitum fuisſet, ſi *Wilhelmus* promisſis ſtetisſet, iis praeſertim, quae ipſe paullo post fecit, ut ſtatim docebo. Quo imprimis ſpectat Charta inedita, qua *Wolphardus Dom. de Maalſtede et filius Gerardus* d. 21. Aug. 1248. promiſerunt Dominae Margaretae, Com. Flandr., ſe non laturos auxilium Comiti Hollandiae contra ipſam. Ex hoc vero Pacto, §. 8., *Petrum illum de Zubburg* bona ſua recuperasſe, eumdemque gratia floruisſe, fidem facit Charta inedita a. 1249. d. 25. Febr., ubi is cum *Symone de Harlem*, tunc *Zeelandiae Ballivo*, arbiter occurrit in controverſia inter *Conventum B. Mariae* Mediob. et *Symonem Militem de Zubburg* ſuper donatione PHILIPPI *Comitis Flandriae et* FLORENTII *Com. Holl.* Orta procul dubio haec

Probb. his m.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

XXCVIII. VII. contentio an dicam bellum fuit ex eo, quod *Wilhelmus* Comes nulla fide Comitisfae praeftita in huius Terrae posfesfionem fefe immiferit; immo exftat penes me Charta hactenus inedita, data d. 9. Aug. 1246., quam ex Originali in Abbatia S. Michaëlis Antverp. defcripfi, in qua, novo exemplo! aufus est fe fcribere, *Willelmum Comitem Hollandiae* ET ZEELANDIAE, titulo hactenus novo, nec antea de iure ufurpato; et quod non impune ferendum, procul dubio cenfuit Flander!

Prob. h. d.

4° *Obfides*, ex §. 3. dandos, revera fuisfe datos, testem habeo Chartam, qua *Ioannes de Gandavo* Miles d. 9. Aug. 1248. pro *Florentio* fideiubet de fumma 7200. £; immo *Petrus de Zubburg* Nobilis Zeelandus tamquam obfidem in Flandria moraturum fe promittit pro controverfiis fuper Zeelandia motis.

Prob. h. d. N° III. Prob. a. 1249.

5° De *Duce Brabantiae* quae §. 4. dicuntur, docent, eum adhibitum esfe intercesforem, ut liberaretur Florentius. *Florentium* autem hoc menfe captivitate fuisfe folutum, probare mihi posfe videor ex Charta hactenus inedita, qua *crastino Iacobi Apoftoli*, i. e., d. 26. Iul. a. 1248., *decimam Simonis de Zandijk fine herede masculo defuncti* Abbatiae S. Mariae Medioburgi adiudicat contra heredes, ubi fe vocat: „Florencium excellentisfimi Principis Domini „W. Dei gracia in Reg. Roman. electi Germanum: quam „devolutionem *dicebat* esfe confirmatam Privilegio Do„mini nostri Regis".

Prob. h. d.

6° Exhibendi *reditus*, qui ex §. 6. *Margaretae* ex Zeelan-

landia competebant, ſive ſic dicta *arrieragia*, cum *rece- pta*, tum non *recepta*, ſatis docent, durasſe et plenam vim habuisſe, quae in Pacto Heedenseano a. 1168. circa *Reditus in commune recipiendos* erant deſinita: hoc tantum excepto, quod post *Florentium* III. (qui de *obſidibus* caverat) non amplius peculiares *Iudiciarii* vel *Receptores* ex parte Flandriae in Zeelandia fuisſe, ſed Comites hos reditus transmiſisſe videantur; praeſertim quum §. 6. de *nondum receptis* Florentius iubeatur *facere ſecundum* CONSVETVDINEM *hactenus ſervatam firma pace exiſtente*; *obſidesque dare* cogatur *de illis perſolvendis*. Quantas autem turbas hi reditus, non rite perſoluti, postea dederint, ſtatim patebit. XCVIII-VII.

7° Quod ad confirmationem *Apoſtolicam* §. 9. ſpectat; his promisſis revera ſtetit *Florentius*. Non obtinuit quidem Papae confirmationem, *intra annum proximo futurum* ex §. 9.; obtinuit tamen ſeq. anno 1250. d. 2. Id. Iulii *Pontific. Papae Innocentii* IV. anno VIII. ut fidem facit eiusdem Bullae *Vidimus*, ab *Waltero* et *Iacobo* Epiſcopis Tornac. et Atrebatenſi menſ. Iul. a. 1251. datum, idque reſponſi loco ad literas, quas *Wilhelmus Comes* eodem a. 1250. d. 19. Maii ad Papam dederat. Prob. d. 14. Iul. 1250. Prob. h. d.

His peractis, atque omnibus ſic ſatis a Margareta proviſis, vix tres quatuorve intercesſerunt hebdomades, quin tandem die 3. Aug. 1248. WILHELMVS Comes, ex fide, quam *Florentius* dederat, obligatus, ſollemniter ac fide iurata ipſe confirmaverit *Pactum Heedenseanum*, et quidem ſingularibus his verbis: „Ego Willelmus, Dei gratia in Prob. h. d.

 „Re-

EXCURSUS VII. „ Regem Romanorum electus, semper Augustus, et Co„ mes Hollandiae, notum facio — quod Conventionem il„ lam et formam pacis, quae facta est inter bonae mem. „ PH. Comitem Flandriae, et proavum meum, Comitem „ Hollandiae, sicut continetur in authentico scripto eo„ rum, ratam habeo, et eam me firmiter et bona fide ob„ servaturum promitto. Cuius quidem conventionis et pacis „ tenor is est: — —". Deinde exhibita Charta anni 1168., adiectaque monitione, quod praedecessores sui *haec eadem approbarint ac confirmarint*, concludit hoc modo: „ O„ mnia igitur subscripta, sicut praemissum est, approbo et „ confirmo, hoc salvo, quod, prout concessum fuit a „ Fernando Comite Flandriae, patri meo, Nobilis Domi„ na M. [Margareta], Comitissa Flandriae, obsides pacis, „ quos ipsa habebit de Zelandia, mihi recredet super lite„ ras meas patentes, si quos voluerim" cett. Neque tamen per hanc Chartam confirmatoriam *Wilhelmus* eo tempore simul ritu sollemni *Homagium* fecit, sed permittente *Comitissa* illud tamdiu procrastinavit, donec res *de Reditibus solvendis* foret composita.

Ad *Reditus* quod attinet, quantum horum residua summa hoc anno iam excreverit, docent duae *Chartae Florentii* Regis Fratris, quarum una edita, altera inedita; ambae die 9. Aug. 1248. datae; in quibus agnoscit, se *debe-* Prob. h. d. N° I, II. *re illustri Dominae Margaretae 7200. £., scil. 6000. £. pro arrieragiis suis de terra Zelandiae, et 1200. £. pro dampnis Petri de Seboure et Egidii de Koudekerke*, quarum partem me-

mediam se soluturum promittit proximo festo S. S. Petri et Pauli, alteram eodem anni proximi die festo. De 1200. ₤. stabit inquisitione Comitissae. Ad has autem summas solvendas obligat se suaque bona omnia, nec non bona Wilhelmi Comitis et suorum. Altera vero ex Charta, eodem die data, docemur, ipsum super solvendo hoc aere alieno constituisse fideiussores, ut nempe illud dictis diebus solvat. Provenerat autem alterum hoc ₤. 1200. debitum ex praecedentis Pacti §. 8., quo constitutum erat, ut *Dominis de Subburg, de Koudekerke,* aliisque *sua bona redderentur, illatave damna resarcirentur;* unde in dicta Charta N° I. vocantur 1200. ₤. *pro dampnis P. de Sebourc.* etc. Inter *fideiussores* modo memoratos nominatim habetur *Iohannes de Gandavo,* ad cuius Chartam supra provocavi, qua promittit Margaretae, se has 7200. ₤. soluturum, si Florentius fide deficeret. Fortasse et alii hoc fecerint, quorum Chartae non prostant. Nec destitit Margareta rem urgere; ac 1° Nobiles Zeelandos, qui a se Feuda in Zeelandia alibive terrarum tenebant, sollemniter interim sibi adstrinxit. Huc spectat inedita Charta Originalis Homagii *Wolfardi Domini de Maalstede,* qua *Vlfardus* profitetur 1° „quod *Feudum,* inquit, tenebam a Margareta, id ipsi resignassem, „eique meum homagium reddidissem. 2° Sed mediantibus probis viris michi reddidit feudum et in suum hominem me recepit. Quapropter 3° ego et Gerardus „heres meus promisimus, quod nos nunquam contra ipsam erimus, nec contra jura sua veniemus — —, sed „de-

XCVIII VII.

Prob. 9. Aug. 1248. N° III.

Prob. d. 21. Aug. 1248.

SECTIVS VII. „ defendemus — — in Zelandia, et expresse iura illa; „ quae sui antecessores in Zelandia habuerunt et tenue- „ runt, NB. sicut expressum est in litteris Pacis olim „ factae inter Philippum Com. Flandr. et Florentium Com. „ Holl., et in Carta Regis electi Wilhelmi, Com. Holl. „ 4°. Quod si nos contra predicta faceremus, concedi- „ mus, quod tota terra mea et quidquid ego possideo „ aut possessurus sum in terra de Hulst et de Chavetin- „ ghes (i. e. Saftinge) sit in manu et voluntate predictae „ Comitissae. Vnde haec duo discimus,

1°. Flandriae Comites habuisse in Zeelandia suos etiam Vasallos ratione feudorum.

2° Terras de *Hulst* et *Saftinge* fuisse sub dominio Flandriae ad distinctionem Zeelandiae. Possidebat praeter haec Dominus *Wulfardus de Maalstede* bona in Bevelan-
Prob. 1248. m. Iul. dia, ut me docet Charta inedita, qua Monasterio *Ierusalem* prope *Biefelingen* bona nonnulla largitur; uti et
Prob. 1246. m. Mai. altera, qua eidem Monasterio benefacit.

Quod ad *Homagii* dilationem attinet, Wilhelmus Rex electus Pactum quidem Heedens. d. 9. Aug. 1248. confirmarat, eiusque nomine frater Florentius Pacem inierat; sed proprio sigillo et actu hanc Pacem nondum ratam
Prob. 1248. m. Sept. N° I. habuerat. Hoc seq. demum *mense Septembr.* eum fecisse, docet Charta inedita, qua anteriora confirmat, inter alia his usus verbis: *Nos* WILLELMVS *Dei gratia Rom. in Regem electus, semper augustus, Comes Holl. — cum nobilis vir Florentius, frater noster, nobili Dominae Margaretae, Flandr. et*

et Haynon. Com. et eius successoribus Comitibus Flandr. vice XXCVIII VII.
sua nec non et nomine et vice nostra recognoverit jura sua, quae antecessores sui in terra Zeelandiae tenuerunt et habuerunt, et ea promiserit observanda, — — et praed. Dominae Comitissae promiserit arreragia sua, et de sex milibus libris — persolvendis pro ipsis arreragiis se nomine suo et nomine nostro obligaverit; — — — predicta omnia nos promittimus servaturos per abandonium nostrorum bonorum —. Attamen sollemne Homagium id temporis non praestitisse Wilhelmum, permittente ac procrastinante Comitissa, docent diserte literae ab Wilhelmo M. Septembri Comitissae exhibitae, quibus profitetur, concessam sibi Homagii procrastinationem non fore in dispendium, neque in praeiudicium iuris Comitissae: idque Wilhelmus inter alia singularibus his verbis declarat: *PROFITEMUR, quod propter istam — dilationem HOMAGII a nobis exigendi nihil obstare vel deperire possit Comitissae, quin sit in eodem statu exigendi a nobis Homagium, in quo ad praesens existit, et in quo ante hoc erat, et idem ius habeat exigendi a nobis praedictum homagium, quod ante hoc habebat; et idem cognoscimus de eius successoribus.* Quo vero animo, quove consilio, Wilhelmus hoc temporis istam moram sibi quaesiverit, subdoléque in his sit versatus, postea patuit. Sic igitur *Wilhelmus* et Comes et Rex, agnito quidem *Feudo*, sed nondum facto Homagio, Zeelandiam habuit, et vi Feudi iura sua exercuit; cuiusmodi e. c. sunt sequentia. Exstat apud MIERIS D. I. bl. 254.

Prob. 1248. Sept. N° II.

SECTIO VII. Prob. h. d. 1°. Charta data d. 5. Dec. 1248. adeoque eo ipso anno, quo *Feudo Heedenseano* subscripsit, qua *Abbatiam Thosanam* [prope Brugas] *cum omnibus bonis — ad imitationem patris* FLORENTII *sub suam recipit protectionem. — Insuper omnes terras, quas in hoc Comitatu, sive in Zelandia sive alibi, possident, immunes declarat a tallia, a scoto. — Omnem etiam terram, quam in Dominio nostro per Hollandiam vel Zelandiam possident; videlicet Crabbendijck, Monsterhoc, Bomma, Osthoc, terram de Groda, in quatuor Officiis Flandriae — tam Moro quam Morshoft infra et extra Dicum — REGIO patrocinio confirmans.* Vbi tamen velim observes, hanc concessionem eum magis tamquam *Regem* quam *Comitem* fecisse; tum quia diserte loquitur de *regio patrocinio*, tum quia ut Rex *in quatuor Officiis Flandriae* ius habebat, non vero ut Comes.

Prob. h. m. 2°. Charta, cui praesens *Medioburgi* mense Maio a. 1248. [lege 1249.] adstitit, qua traditur per Nobiles Abbatiae de Rijnsburg terra in Officio de *Alardskerke*, quam ipse his Nobilibus antea vendiderat, MIERIS bl. 249.

3°. Dedit a. 1250. *mense Febr.* Chartam, hactenus ineditam, ad „ Symonem de Harlem, Ballivum suum per ZE„ LANDIAM constitutum", qua certiorem eum reddit, „ se „ Ecclesiae B. Mariae Medioburg. Advocatiam sive Tu„ telam suscepisse, et terras eius Ecclesiae ab omni peti-
Prob. h. m. „ tione, tallia, sive quocumque exactionis genere, immunes „ fecisse, excepta expeditione militari"; similesque immuni-

nitatum Chartas dederunt Wilhelmus et frater Florentius Abbatiae S. Bernardi ratione bonorum, quae sita erant in Scora pago Zuidbelandiae. MCCVIII. VII. Prob. d. 11 Ian. et d. 18. Oct. 1252.

4° Mandat *Florentio* fratri suo, tunc Terrae Procuratori, seu Vicecomiti, ut Abbatissam de Rijnsburg protegat in iure *aggerandi*, quod in nova terra *apud Oostcappellam* [in Walacria] ipsi indulserat. *Datum apud Middelburch – XVII. Kal. Febr. indict. IX.* a. 1251. in MIERIS D. I. bl. 261. Prob. h. d.

5° Idem *Wilhelmus* d. 8. Iun. a. 1252. in Charta inedita concessit Ecclesiae B. Mariae Mediob. facultatem pascendi animalia maiora et minora in *Dunis* suis. Prob. h. d.

6° D. 17. Iun. 1252. Cives Traiectenses in protectionem suam recipit, cum per Hollandiam tum per *Zeelandiam* bl. 266. Prob. h. d.

7° Concessit privilegia et immunitates *Beginis de Middelburg*, d. 7. Febr. 1254. missis literis ad *universos Scultetos per ZELANDIAM constitutos*. Prob. h. d.

8° Denique d. 28. Maii 1255. *Mediaburgi* haerens concessit Abbatiae S. Bernardi supra Antverpiam immunitatem *per Hollandiam et Zeelandiam* D. I. bl. 292. Et sic iam ante confirmatum *Pactum Heedenseanum* habuit *suum in Walacria Ballivum*, quem in Charta inedita d. 21. Dec. 1247. vocat *pro tempore constitutum*. Prob. h. d.

9° Postremo non alia magis probatio fortior, quam quae exhibetur in Charta, qua *Wilhelmus Comes Hollan-*

EXCVRSVS VII. *diae* (x) Medioburgensibus Novas Choras, novas leges impertiit, die 11. Martii a. [illegible] in qua Nomen *Bornisse et Hedinzee*, quod §. 54. occurrit, iam permutatur cum formula: *Masemude ende Hedinsee*, §. 14, et 35. uti scribitur in Originali. Haec autem omnia satis docent, quo iure *Wilhelmus* vi Feudi in Zeelandia usus fuerit. Hactenus de Wilhelmo Rege electo.

Prob. h. d.

§. XIII.

Wilhelmo Regi. Videamus *Wilhelmi* Regis, iam *coronati confirmatique*, contra Margaretam eiusque feudum molimina. Scenam aperit eius sororius Comes Hannoniae Ioannes Avesnius. *Mos et ius* (y) erat Imperii, ut, si quis Novus Rex crearetur, singuli Maiores vasalli, qui terras ab Imperio in feudum tenebant, *intra annum et diem* Homagium pro illis electo novo Regi praestarent. Huiusmodi Homagia, a nostris Comitibus Imperio praestita, alibi indicabo. Tenebat autem Margareta Flandrica *terras Imperiales*, pro quibus illa intra d. 3. Oct. 1247. et 3. Octobr. 1248. [cave enim, ne *annum et diem* tunc largius extendas] Wilhelmo, tamquam Regi Romano, obligata fuerat *Homagium praestare*; contra *Wilhelmus*, ut idem tamquam *Comes*, Zeelandiae nomine, faceret, a Margareta impellebatur. Qua occasione dicam an praetextu Wilhelmus utendum ratus, *Homagium* suum mense Iul.

(x) Non vero *Comes Hollandiae et Zeelandiae*, ut perperam MIERIS D. I. bl.

Iul. Aug. Sept. 1248., ut supra vidimus, lucrandi tempo- EXCVRSVS VII.
ris caussa, distulerat, ut colorem haberet, quo interim Margaretam, in suo deficientem Homagio, calumniaretur coram Regni Proceribus. Huc spectant, quae supra P. III. dedi de scommate Regis, *se nolle ministrum sui esse ministri:* ubi rem pluribus explicavi. His accessit flagrans illud odium inter *Margaretam* ac filium suum *Ioannem de Aveinis*, Wilhelmi Regis tunc ex *Aleida*, quam duxerat, Prob. 1249. 27. Apr. Nº I.
fratrem affinem. Fecerat dictus *Ioannes* suo tempore, teste Charta, Regi ac fratri *legium et debitum Homagium* super *Comitatu Namurcensi*; quod quum *Balduinus* Flander, qui hunc à *Ioanne* tenebat, facere neglexisset, *nec intra annum et diem*, *prout moris et iuris est*, ut diserte charta testatur, *recepisset*, hinc Rex, *per generalem Imperii Principum sententiam*, *Balduino* Comitatum Namurc. et omnia eius iura abstulit, sororioque *Ioanni* dedit. Rem probat Charta, quae integra exstat d. 27. Apr. 1249. Quo spectat etiam Bulla Innocentii Papae inedita, d. 26. Aug. 1249., qua Regem ab hoc molimine dehortatur, eumque insimulat, quod *clam Balduino*, tunc in Terra Sancta Imperatorem agente, *vel eius vicario non nominato nec citato* sententiam istam pro *Ioanne* promulgasset. His artibus Caesar novam adiunxit machinationem; haud quidem negat Pactum Heedenseanum *de in commune possidendo*; non recusat *homagium*; non inficiatur sua ac *Florentii* promissa

bl. 273. in Epigraphe posuit. Sic saepe erratum.

(y) Sic loquitur ipse Rex in Charta d. 27. Apr. 1249. in Prob.

EXCVRSVS VII. de relevando Zeelandiae Feudo; non negat solvendos Reditus; sed acerrimam contentionis serram reciprocare coepit super *iurisdictionibus*, *proventibus*, *consuetudinibus*, *et iuribus quibusdam*, eorumque administrandorum ratione, quae in *Insulis Zelandiae inter Schaldam et Heedensee* Margareta eiusque Antecesfores habuerant: ut totidem verbis habemus in mox citanda Charta. Margareta, ut erat mulier sagax, haec providens, denuo Wilhelmum, postquam Rex coronatus fuit, adegit, ut tamquam talis de praestando Homagio et renovandis promisfis eadem faceret, quae *Rex* tantum *electus* paullo ante fecerat. Insignis haec Charta a. 1250. ex Orig. Vidimus desumta inter alia haec complectitur: „ Willelmus Dei gratia Rom. Rex S. „ A. Comes Holl. — cum nobilis Dom. Margareta — „ instanter exegisfet a nobis, quod ei faceremus *HOMAGIVM* „ de terra *ZELANDIE*, quam nos et nostri predecesfores „ de suis antecesforibus Comitibus Flandriae tenuimus in „ feodum, ad preces — — apostol. sedis legati placuit „ ipsi Comitisfae, quod sustineret et differret ad voluntatem suam et placitum de exigendo seu requirendo a „ nobis Homagio. Nos vero recognoscimus Comitisfae, „ quod ei tenemur homagium facere de praedictis, et „ quod huiusmodi sustinentia [i. e. dilatio] aliquod prae„ iudicium ei non faciat aut suis succesforibus. Quin po„ tius — declaramus quod, quantumcumque praed. Co„ mitisfae continget sustinere [i. e. differre] de ipso ho„ magio exigendo a nobis, succesfores tamen nostri quicum-

Prob. 19. Mail. N° I.

„ cumque post nos — — tenebuntur eidem et eius suc- SECVLVM VII.
„ cess. — facere homagium de terra Zelandiae, et alia
„ jura sua eis recognoscere et servare, sicut in Carta viro-
„ rum nob. PHILIPPI quondam Com. Flandr. et FLOREN-
„ TII quondam Com. Holl. proavi nostri, et in nostra,
„ quam innovavimus, plenius est expressum" —. En! diserta verba; quae ex inedita Charta in Archivis Insulensibus servata produco. Prae se tulisse videtur Wilhelmus, quod ob decus regium hoc quidem detrectaret Homagium; agnosceret tamen. Haec speciosa; vera tamen caussa suberat eius conamen; ut ab hac molesta et turpi infeodatione penitus liberaretur. Temporis igitur moram quaerebat. Et huc tendunt omnia, quae hoc die 19. Maii plura inter *Margaretam* et *Wilhelmum*, tunc Bruxellis haerentem, gesta sunt. Ad quae explicanda nunc transeo. Et quidem primo res Arbitrio commissa est, Arbitri capti sunt *Venerabilis Pater Dom. P. Albanensis Episcopus Apostolicae Sedis Legatus*, et *Henricus Dux Lotharingiae et Brabantiae*, qui *Wilhelmi* avunculus, quibus intercedentibus ea, quae controvertebantur, communi tandem suffragio per amicam pactionem sunt composita, saltem ut prima specie apparebat; per quam Pactionem, an Pacis Tabulas, *Margareta* Flandriae et *Wilhelmus* Rex cum fratre *Florentio* declarant, *subortam fuisse Discordiam* inter se [NB.] *super iurisdictionibus, Proventibus, Consuetudinibus et Iuribus quibusdam, quae Antecessores nostri*, inquit Comitissa, *Comites Flandrie de* INSVLIS ZELANDIE in- Prob. h. d. N° II.

MCCXLVI VII. *inter Scaldam et Hedenezee, habuerant ab antiquo. — Mediante* autem *Apost. Sedis legato — fuit compositum.* Et ita compositum, ut Rex „ tam pro se quam suis successoribus COMITIBVS HOLLANDIAE recognoverit, quod id, „ quod habet in Insulis Zel. inter Schaldam et Hedinezee, tenet IN FEVDVM a nobis, idque ex forma Pacis „ Heedenseanae a. 1168. (cuius Tabulae integrae iterum inferuntur); quam dictus Dominus Rex approbavit, et „ confirmavit, et promisit se bona fide in perpetuum servaturum".

Produxit diligentissimus MIERIS ex *Archivis Hannon.* T. I. p. 258. insignem hanc Chartam, quam apud *solum* MIERIS prostantem cum aliis ineditis propterea in usum exterorum integram exhibebo in Probb., quippe quae praeter haec quantivis sit pretii ad regimen *terrae Zeelandiae Occidentalis* hoc seculo XIII. probe ac penitius perspiciendum. Meretur icciréo aliquanto curatius, quantum ad summa rerum capita, disquiri.

Narrat in ea *Margareta*, per arbitrium Legati Apostolicae Sedis inter *ipsam* et *Wilhelmum* II. rem esse transactam; „ verum quia propter [f. super] quibusdam articulis inter nos, inquit, et Regem quaestio vertebatur, „ super illis compositum est, et declarati sunt Articuli"; idque, ut docet Epilogus, multis „ Episcopis, Abbatibus, „ ac Flandriae, Hollandiae, Zeelandiaeque Nobilibus praesentibus". Sequuntur statim articuli:

1° Prima erat dubitatio „ de iactibus maris, advenien-

„ ti-

„ tibus intra terminos Schaldis et Hedinzee", quos uterque Comes sibi vindicare annixus fuerat. Rex id simpliciter asserebat; Margareta contrà asserebat, eos ad se pertinere „ tamquam illam, a qua terra tenebatur in feudum". Quaestio ita deciditur, „ut aequaliter inter ipsos dividantur. MCCLVI VII.

2? Altera *dubitatio* erat „ super precibus sive precariis, seu donis communibus". Rex dicebat, se ea sibi posse retinere. Contra Margareta, „ cum omnia, quae de „ dicta terra proveniant, debeant esse communia", propterea ea non posse retineri.

Quaestio ita deciditur, ut in posterum *aequaliter dividantur.*

3° Tertia erat „ de tenendis placitis (i. e. iure exercen„ do) in terra Zeelandiae, de equitandis bannitis, de iu„ risdictione et iusticia exercendis". *Rex* se suo iure haec facere; contra *Margareta* id *absque se*, vel *Ballivo suo*, fieri non posse, contendit.

Deciditur quaestio, ut etiam haec in commune dividantur; nec neutri praeterea sine altero liceat „ emendas taxa„ re, nec excauties, nec foresfacta remittere, vel de ipsis „ componere: quidquid autem de huiusmodi proveniat, „ aequaliter dividatur".

4°. Queritur Comitissa, quod Rex „ aliquas VILLAS „ FRANCHAS fecisset, cum facere id non posset, quia in „ tota terra non debebat esse villa francha, nisi MIDDEL„ BOVRG, quae ab antiquo fuerat Francha". Consentit Rex, se, perinde atque Comitissam, „ non potuisse con-

EXCVRSVS VII. „ ſtruere vel aedificare villas franchas, nec factis ſeu aedifi„ catis dare franchiſiam ſive libertatem". Quae ut intelligantur, reſpici debet ad §. XII. *Pacti Heedenstani*, quae ſic habet: „ Neuter Comitum in ſaepe dicta terra Munitionem „ faciet, nec factam emet, nec in perpetuum habere de„ bet", ſqq. Reſpicit igitur procul dubio querela *munitiones*, et *libertates* conceſſas oppidis *de Domburg et Westcapelle*, quas ex pacto Comiti facere et concedere non licuit; et excipitur propterea *Middelburg*, quia a. 1217. huic Vrbi libertas confirmata erat *in commune*, nempe ab *Ioanna* Flandriae Comitiſſa iuxta atque ab Hollandiae *Wilhelmo*. Vnde ſimul diſcimus, Choras *Domburgo* et *Westcapellas* a. 1223. a Florentio ingratiis Comitum Flandriae fuiſſe conceſſas.

Deciditur controverſia hoc modo, ut neuter hoc in poſterum faciat; „ ſi vero aliquibus villis vel alicui villae „ ipſe Rex dedit franchiſiam, eam, quantum in ipſo eſt, „ penitus revocabit; et ſimiliter nos", inquit Margareta, „ revocabimus; nec permittet, quod utantur franchiſia ſi„ bi data".

5° Rex debebat Margaretae £. Flandr. 6000. — et quaedam *arrieragia*, quae nunc excreverant ad £. 10000. — *Flandr. Monet.* Has pecunias rogatu Apoſtolicae ſedis exigere diſtulerat Comitiſſa. Has in poſterum etiam *ad preces Legati Papalis rogare differet, nec petet unquam*, nec ab ipſo, nec ab eius heredibus Comitibus Hollandiae, niſi *ipſe vel heredes ſui contra istam pacem veniant.* Rex autem *profeſſus est et profitetur, ſe debere haec 16000. Librarum.*

6° Si

6° Si Margareta, vel ipsius heres, his pactis non stet, vel ob id „ requisita in Curia sua Brugis — nolit hoc, prout" (inquit) „ Homines nostri, Pares Comitis Hollandiae, iudi„ carent, emendare": tunc illa permittit Legato Papali, vel Episcopis Tornacensi et Cameracensi, „ ut terram Flan„ driae et dictae Zeelandiae supponant interdicto Ecclesi„ astico; nisi intra 40. dies emendet". EXCVRSVS VII.

Idem pro se Comes Wilhelmus permittit, ut possent hi „ terram ipsius Regis, scil. Hollandiam et Zeelandiam, sup„ ponere interdicto Eccl".

7° Vterque „ pro se suisque heredibus renunciant omni „ iuri Canonico, vel Civili appellationi ad quamcumque Cu„ riam, omni privilegio obtento seu etiam obtinendo"; promittuntque haec „ in perpetuum observare, adeoque re„ nunciant omni iuri, omni cartae, omni privilegio a quo„ cumque dato vel dando, quod ipsis vel suis heredibus „ competit, vel competere posit — contra praedicta", adhibito sollemni iureiurando ab utraque parte.

8° *Rogant* legatum Apostolicum, ut hanc pacem confirmet, et „ supplicant Domino Papae, ut eam confirmare di„ gnetur.

9° Hoc pactum heredes, Comites Holl., tenentur heredibus Com. Flandriae „ confirmare, cum omnibus Homi„ nibus suis, quotiescumque innovare" hoc voluerint Successores et Heredes Flandriae.

En argumenta Chartae, quae regimen terrae Zeelandiae *Bewesterschelde*, *Comitatus* titulo tunc nondum cog-

EXCVRSVS VII. nitae, quam clarissime demonstrant. Ignorarunt has Pacis conditiones diu Nostrates. Quod autem apprime ad nostram rem facit, est, quod *Margareta* in Prooemio, Rege non intercedente, declarat, haec omnia *Comites Flandriae habuisse ab antiquo.* Quod argumento est, seculo XIII. nondum cuiquam ullum de *antiquo* harum *Flandriae* terrarum *dominio et possessione* dubium occurrisse. Quam tamen rem Nostrates confundere solent, nec satis distinguunt a *iure feudali.*

Eodem hoc die 19. Maii a. 1250. *Henricus Dux Brabantiae*, qui rebus componendis interfuerat, se ex utraque parte *fideiussorem* interposuit, docente Charta inedita, qua
Prob. h. d. N° III. dicit, „ inter Wilhelmum et Florentium fratrem et inter „ Margaretam discordiam fuisse motam pro terra Zeelan- „ diae, ac iuribus et aliis, quae ibidem utraque partium se „ habere dicebat; sed intercedente Albanense Episcopo Le- „ gato factam esse pacem et concordiam". Ipsum autem *ad preces Wilhelmi Regis* promittere, *si Rex vel frater contrairet*, se contra ipsos *pro Margareta* staturum; idque se *rogatu* Margaretae *pro Rege Wilhelmo* polliceri. Haec
Prob. h. d. N° IV. Ducis promissio quo validior foret, literas dedit Wilhelmus, quibus declarat, se *Ducis Henrici literis*, huic fini datis, *consensum* suum et *assensum praebere benivolum*; quod si hac pace non stet Comes, hoc casu Margaretam adiuvare
Prob. h. d. N° VI. Henrico Duci liceat. Obligavitque se idem Comes eodem die, praestare ea, ad quae semet ipsos obligarent *H. Leodiensis Electus*, *Henricus Dux Lotharingiae et Brabantiae*,

Otho

Otbo Comes Geldrensis, et [Th.] *Comes Clivensis.* Eamdemque fideiusfionem postea d. 30. Nov. 1250. exhibuit *Otbo Comes Gelrensis*, ut docet eius Charta itidem inedita. Nec non *Henricus* Electus Leodiensis, d. 30. Novembr. a. 1250. EXCVRSVS VII. Prob. h. d. N° I. Prob. h. d. N° II.

Immo scripsit eodem die 19. Maii Wilhelmus Comes literas ad Papam Innocentium IV., quibus eum rogavit, ut, quemadmodum in Pacis tabulis convenerat, has conditiones sua auctoritate ratas haberet. Idque Papam d. 14. Jul. 1250. fecisse, me docet *Bullae* eius *Vidimus*, datum ab Episcopis Tornacensi et Arelatensi, mense Iul. 1251. Prob. h. d. N° V. Prob. h. d.

Quae postea insecuta, et quam atrocia bella tum in Zeelandia prope Westcapellam, tum alibi, gesta sint usque ad obitum R. Wilhelmi, supra Cap. III. docui, nec hic repetere vacat; imprimis quia magis spectant ad Imperii infeudationem, et eam quaestionem, quam nobis AEM. STOK. *Chron. Rhythm.* L. III. vs. 1017—1029. enarrat: Comitissa Margareta, inquit,

Dede hem vraghen / of hi woude
Doen / dat hi met rechte zoude;
Ende hi ZEELANT van haer ontfinghe.
Als dit quam voor den Coninghe /
Sprac hi: Dit ne sceen gheen recht /
Dat ic soude wesen knecht
Mijns knechts. Want si van mi
Soude houden goet / hoe dat si.
Van haer en sal ic niet ontfaen:
Si sal met rechte onderdaen

SECVLVM VII.

Mi weſen van ſconen laude.
Wordic haer Man/ et waer ſcande/
VAN GOEDE, DATTEN RIKE TOE HOERT. (z)

Quamvis autem Margareta prima ſpecie ſic ſatis ſibi cavisſe de Zeelandia videatur, frustra tamen omnia fuerunt. Wilhelmum enim Comitem, nunc etiam Regem, ſpiritus altius tollentem, haec omnia magis ſimulato quam ſincero ſecisſe animo, ſatis evidens est ex eo, quod a Margareta eodem tempore obtinuit, ut Homagium Comitisſae debitum iterum aliquamdiu differret, ut ſupra docui ex Charta d. 19. Maii. Wilhelmus, puta, postulaverit a Comitisſa, ut illa prius has Terras a ſe tamquam a Rege requireret. Qua re fortasſe negata, ipſe ſuum praeſtare homagium iterum recuſaverit, data tamen hac Charta de *non praeiudicando*; data etiam altera d. 19. Maii 1250. Charta, qua tamquam Rex Margaretae promittit, ſe admisſurum ipſius filium *Guidonem in hominem pro iis, quae tenet ab Imperio, ſi quando ipſa voluerit.* Quae ita conciliari posſe videntur, ut *Margareta*, iam grandior natu, animum inducens has terras filio tradere integras, in posterum de eo caverit; ipſa vero homagium facere detrectaverit. Quod facili opera promittere Wilhelmus potuit, quo melius ſe ab his tricis expediret. Malas ſane artes Wilhelmi prodit eventus. Vti enim Part. III, ſuſius dictum est: Rex Wilhelmus, d. 11.

Prob. Nº I.

Prob. h. d. Nº VII.

(z) Vltimum verſum proſcripſit Il- [illegible] um penes aequum lectorem. lustr. Editor. Quo iure, ſit iudici-

d. 11. Iul. 1252. i. e. nondum duobus post annis, in sollemni Curia ac Tribunali ad Francofurtum Iudicium egit, per quod, multis praesentibus Principibus cum Clericis tum Laicis, in hisque Henrico Duce Brabantiae, Margaretae Comitissae Flandriae abiudicavit *terram de Namurco cum suis attinentiis*, TERRAM IUXTA SCALDAM, *Terram de Alost*, *Terram de Wasia*, *et Terram quatuor Officiorum cum omnibus pertinentiis*, eaque omnia transfert in *Ioannem de Avesnis* Comitem Hannon. sororium suum, propterea quod NB. *Margareta Com. Flandr. contumaciter per annum et diem neglexerat feoda requirere, licet super hoc monita et requisita fuisset.* Quam vehemens hinc bellum eruperit inter *Wilhelmum* et *Margaretam*, ac quomodo, pace a. 1254. iterum composita, res in illo statu, quo esset, manserit, Part. III. prolixius enarravi. Alia quaestio est, num *Wilhelmus* ante annum obitus sui 1256. sollemne hoc et novum Margaretae praestiterit Homagium? Id autem memoratum non inveni.

RECESSUS VII. Prob. h. d.

§. XIV.

Defuncto mense Ianuar. a. 1256. (a) Rege et Comite *Wilhelmo* II., successit eius filius *Florentius* V., infantulus, sub tutela patrui sui FLORENTII, qui etiam antea absente in Germania *Wilhelmo Hollandiae Comitatum* et terras Zee-

Florentio V., ae 1°, Sub Tutore Florentio.

(a) Hunc annum omni dubio nuperrime obmoto alibi eximam.

EXCVRSVS VII. *Zeelandicas* administraverat, et hinc vel *Vicecomes* vel *Praeses Hollandiae* vocatur (b); nunc vero in multis, quas habeo, Chartis *Tutor Hollandiae* audit (c). Illo Tutore statim veteres inter Comites, Flandrum et Hollandum, quaestiones recrudescunt; quae ne in horrendas iterum strages abirent, prohibuit intercessio Regis Franciae *Ludovici*, qui propositis nuptiis inter *Florentium* Wilhelmi II. fratrem Florentii V. minorennis tutorem, et Guidonis Comitis Flandr. filiam natu maximam, Margaretae neptem, cum *integrae Zeelandiae dote in feudum* tenendae, pacem inter partes conciliavit. Hanc, praesente Rege, *Peronae* factam esse suadet Charta Nobilium, d. 24. Sept. 1256.,

Prob. h. d. N° I. II. qui fideiubent „ de Pace inter Margaretam Com. et Flo„ rentium Tutorem Hollandiae - - apud Peronam in sere„ nissimi Dom. sui Ludovici Francorum Regis praesentia „ ordinata, prout in literis Dom. Comitissae super for„ ma dictae pacis videbitur contineri" (i. e. continebitur). Quae futuri temporis designatio docet, praesente quidem Rege Pacis articulos sive conditiones fuisse statutas, nondum tamen scripto consignatas ac ratas factas. Quod revera ita se habet. Pacis enim tabulae conscriptae demum sunt

Prob. h. d. N° I. d. 13. Octobr. 1256., quando se *Florentius* Bruxellas contulit, ubi, testibus literis, „ per interventum Ill. Regis Franco-

(b) IO. A LEID. *Chr. Belg.* L. XXII. C. I. p. 187. L. XXIV. C. I. p. 212. Cf. Chart. apud MIER. I. bl. 257. d. Maii 1250. p. 261. 16. Ian. 1251. ubi praeponitur *Balivo Zeelandiae.* Add. Chartam ineditam d. 24. Iul. 1248. in *Cod.*

„ eorum Ludovici, aliorumque bonorum virorum", ab utraque parte omnes lites ac discordiae penitus funt confopitae. Bafis et fundamentum omnis rei videtur fuisfe Charta, ex qua conventum est, MCCLVII.

1° Vt *Florentius*, *Tutor Hollandiae*, duceret uxorem [Margaretam], maiorem natu filiam Guidonis.

2° Vt *Margareta*, eius avia, *tam pro fe*, quam pro filio *Guidone*, *Florentio* tutori et ipfius heredibus in Feodum daret „ totam terram Zeelandiae, quae de fuo (i. e. Margare„ tae) et antecesforum, Comitum Flandriae, erat DOMANIO".

3° Quod fi *Florentius* tutor heredem non relinquat, ex Margareta prognatum, *Florentius* V., ipfius patruelis, duceret aliam Guidonis filiam, „ ac totam terram praedictam „ Zeelandiae, inter Hedensee et Scaldam fitam, a Comitisfa „ reciperet".

Hoc ftructo fundamento, in novas Pacis conditiones a partibus itum est; eaeque accuratisfime literis funt confignatae; quas quidem die 13. Octobr. *Margareta*, d. 21. Octobr. vero *Guido* cum Florentio contraxere. *Guidonis* tabulas tantum exhibet MARTENE, et hinc MIERIS bl. 299. —301.; etfi alteras cum Margareta d. 13. Octobr. contractas eisdem exftare verbis testatur idem MARTENE (d). Atqui haec Pacis conciliatio quum *novam Epocham Zeelan*- *Nova pax inita.* Prob. d. 13. Oct. N° II.

Cod. Probb.

(c) Sub hoc nomine iam venit d. 21. Marc. 1256. in MIER. D. I. bl. 294. Cf. quas dedi huius Florentii chartas d. 16. Apr. d. 22. Oct. 1256. d. 22. Febr. et 24. Dec. 1257. aliasque ineditas, in Cod. Probb.

(d) Vid. not. a ad Cod. Probb. d. 13. Oct. 1256. N° II.

SECTIVS VII. *dici Feudi* faciat; hinc operae pretium erit, illas conditiones paullo distinctius recensere. Sunt autem sequentes:

1°) *Florentius Tutor* uxorem ducet maiorem natu filiam Guidonis.

2° *Margareta* [inquit Guido] „ mater nostra dedit in „ feodum eidem Domino Florentio et eius heredibus terram „ Zeelandiae, quae de IPSIVS (e) [Margaretae] et nostro ac „ antecessorum nostrorum, Comitum Flandriae, fuit DEMA- „ NIO, cum omnibus iuribus dictae terrae, ex quibus di- „ cta terra, ad IPSAM, ad nos, et ad antecessores — —. „ Protestamur, quod tota terra Zeelandiae inter HEDENEZE „ et SCALDAM sita, cum omnibus iurisdictionibus, iustitiis, „ reditibus, proventibus, obventionibus, et simpliciter cum „ omnibus iuribus, quas, quos, et quae Mater nostra — ha- „ bebamus, vel dicebamur habere; et quas, quos et quae „ D. Wilhelmus, olim Rom. Rex, et ipsius progenitores, vel „ antecessores, Comites Holl., — habebant, vel dicebantur „ habere — Florentio et Fl. nepoti suo — — tamquam feo- „ dum, ab ipsa matre nostra et nobis, — tenendum, — „ quita et libera — remanebit". De his igitur nihil reservatur.

„ 3° De

(e) Haec propterea ipsis Chartae verbis, in qua *Guido Comes* de matre sua loquitur, exhibemus, quia hinc profligari possit error leviusculus accuratissimi ceteroqui WAGENARII *Hist. Patr.* D. III. bl. 4. ubi de hoc Paragrapho ita loquitur: „ Margareet, zou Zeeland, tusschen Hedeneze en de Schelde gelegen, „ dat is, Zeeland Bewester-Schelde, „ 't welk onder haar en onder FLORIS oppergebied [Demanium] ge„ oordeeld werdt *te behooren*, *aan hem* „ *en zijne Erfgenaamen*, *ten vrijen Leen*„ moe-

„ 3° De tota terra praedicta — Matri nostrae — Flo- EXCURSVS VII.
„ rentius praestabit *HOMAGIVM*; ita videlicet, quod tam-
„ quam feodatarius et vasallus id faciat, de illa parte, NB.
„ quae de Comitum Flandriae fuit demanio [nempe Zee-
„ landia Occidentali]; tamquam vero Tutor, pro pupillo,
„ de illa parte, quae de Comitum Hollandiae fuit Dema-
„ nio, [nempe Zeelandia Orientali], quam a Comitibus
„ Flandriae Florentius, [pupillus] et eius heredes, Comi-
„ tes Hollandiae, sunt *IN FEODVM* recepturi, salva Floren-
„ tio Tutori debita portione, si qua eum iure heredita-
„ rio contingat: de qua [hic Flandro] similiter homagium
„ est facturus. Et sic Comes Flandriae salvis homagiis re-
„ nuntiat ad opus Florentii Tutoris et Florentii nepotis
„ — omni utili dominio, omnibus iurisdictionibus, — —
„ et omnibus aliis homagiis, et simpliciter omnibus iuri-
„ bus dictae terrae Zeelandiae inter Hedineze et Scaldam
„ —, et restituunt omnes cartas, et privilegia, et instru-
„ menta, Comitibus Flandriae a Wilhelmo et antecesso-
„ ribus, Comitibus Hollandiae a Domino Papa seu quo-
„ cumque alio super iuribus — — concessa. — Et omnia

„ *moetin afslaan*". Nulla tamen hic mentio de *Dominio Florentii*. Loquitur Guido de IPSIVS, nempe *matris suae*. Et hoc, ut ex omnibus antedictis clarum est, ita imprimis patet ex Charta die 13. *Oct.* in Probb. N° I. ubi *Florentius* ipse hoc agnoscit. Et omni dubio haec observatio eximitur per verba proximo sequentia; *terra ad IPSAM, ad nos* cett. Nusquam enim hac in Charta *Zeelandia Occidentalis* vocatur *Domanium Comitis Holl.* De in commune possidendo, de iure in *reditus, iustitias*, etc. alia res est.

EXCVRSVS VII. „ illa instrumenta, si qua forte non reddita postmodum in„ venta fuerint, robore careant firmitatis". Ad quae verba paullisper subsistamus! Quam subdole haec Florentius Tutor, et qualis hic anguis in herba lateat, nunquam nostratium scriptorum cuiquam suboluit. Ipse WAGENARIVS D. III. bl. 4. hic silet. Nimirum *Florentius* Tutor, postquam §. 2. Zeelandiam *inter Scheld et Hedenese* in dotem sibi acceperat, nunc §. 3. verbis primo contortis, deinde satis claris, recipit in Feodum, quod directum hactenus *Comitum Holl. Domanium* fuerat, et de quo nulla unquam quaestio exstiterat, nempe *ZEELANDIAM ORIENTALEM* (f). Satis enim expresse antea Guido dixerat, terram Zeelandiae Occidentalem, sive inter *Heedensee et Schaldem*, de *suo* et *Matris* esse *Domanio*, idque Florentius Tutor haud inficiatur; sola nunc vertebatur quaestio de *iuribus*, *iurisdictionibus*, *obventionibusque*, quae *Comes Flandriae*, quae etiam *Comes Hollandiae* in illo Flandriae Dominio, pro rata quisque parte *habebant* vel *habere dicebantur*. Verum Florentius, tamquam *Tutor*, id est, pro Pupillo, homagium facit seu facturum promittit *pro ea* quoque parte, quae *de Comitum Hollandiae fuit DOMANIO, et quam Florentius Regis filius, et eius heredes Comites Holl. sunt in feodum recepturi*, ut ipsa verba habent: qua ratione profecto hic Tutor Pupilli sui, adeoque Comitum Hollandorum, rem fecit deteri-

(f) In hanc enim partem Flandri nunquam sibi quidquam iuris postularunt, teste STOKIO D. III. bl. 274. Quod etiam observat D. WAGENAAR in

riorem: sibi vero suisque heredibus satis ipse providisset, nisi paullo post mors eum praevertisset. Fuit enim *Orientalis Zeelandia* hactenus in solo *Dominio Hollandiae*, atque Pupilli bonum, quod in feudum nunc recipit a Comite Flandriae. Et hinc ortum quoque est, quod *Florentius* V. Comes, annos circiter 33. natus, a. 1287. d. 24. Mart. querelam de hac ipsa re detulit ad *Imperium*, et Regem *Rudolphum*, qui in *Comitiis sollemnibus*, *ad Herbipolim* habitis, statuit, quod *Tutores* conditiones pupillorum quidem reddere *meliores*, non vero *deteriores*, possint; eaque imprimis *sententia lata* dicitur *et approbata ad instantiam spectabilis Viri* FLORENTII *Comitis Hollandiae*, *fidelis nostri* — a quo NB. quaesitum erat, *si spectabilis vir Florentius*, *patruus et* TVTOR *ipsius*, *aliquas pactiones*, *vel promissiones*, *aut obligationes fecerit alicui*, *de tenendo aliqua feoda sua ab alio quam ab Imperio*, — *num hoc in suum dispendium de iure possit* — *redundare.* Istud ad hoc anni 1256. Pactum spectare, etiam observavit MIERIS *Cod. Dipl.* D. I. bl. 467., cui tamen haec de Zeelandia Orientali in mentem non venerunt. Sed pergamus!

EXCVRSVS VII.

Prob. h. d.

4° Si Florentius tutor sine liberis ex Guidonis filia procreatis obiret; tunc Florentius V. duceret aliam filiam Guidonis, et cum ea in feudum acciperet *terram Zeelandiae inter Scbaldim et Hedineze.*

5° Si

in *Epistol.* I. bl. 5. *eius Vitae.* Vnde videmus, quam subdole, quamque ambitiose, sua commoda Tutor ille sectatus sit.

MCCLXXXVI VII. 5° Si vero Florentius V. fine liberis decederet, tunc transiret hoc Feudum ad unum ex Guidonis filiis, ducta nempe *Machtilde* Wilhelmi II. filia, Florentii V. forore; fi illa autem moriatur, tunc *devolveretur ad heredem Comitatus Hollandiae, quicumque pro tempore fuerit, qui eam terram a* COMITE *Flandriae feodaliter recipiet et tenebit.* Bene igitur cavebant hoc pacto Flandri, ut id Dominium femper fua in ftirpe feu *mascula* feu *feminea* permaneret; quare diferte haec adduntur: *Et fic femper dicta terra Z., quae de — Comitum Flandriae fuit demanio, ad Dominum Flor. et eius heredes, — aut ad Flor., nepotem eius, et ipfius heredes, aut ad Mathildam, fororem ipfius, et eius heredes, — aut fi non — proles exftaret, ad illum, qui pro tempore erit Comes Holl., pertinebit, et de ea — Comitibus Flandriae faciet homagium ut vasfallus; et fic fimpliciter — tota terra praed., inter Hedinneze et Scaldam fita, nullomodo — ad alium — devolvetur; ita tamen, quod ille heres, quicumque post illos tres, qui nominaliter funt expresfi, non fuerit ex dictis matrimoniis procreatus, tenebitur — Comitibus Flandriae pro dicta terra refundere* 10000. *marcharum fterlingorum* — —.

6° Si haec dicta terra interim cafu quodam inter plures divideretur, nempe inter heredes Tutoris, vel Florentii V., vel Machtildis: tunc pro fua quisque portione *homagium* facere debebunt feparatim (g).

7° De

(g) In transitu hinc obferva, iuris fuisfe, ut dividi inter plures non Zeelandici regulam tunc nondum posfet Regio.

7° De teloneis in Holl. et Zeel. a Flandrensibus solvendis quum sit compromissum in *Henricum Ducem Brab.*, ab huius dicto utraque pars stare bona fide promittit. MCCLVI. VII.

8° Quidquid porro circa *iura*, *consuetudines*, atque *immunitates* Mercatorum utrimque pluribus hic statuitur, id redit ad *Pactum Heedinseanum* a. 1168., cuius particula, *si quis mercatorum* §. XIII., hinc confirmatur, cum aliqua adiectione, ut iam observatum WAGEN. l. l. bl. 5. et ante eum P. D'OVDEGHERST *Chron.* Chap. CXVI. fol. 191.

9° Denique Comes Flandriae *Florentio* et omnibus suis fautoribus remittit sincere omnes iniurias et omnes offensas, omnia damna, sibi suisque illata; ac promittit cuncta *Florentio* suisque firmiter se servaturum; renunciatque pro se suisque heredibus omni iuris auxilio tam Canonici quam civilis.

Testes, qui huic Paci et his Pacis Tabulis confirmandis adfuerunt, ab *P. d' Oudegherst Chron.* Chap. CXVI. fol. 191., et CHRON. VAN VLAENDEREN D. I. bl. 361., enumerantur sequentes:

Margarita Comitissa Flandr.
Guido Comes,
Iohannes Dom. de Dampetra, *ipsius liberi.*
Comes Gisnensis, *Senechallus*,
Dom. Iohannes de Aldenarde, *Castell. Insul.* cett.

Eamdemque confirmarunt Pacem quinque urbes, *Gandavum*, *Brugae*, *Yprae*, *Insulae*, *et Duacum*, adiectis promis-

SECTIO VII. missis, si Comites Flandriae his pactis non starent, Vrbes nulla ipsis subsidia esse praestituras.

Quod ad *Telonea* §. 7. memorata spectat, eodem die

Prob. d. 13. et 15. Oct. № III. 13. Octobr. *Henricus* Dux Brab. ex pacto Arbiter captus *super theloneis, in Hollandia et Zeelandia a Mercatoribus Flandrensibus — persolvendis*, ita pronunciavit, *videlicet, si Florentius Tutor et Florentius nepos in locis illis, ubi hactenus thelonea recipi consueverunt, thelonea receperint, Comitissa non* amplius *movebit* ea de re controversiam, nec *Florentium* vel Vasallos eius *in Personis aut bonis arrestabit.* Quam sententiam d. 15. Octobr. Florentius Tutor pro se ac Nepote suo ratam habet. Idemque se-

Prob. h. d. № I. paratis literis eodem die 15. Oct. pro se suisque fecit *Margareta;* nec non *Guido* Comes pro se suisque d. 21. Octobr., atque eodem die *Iohannes Dom. de Dampetra,* Guidonis frater apud MIERIS. D. I. bl. 299.

Praeter *Telonea* caveri debebat de *Exulibus* §. 8. Quapropter separata Charta Margareta *pro se ac filio Guidone*

Prob. h. d № II. promittit d. 15 Oct. 1256. *quod omnes illos, qui iam de Hollandia sive de Zeelandia sunt banniti vel — bannientur, nullo unquam tempore in nostro Dominio in Flandria et Hannonia tenebimus. Idem pro se ac pro heredibus facit*

Prob. h. d. № III. et IV. *iuramentum Guido Comes.* Idem autem promissum pro se suisque fecisse Florentium Tutorem, testis est Chartarum Index Insulensis.

Prob. 16. Apr. 1256. Idemque dixeris de *Petitionibus.* Habuit Florentius Tutor *collectores annuales precariae in Selandia;* hinc liberavit Abba-

batiam S. Bernardi *ab annua petitione et precaria* bonorum in Zeelandia; donatque monialibus de Biefelingen VIII. mensuras decimarum. LXXXVII. Prob. 24. Dec. 1257.

Quo vero certiora haec omnia forent, primo *Arnulphus, Comes Losfensis*, fideiusfionis Chartam dedit, pro *pace*, inquit, *quam — Florentius Tutor Holl pro se et Florentio, nepote suo, atque eorum heredibus cum illustri Dom. Margareta — pro se et suis filiis Guidone et Ioanne de Dampetra et eorum heredibus inivit.* Eamdem fideiusfionem iisdem literarum formulis feparatim exhibuerunt

Adulphus Comes de Monte et Walramus Dux de Limburgh, Prob. d. 14 Oct. N°. II.

Diedericus de Valkenburg,

Diedericus Loef, Comes de Oerepont, Probb. ibid.

Arnulfus de Dieste, Miles,

Godefridus de Pierewels, Dominus de Grimberges.

Henricus de Vorne, Simon de Harlem, Diedericus de Theylingen, Iohannes Perfin, Nicolaus de Berfale, Godefridus de Cruiningen, Henricus de Lekka, Arnulfus de Emelekerke, Castellanus de Thorenburg, Wilhelmus de Strena, Hugo de Naldewic, Hugo de Schoudé, et Simon de Zubburg.

Nec his contenti fuere litigantes. Sed infuper *Henricus, Dux Brabantiae*, d. 15. Oct. 1256. fub fuo declarat figillo, fe, rogante *Florentio*, promififfe auxilium *Margaretae*, fi Florentius pacem, inter fe fuosque et inter *Margaretam* fi-

MCCXLVII. filiosque, praesente Rege Francorum Peronae sancitam, infringeret. Quas literas Florentius suis inseruit literis.

Quae omnia quo magis a parte *Guidonis* Com. firma forent, hic d. 21. Octobr. separatis literis cum *Florentio* easdem Pacis conditiones scripto consignavit, ac suo sigillo roboravit. Quibus peractis restabat, ut *Florentius* sollemne Homagium Margaretae faceret. Hoc vero eum fecisse, testatur Margareta in litteris d. 21. Octobr., quae supersunt Originales, quibusque cavet de integra, ut supra monui, *Zeelandia*. Declarat in his, se *Florentio Tutori in feudum* dedisse *totam terram Zelandiae, sitam inter Hedineze et Schaldam, quae de nostro*, inquit, *et antecessorum Com. Flandr., fuit Demanio; de qua nobis in praesentia hominum nostrorum fecit homagium, ut vassallus. De illa autem parte terrae Zelandiae, quae de Demanio exstitit clare memorie Wilhelmi Regis et antecessorum — recepimus ad Homagium, tamquam Tutorem etc.* Nec haec modo promisit Florentius Tutor; sed habentur etiam in Archivis Insulensibus duae aliae Chartae Originales d. 21. Octobr., quarum priore sollemni iureiurando promittit, se omni id acturum opera, ut, si quando *Florentius* V. *ad aetatem legitimam venerit*, is hanc Pacem, a se Tutore initam, ratam habeat ac firmam. Quod si facere detrectet, nihilominus inter ipsos acta rata fore ac firma, nec se ullam *Florentio* V. laturum *opem* contra Margaretam, Guidonem, eorumve heredes. Altera Charta pollicetur se staturum promissis, etiam tunc cum contingeret, ut Florentius

Prob. d. 13. Oct. N° II.

Prob. h. d.

Prob. h. d. N° II.

N° III.

us impubes moreretur, et *casu aliquo ad se devolveretur Hollandiae Comitatus*; ac NB. *se etiam de illa parte*, de *qua tamquam Tutor homagium fecerat*, Comitissae vel heredibus *facturum homagium tamquam feodatarium hereditarium et Vasallum*. Hoc *Orientalem* Zeelandiae partem satis clare respicit, atque hinc caussa derivanda bellorum etiam posthac his in terris inter Flandros Hollandosque commissorum. Quod hactenus non observatum!

MEERMANS VII.

Quum autem inter 24. Sept. et 13. Octobr. *treugae* sive *induciae* fuerint; hinc, quidquid illo induciarum tempore commissum esset, emendari fuit necesse. Huc spectat Charta Florentii Tutoris data d. 22. Oct., qua se staturum promittit arbitrio Dominorum *de Diest* et *de Grimberge*, vel *Henrici Ducis Brab.*, super iis, quae inter ipsum et Margaretam in sua iurisdictione durantibus induciis forent commissa.

Prob. h. d.

§. XV.

Rebus ita compositis revocata procul dubio vel re ipsa irrita facta est sententia ab Impetatore Francofurti a. 1252. contra Margaretam erogata, per quam bona ejus feudalia publicata, atque Ioanni de Avesnis tributa. Hoc diserte non modo testatur MEERMANS ad a. 1260. *Richardus Caesar Cameraci Margaretae Principi, inducto Gulielmi Hollandi decreto, Alostum, Ruplemondam, terrasque reli-*

Margareta investitur.

 quas

SECTVS VII. *quas Imperiales reddidit:* sed superest etiam in Archivis
Prob. h. d. Flandricis Charta Regis Richardi d. 20. Apr. 1258., qua promittit se irritam facturum sententiam a Rege Wilhelmo contra Margaretam Francofurti latam. Immo ipsa Regis
Prob. h. d. Richardi Charta Originalis d. 27. Iun. 1260. data superest, per quam Margaretae dat investituram terrarum *Alosti, Wasiae, IV. Ambaciarum et Zeelandiae Occidentalis*, ab eaque Homagium recipit, adiecta promissione de admittendo etiam Guidone, si quando petiturus esset. Eiusdem-
Prob. h. a. que tertia exstat Charta a. 1262. a° Regni VI° per quam confirmat priorem, homagiumque se recepisse testatur, non obstante in contrarium sententia Wilhelmi Regis a. 1252. Cf. MEIER. ad a. 1262.

§. XVI.

Cum filiis reconciliatur. Margaretae rebus cum Florentio Tutore super Zeelandia d. 13—22. Oct. 1256. compositis, restabat reconciliatio inter ipsam filiosque cum altero filio *Ioanne de Avesnis.* Huic autem *Hannoniae* Comitatum ex condicto post mor-
Prob. h. d. tem asseruit, d. 29. Octobr. 1256. Eodem enim tempore, M. Sept. 1256., quo reliqua cum Wilhelmo Rege *Peronae* transacta fuerant, transactum etiam, *intercedente* Rege Francico, et finitum, quidquid controversiae exstiterat inter *Margaretam* et *Guidonem* ab una, et *Ioannem de Avesnis* cum fratre ab altera parte, super divisione hereditatis

tis suae post mortem inter filios, quos ex duobus genuerat matrimoniis. Hoc docemur ex literis Guidonis d. 22. Nov. 1257., in quibus omnem rei controversiam non modo fusius enarrat, sed sollemnes utriusque partis renunciationes exhibet, iuxta cum instituta divisione terrarum inter utriusque tori filios; ita nempe, ut *Guido* assignaret fratri *Ioanni de Avesnis Comitatum Hannoniae*, contra vero *Ioannes* ad usum fratris Guidonis renunciaret omni iuri sive *reclamationi terrae de WAVERES* (l. *WALCHERS*), *de Zubeveland, de Norbeveland, de Bersele et omnium insularum Zelandiae cum pertinentiis earum; quatuor etiam Officiorum; Waisiae et terrae de Alost; Geraldi Montis, et omnium Terrarum, quas Domini Flandriae tenebant et tenuerant de Imperatore,* — — Qua de controversia composita vid. *not.* ad Chart. d. 22. Nov. 1257. Ex quo tempore ius Guidonis Comitis tum a parte Imperii tum a parte Ioannis aliquamdiu mansit inconcussum. ARCVNDVM VII. Prob. 22. Nov. 1257.

§. XVII.

Atque his hactenus Chartarum ope explicitis novaque luce donatis, non est quod pluribus doceam, ab hoc inde tempore *Hollandiae Comites*, tamquam Flandriae clientelares ac ligios homines, omnia hac in terra iura suprema ac dominialia exercuisse, salvo tamen Homagio. Nunc modo ex una alteraque observatione *Statum Zeelandiae* Feudi prioris epocha.

EXCVRSVS VII. politicum obiter consideremus. Et quidem observatu dignum est, statim Florentium novam integrae Zeelandiae *Choram* condidisse. Duraverat nempe hactenus *Commune Zeelandiae* Feudum, maiusque robur acquisierat ex Pacto Margaretam inter et Wilhelmum Regem a. 1250. inito. Simulatque autem hoc anno 1256. mense Octobri Pactum *Heedenseanum* novis superinductis de Feudo ligio conditionibus tacite est abrogatum; non amplius stare poterat, qui hactenus valuerat gubernandi in Zeelandia modus; sed mutari vel saltem explicari debebat per *novam* illam *Choram*, quam a *Florentio Tutore* omnino datam esse docuit *not.* MIERIS D. I. bl. 308. et 316 scire vero optime hoc potuit ARM. STOKE, qui sub *Florentio* V. vitam egit (h). Qua in Chora mecum haec observes: — —

1º Statim a facto pro utraque Zeelandia Homagio Tutor hanc Choram dedit *toti Zeelandiae*, antea duas in partes divisae, quae nunc coniunctim ponuntur sub nominibus *inter* BORNISSE *et* HEYDINSEE; ut docet initium, nec non §. CXI. p. 308. ubi sic: *omnes manentes inter Bornisse et Heydinszee sub* VNO IVRE ET VNA *Chora habeantur, exceptis Choris Middelburgo, de Zeerixe, de Westcappella, de Dumburgh et de Soutenlande.* Nimirum quia hae

(h) Vid not. Clar. Edit. ad STOKE posteris temporibus Chora laudat D. II. bl. 181. cf. quos de autoritate scriptores V. D. P. PAVLVS Diss. laud. p. 67.

hae urbes peculiares suas Choras iam habuerant, quae MCCLVI et VII.
hinc tacite confirmantur.

2° Omnino necesse fuit, ut novo orto regimine nova iura a Comite eiusve Tutore conderentur. Occurrunt in ea multa, quae durante priori Zeelandiae statu (quem nostrates penitus ignoravere) locum obtinere non poterant, *de petitione, de munitionibus, de duellis, eorumque loco.* De *duellis* v. c. statutum a. 11$\frac{67}{68}$. §. III. erat, ut *nullum duellum inter homines* Zeelandiae, *nisi* BRVGIS *fieret.* Nunc contra statuitur; §. XXXVII. *Quidquid in Zelandia cum placito duelli convincitur* etc. Idem dixeris de petitionibus. Vnde lucem accipiunt, quas dedi, Chartae d. 16. Apr. 1256., d. 24. Febr. et 24. Dec. 1257.

3° Docet quam clarissime haec Chora, *terram Zeelandiae* tunc nondum *Comitatus* nomine venisse, sed tantum *Castellanatus.* Vbique *Florentius* simpliciter se scribit *Tutorem Hollandiae*, nulla adiecta *Zeelandiae* mentione. Vbique sermo simpliciter est *de Comite, vel eius Castellano*, qui tunc *Henricus de Voorn* fuit. Vbique simpliciter vel *terra*, vel *terra Zeelandiae*, vel *manentes seu nobiles inter Bornisse et Heedensee*; nec res agendae *nisi coram* COMITE *Hollandiae vel eius Castellano*, §. XLIII. Hinc quoque §. LIII.

p. 67. nempe BEK. in *Henric.* p. 88. ONGEN. KLERK bl. 141. PHIL. DE LEID. *de Cura Reip.* Cas. XLIV. p. 146. VELDENAAR *Chron.* bl. 50. et apud MIERIS D. I. bl. 570.

EXCVRSVI VII. LIII. *Filius Comitis* HOLLANDIE *legitimus — loco patris esse debet, et iusticiam exercere, cum ad annos discretionis pervenerit.* Hinc qui *aenboerte* suam requisivit, id facere dicitur §. XCI. *coram hominibus Comitis* HOLLANDIE.

Atque hac denique ratione *terra Occidentalis Zeelandica* in posterum separari penitus a Flandria reliquisque terris Imperialibus Flandriae subiectis coepit, vel, ut verbis D'OVDEGHERSTII fol. 191. vso loquar: *De telle sorte doncques et par ceste maniere furent separées de Flandre les dictes Ysles, que feu le Conte Baudouyn dict de Lille y avoit annexées, et lesquelles sont presentement les principales de la Conté de Zelande.*

§. XVIII.

Florentio V. sub tutrice Aleide. Ex quo vero *Florentius* Tutor d. 26. Mart. a. 1258. obiit (i); quot odia ob Florentii V. tutelam fuerint exerci-

(i) AEM. STOK. B. IV. vs. 37.

(k) Duplici igitur usa est titulo *Aleidis*, nempe *Therici Hollandiae* simpliciter, vel *Hollandiae et Zeelandiae* coniunctim. Quo vero animo quove sensu haec fecerit, dubium est. Si tamen veritati ingenue litare satagamus, dicendum videtur, Aleidem, ubi *Hollandiam et Zeelandiam* coniungit, has terras duntaxat tamquam *unum Comitatum* sibi repraesentasse, cuius accessorium erant Zeelandiae terrae sive insulae. Vidimus paullo ante hoc ita in *Chera* a. 1257. obtinuisse, et Zeelandiam Hollandiae accensitam fuisse tamquam sub Hollandiae Comitatu comprehensam. Multum etiam temporis intercessit, antequam Florentius V. ipse hunc *Zeelandiae* tractum ut peculiarem Comitatum consideravit, et utriusque *Comitatus* titulum coniunxit. Hic enim ter-

cita, pluribus docet WAGEN. *Vad. Hist.* B. IX. §. 2. bl. 5. EXCVRSVS VII.
At Florentii mortui foror *Aleidis*, vidua Ioannis Avesnii, ftatim et quidem eodem anno Tutelam fuscepit, ac fcribere fe coepit vel *Hollandiae*, vel fimul *Hollandiae et Zeelandiae Tutricem.* Posterius habetur in Chartis ineditis d. 11 Iul. et 10. Dec. 1258., d. 31. Ian. et 17. Prob.
Mart. 1259., et edita d. 20. Ian. $\frac{1258}{1259}$; eodemque ad- hh. dd.
huc titulo occurrit a. 1261., ut praeter *Mierifianas* etiam docet inedita ex *Regiftris Abbatiae Mediob.* d. 21. Prob.
Febr. a. 1260. f. 1261. necnon 2. Nov. 1261. Prius, (nem- hh. dd.
pe ubi fimpliciter *Hollandiae Tutrix* occurrit,) exftat d. 24. Febr. $\frac{1258}{1259}$. in MIER. D. I. 327., coll. cum Originali, in Probb. et inedita altera, qua Ecclefiae Rijnsburg. confirmat bona a Petronella Comitisfa data. Eadem autem, ubi de Zeelandia Prob. d.
fermo est, vocatur *Domina et Tutrix terrae*, in Charta *De-* 22. Febr. 1259.
cembr. a. 1258. in Probb. (k). Hac autem Tutela vel iam exciderat d. 20. Iun. 1264. argum. Chartae ad h. d., vel in Hol-

terrae regimen capesfens (id quod fecisfe circa a. 1266. videtur), fimplici ufus est titulo, feque fcripfit *Comitem Hollandiae.* Vid. Chartas eius editas d. 23. Oct. et 19. Dec. 1266, d. 13 Iul. 1268., 1. Febr. 4. Iul. 2. Nov., 1269. aliasque bene multas annorum 1270—1291. apud MIERIS *Charterb.* Habeo etiam plures Florentii Comitis ineditas, d. 10. Iul. 1266., d. 29. Aug. 1273., M. Ianuar. d. 23. et 28. Iul. 1276., d. 20. Sept. et M. Dec. 1277., d. 7. Iul. 1280., d. 13. Ian. 1283., 1. Iul. et M. Aug. 1285., d. 15. Aug. 1287., April. 1288., 5. Iun. 1290.; quae, etfi omnes *Zeelandiam* fpectant, tamen nunquam alium quam *Hollandiae Comitis* titulum ei donant. Vnde obiter etiam redargui posfit error eorum, qui cenfeant, Florentium hunc *Zeelandiae* titulum fumfisfe, vel post initas cum Beatrice Flandri-

SECVLVM VII. Hollandia eius locum iam occuparat *Comes Gelriae Otto* (l). Nunc tantum meam in rem obfervo, hanc *Aleidem* per Regem *Richardum* a. 1262. d. 4. Iul. investitam esse de Impuberis sui *Tutela, tanto tempore, quanto illa ex iure et consuetudine tenetur servanda, pro eaque homagium et fidelitatis debitae iuramentum fecisse.* Vnde colligimus, sub Aleide his in rebus nihil quidquam innovatum esse.

§. XIX.

Confutatio Viri D. Haec autem omnia hactenus disceptata qui legerit, rubore non suffundatur, si cum his comparat imprudentiam, ne quid durius dicam, qua Vir quidam Doctus haec omnia contigisse ausus est negare, ac cuncta Docu-

drica nuptias, vel post homagium Comiti Flandriae a. 1289. praestitum; quos vid. laud. *Dissert.* V. D. P. PAVLI p. 67. (g. h.), qui p. 68. observat, utramque sententiam multis difficultatibus esse obnoxiam, quia et anteriora habentur Diplomata, ubi hic titulus occurrit. Propius vero accessit MIERIS, qui *Charterb.* I. D. bl. 534. ad a. 1291. 10 Febr. observat, Florentium demum a. 1291 prima vice coepisse rite et ex ordine hunc titulum adiicere, hoc modo: *Comes Hollandiae et Zeelandiae, ac Dominus Frisiae.* Qua vero occasione hoc fecerit, sponte patebit, quando res illo anno gestas percensuero. Quamquam iam a. 1290, et 1291. in aliis Chartis bl. 508. sqq., imprimis in turbis cum Zeelandiae Nobilibus, *Zeelandiam* adiectam invenio. Neque tamen haec eo tendunt, ut negem, nomen *Hollandiae et Zeelandiae* antea iunctim reperiri. Contrarium docet imprimis Charta Wilhelmi II. inedita a. 1246., quam testis ocularis ex Originali in Archivis Palatii Archiepiscopalis Mechliniae descripsi, qua

cumenta inde a Charta anni 11$\frac{6}{7}$. et reliquas annorum VII.
1213. 1217. 1221. 1223. 1248., 1249., 1250. 1256. 1287., quibus Flandricum hoc Feudum ſtabilitur, pro *falſis*, *ſpuriis*, *ineptis*, *abſurdis*, *ridiculis*, vel ex parte vel penitus *confictis* perſtringere ſuſtinet, ut hoc unum tantummodo obtineat, *Zeelandiam Occidentalem* non fuiſſe *Feudum Flandricum*. Meras vero eius vitilitigationes, quas legere potes, ſi lubet, ad STOKIVM D. II. bl. 297—310. et multis aliis locis, ſi vellem hic refutare, operam perderem, illisque immorari taederet; ſilentio tamen praetermittere ingenue agenti non licet. Nunc tantum duo haec triave generatim in medium proferam:

I. Vult Vir cenſorius, haec omnia a *Flandris* eſſe conficta! Atqui eiusmodi ſuſpicio fortaſſe cadere in privatum quemdam

Tt 2 poſ-

qua ſe *Comitem Hollandiae et Zelandiae* vocat, in *Cod. Probb.* Immo hanc Wilhelmi arrogationem ſupra ſuſpicabar fuiſſe cauſſam, cur Margareta Flandrica ſeſe tam vehementer Wilhelmi conatibus opponeret, ſiquidem illa ſatis perſpiciebat, quorſum illa tenderent. Neque inficior, anteriora dari Diplomata, etiam Theoderici VII. in quibus *Zeelandia* occurrit; ſed obſervavi, hoc factum eſſe ex ambitione, exortis vel durantibus cum Flandro turbis. Attamen probabile est, ſolitarias duas Florentii V. Chartas apud MIERIS, quarum una Belgice verſa d. 24. Oct. 1268., altera d. 23 Iul. 1272. data est, fortaſſe et alias, ex librariorum culpa hos titulos coniunctim exhibere; uti de ſeriore Diplomate a. 1280. etiam monuit MIERIS D. I. bl. 411.

(l) Sunt qui de hoc Gelriae Tutore dubitant. At docet hoc diſerte STOK. L. IV. vs. 143., ac ſervo Chartam ineditam d. 10. Iul. 1203, qua Otto ſub *Tutoris nomine* Abbatiae Rinsburgenſi benefacit. Prob. h. d.

EXCVRSVS VII. posſet hominem, ſi omnia, quae protuli, monumenta, documenta, Chartae, Diplomata, tot *Sigillis* munita, tot *testium*, *locorum*, *temporum* nominibus inſignita, totque aliis hiſtorica veritate fundatis *circumſtantiis* ſuperſtructa; ſi haec, inquam, omnia ex privata alicuius ſupellectile promerentur; immo (ut omnia Viro D. concedam) ſi ex Archivis et Chartulariis, quae falſi arguuntur, ſolis *in* medium producerentur, vel producta olim esſent, vel uſum quemquam politicum hodie haberent. Verum quis ſana mente praeditus ſibi perſuadebit, *Hollandiae Comites* ingentem horum Diplomatum copiam, tot Chartas confictas, tanta cura, tanta diligentia, in ſuis ipſorum *Archivis*, in *Camera* nempe *Feudali et Camera Rationum Hollandiae*, *et Chartulario Hannonienſi* asſervasſe, ſi revera conficta esſent? Praeterea hodiedum multas Chartas e tenebris protraho, quae per plura ibi latuerunt ſecula.

II. Vir Amplisſimus in criſi ſua admodum ſanae Critices regulis abuſus est; ſiquidem fere omnes eius criminationes cadunt in *testium*, *locorum*, *temporum*, *perſonarum* vel notas vel nomina, perperam ſcripta, ſive vere ſive ſpecie tenus; idque agit contra univerſalem illam et Rei diplomaticae callentibus notisſimam regulam: quod *notae temporum*, *locorum*, *perſonarum non vitiant Diploma*, *niſi alia maioris momenti gravamina accedant*. Quam ad lancem Viri Docti Criticen ſi exigas, omnis cenſura necesſario cesſabit et evaneſcet.

III. Multa Vir D. tacite praetermiſit. Exſtant enim prae-

EXCVRSVS VII.

praeter eas Chartas, in quas tam vehementer atque insolenter invectus est Vir D., exſtant, inquam, bene multae aliae Chartae in eodem Corpore *Theſauri Marteneani* et *Mieriſiani*, in *Vredio*, in *Registris Hollandiae*, alibique, per quas Reges et Imperatores has Terras *Comiti Flandriae* abiudicarunt, ademerunt, vel adimere conati ſunt ob *forefacta*, vel ob non praeſtita ipſis *Homagia*, aliave. Non facturi profecto illud, ſi hae Terrae Flandrici non fuisſent iuris. Quas igitur multas ex his Chartas ſicco pede transſiliit Vir D., illae quamdiu a viris cordatis et rerum callentibus pro genuinis admittuntur, tot tantaeque reliquarum manebunt vindiciae. De ineditis enim, quas videre non potuit Vir Doctus, loqui, ſana prohibet ratio. Hae tamen, numero bene multae, rebus hactenus explicatis ſummam fidem adiiciunt. Verum pergamus, et res Florentii V. contemplemur!

§. XX.

Florentio V. Maiorenni.

Vtprimum *Florentius* V. ex ephebis excesſit, ſtatim ex Pacto, *Flandros* inter atque *Tutorem* inito, *puro* hoc Zeelandiae *Feudo* coepit gaudere. Cuius rei argumentum est, quod, quum ex hoc Pacto, defuncto *Tutore*, teneretur uxoremducere filiam *Guidonis* Flandriae Comitis; duxit *Beatricem*, quacum proinde *Zeelandiam* in Feudum accepit; Homagiumque *Guidoni* Patri facere debuit;

 uti

MCCLXVII. Prob. h. d. uti *Florentius Tutor* pro ea iam ante fecerat (m). Morabatur Florentius d. 24. Oct. 1268. *Brugis*, ubi cum *Amita Aleide* et eius filio Florentio paciscitur de portione hereditatis ex Hollandia ipsis debitae; ubi quum inter testes praesentes adstiterint

GVIDO *Comes Flandriae*, Dominus suus,
Abbas Medioburgensis,
Raso de Liedekerke,
Dom. Albertus, Dominus de Voorne,
D. Diedericus de Teilinge,

ali-

(m) Quo vero anno Florentius res ipse administrare coeperit, Beatricemque uxorem duxerit, non constat. Eam tamen marito nondum iunctam fuisse d. 31. *Maii* a. 1283., certo mihi constat, ex Charta, quam nunc demum produco ex *Originali* in Prob. h. d. *Archivis Consil. Caes. Maiest. Namurcensibus*, per quam Comes *Guido*, assentientibus tribus filiis *Roberto*, *Wilhelmo* et *Balduino*, *Beatrici* filiae suae assignat *nomine matrimonii* £. 10000. mon. Flandr., hac adiecta conditione, ut, si, *antequam illa nuberet*, ipse moreretur, eius liberi hanc summam solvant intra duos annos. De tempore administrationis capessitae in partes abeunt Docti. Si argumentum capiamus ex Chartis, quas suo nomine solus dedit, dicendum est eum, ingressum a. XIII. aetatis, tutela esse solutum. Quum enim pater *Wilhelmus* d. 25. *Ian.* 1252. demum uxorem duxerit, nasci *Florentius* summum potuit non ante exeuntem *Octobr.*, vel ineuntem *Novembr.* a. 1252. Atqui STOKIVS narrat B. IV. vs. 57., eum, moriente Tutore Florentio d. 26. *Mart.* a. 1258., natum modo fuisse *quatuor annos*. Natum igitur oportet initio anni 1254. vel fine a. 1253., quod optime congruit verbis Comitis Florentii, quibus declarat se anno aetatis suae XXXVII. Choram d. 13. *Nov.* Prob. h. d. 1290. dedisse Zeelandis. Prima autem *Florentii* (a), quam cognitam ha-

(a) Cf. tamen MIERIS I. bl. 341, 342. d. 9. Sept. 1265.

aliique primariae nobilitatis Viri: hinc vel tunc vel antea MCCLXVIII. VII. actum fuisse de praestando *Guidoni Homagio*, liquet, quia dictio *mijnen Heeren Guiden, Grave van Vlaenderen* t. t. Vasalli vox est erga Dominum suum; praesertim quum id aetatis tunc attigerit, ut *Homagium* facere posset. Atque ut talis sine contradictione actus legitimos in Zeelandia exegit. Certe mense Maio a. 1270. exemit terram in Westerzubburg Abbatiae Mediob., olim illi datam *a Philippo Comite Flandriae et Florentio Comite Holl.* Porro die 4. Iul. 1269. *Albertum de Voorne*, Castel-

habemus Chartam, eamque ineditam, prae se fert diem 10 *Iul.* 1266., altera d. 23. *Octobr.* 1266., tertia eaque inedita d. 10. *Dec.* 1266., quarta d. 19. *Dec.* 1266. et sic porro ordine plures, in quibus sese *Comitem Hollandiae* scripsit. Quae enim d. 14. *Ian.* 1266. apud MIERIS habetur Charta, ad sq. a. 1267. computum credo referri oportere. Si igitur exeunte a. 1253. vel ineunte 1254. natus est Florentius, erit exeunte 1265. vel ineunte 1266. ingressus annum aetatis XIII. Idque secundum ius commune, quod his in terris t. t. viguisse, propediem egregie demonstraturus est celeb. Prof. Traiect. P. BONDAM in not. ad. *Ius Feudale Flandric. vetus* T. I. P. I. in *Analect. Iur. Belg.* p. 69. sqq., nec non in not. ad *Specul. Franconico-Belgicum sive Ius Caesar. vetus*, vulgo *Keisersrechten* p. 57—64. Atque haec etiam res h. t. gestae suadent. Nam ab eo, quod memoravi, tempore in omnibus suis Chartis Florentius *Comitem Hollandiae* scribere coepit; nulla Tutoris cuiusquam mentione habita; quamquam tamen a. 1263. *Aleidis* adhuc *Tutrix* eius fuisse videtur. Ex Charta autem d. 10. *Iul.* 1266, per quam mandat *Cortsebrinde*, *Walacriae* tunc *Balivo*, ut decimas, de quibus quaestio orta erat, *in sequestro ponat*, *donec ad partes Zelandiae veniat*, liquet, eum propediem in Zeelandiam cogitasse, ut ibidem Summo praesideret Zeelandiae Tribunali. Notum est prae- Prob. h. d.

Prob. h. m. tellanum suum *Zeelandiae*, (vid. 18. Iul. 1271. Probb.) Diplomate mactavit, quo recognoscit, huic eiusque successoribus de iure competere *octavam partem ex Occidentali parte Scaldiae, et quintam partem ex Orientali parte Scaldiae in Zelandia, omnium precariarum, quae nobis — aut eorum uxoribus, ratione nuptiarum — in dicta terra Zelandiae — deinceps conferentur.* Tandem a. 1272. d. 30. Maii, impellente forte amita Aleide, filio eius *Florentio de Hannonia*, consobrino suo, regimen totius *terrae Zelandiae ex Orientali parte Scaldae et Occidentalis totius Zeelandiae cum plena auctoritate et omnimodo iurisdictione sua commisit in omnibus et per omnia, ad vices suas gerendas, ad duos annos*, ut docet insignis Charta apud MIERIS D. I. bl. 362., et confirmat M STOKE B. IV. vs. 165. sqq. add. Chartam *Alberti de Vorne* d. 18. Iul. 1271. bl. 358., et 17. Ian. 1275. p. 377., et ineditam eiusdem Alberti d. 23. Mart. 1275., datam Abbatiae S. Bavonis. Prob. h. d. Fuit tunc temporis *Albertus de Voorne* Zeelandiae Castellanus, Vir magnae auctoritatis. Vid. AEM. STOK. B. IV. vs. 170. sqq. Videtur autem ille tunc temporis *Aleidis* consilio in omnibus usus esse. Testatur

praeterea, quantas rixas inter Nobiles haec Tutela excitaverit, multis eam contra *Aleidem* sibi vindicantibus, etsi post mortem Tutoris sui Fratris *Aleidi* de iure competiisse videtur. vid. Chartam eius in MIER. D. I. bl. 340., d. 20. *Ian.* 1264. et M. STOKE L. IV. vs. 50. sqq. nisi cum his Nobilibus muliebrem tutelam averseris. Vid. STOKE B. IV. vs. 70. sqq. Credibile igitur est, *Florentium* per Amitam inductum esse, ut quantocius Comi-

tur hoc STOK. B. IV. vſ. 162. ſqq., et confirmat Charta d. 25. Sept. a. 1272., qua Theodericus D. de Teilinge promittit *Dominae ſuae Aleidi de Hann., aſtare omni conſilio et auxilio, et promovere in agendis Ill. Domicelli mei Florentii Comitis Hollandiae.* cf. *Balduini de Staveneſſe* MIERIS bl. 376. ſ. Spectat huc et Charta inedita a. 1273. d. 29. Aug., data Abbatiae Medioburg., et ſignata *ſigillo ſuo et ſigillis dilectae Amitae ſuae Dominae* ALEYDIS *de Haynon. et Florentii filii ipſius.*

SECTIO VII. Prob. h. d. Prob. h. d.

FLORENTII V. *bellum cum Flandris.*

Ne autem plura accumulem, quae doceant, Florentium V. terram *Zeelandiae Occidentalis* cum omni iure posſediſſe, ſalvo tamen ſemper Feudo Flandrico; quorſum etiam faciunt omnes illae Zeelandiae Chartae ineditae, quas ſupra p. 329. memoravi: videamus res postea cum Zeelandiae Nobilibus et bellum cum Flandro a. 1290. geſtum, quae, etſi denſa caligine hactenus premuntur, ex Chartis tamen authenticis nonnihil lucis acquirere poterunt. Optime hoc bellum ac turbas deſcripſerunt M. VOSSIVS (n) et WAGENARIVS (o). Rem, ut geſta eſt, hoc modo coaevus Scriptor enarrat. Nimirum Friſiis devictis, et Hollandiae Nobilibus, imprimis Amſteliae et Woerdanae ditionis Dynaſtis, ſibi ſubiectis, *Florentius* V. ut erat,

mitatum ipſe capesſeret. Ex re Aleidis enim erat, ut, misſis Tutoribus, Florentium ſola gubernaret; eademque etiam postea apud hunc gratia floruit.

(n) *Annal. Holl.* L. IV. p. 155.

(o) *Vaderl. Hist.* III. Deel. bl. 47. ſqq. Cf. quos laudavit V. D. P. PAVLVS Diſſ. p. 71. a). De tempore geſti belli inquirit Vir Ill. HUYDEC. ad STOKE D. II. bl. 316.

XXCVRSVS VII. erat, teste WILHELM. PROCVR. ad a. 1287. p. 531., „ iure„ dictionis suae propagator", et p. 532. „ maiores terrae suae „ inclinabat et a praesentia sua segregabat. Vnde contigit, „ quod, dum *ZELANDIA* per ipsum inaequali nec non gra„ vissima exactione, quarti scilicet denarii pensione, conte„ ritur, Zelandiae Principes adunati et sacrorum datione „ confoederati dominum proprium *FLORENTIVM* vidl. Co„ mitem deserunt, et fideli promissione ad *GVIDONEM* Co„ mitem Flandriae convertuntur. Qui Zelandiam intrat, „ Middelburgum vallat —. *FLORENTIVS* minus sufficiens — „ Comitis Flandriae pietati et gratiae humiliter praesenta„ tur. — Partem Zeelandiae, scilicet *WALACRIAM*, de ma„ nu Comitis suscipit, cui per sequentia *FIDELI HOMAGIO*, „ sacrorum collatione, assistere proclamavit. — Zelandiae „ Nobiles — in amorem Florentii Comitis redeunt". En rem gestam, quam longe pluribus et accuratius etiam enarrat M. STOKE B. IV. vs. 595—779., ubi tamen praeter rem nuperus Editor multos versus pro spuriis reiicere conatus est. De *Walachria* ac *Zeelandia* obsessis ibidem vs. 646. sqq. Sunt tamen qui haec negant; immo de *Walacria* dubitat WAGEN. D. III. l. l. Verum in rebus historicis non statim debent negari, quae prima specie non cohaerent, praesertim si scriptor coaevus et extra partem positus ea narrat: sed quaerenda est conciliatio. Res haec fuisse videtur: Nobiles Zeelandi circiter a. 1289., vid. WAGEN. l. l., a *Florentio* deficiunt ob imposita sibi onera, ut narrat diserte *PROCVRATOR*. Hi *Guidonem* invocant, qui

qui horum ope *Walacria* potitur, publicatamque suo imperio adiicit. Fit tandem opera Ducis Brabantiae reconciliatio, ea ratione, ut *Florentius* minus aequis conditionibus Walacriam insulam sibi ademtam in Feudum recipiat. Sic hactenus plerumque Nostrates. Et sane de *Walacria* et urbe Medioburgensi hoc tempore aliquid extra ordinem contigisse, suadet non modo M. STOKE B. IV. vs. 646. sqq., qui *Florentii* uxorem et filium ibi obsessos narrat, dum interim *Florentius* ipse per fraudem *Biervlieti* captus fuit a Comite Flandriae, sed imprimis etiam Charta Regis *Rudolphi* d. 6. Iul. a. 1290., quam ex Archivis Hannoniae et Camera Feudali Hollandiae bl. 507. produxit MIERIS, qua Rudolphus revocat pactum initum de *Walacria* his verbis: *auditis — quae ratione compositionis super terra* DE WALGREN *in Zeelandia per te sunt tractata, habita vel promissa, nobis nequaquam placent, nec consentimus, nec consentiemus aliqua ratione.* Quod deinde confirmavit Rex *Adolfus* d. II. Kal. Sept. a. 1294. bl. 559. Quas Regis literas certissime astute obtinuit *Florentius*, ut hac ratione pactionem, cum *Guidone* de *Walacria* initam, nomine Imperatorio irritam declarare postea posset. Obtinuit autem hanc Chartam id quod probe notandum) paucis tantum post diebus, quam ab eodem *Rudolpho* d. 8. Maii a. 1290. durante tumultu Zeelandico aliam Chartam adeptus erat, qua non modo omnia ea, quae *Florentius Tutor* circa *Feudum Zeelandiae* cum Flandris transegerat, irrita declarantur, quia Tutori non licebat feudum Pupilli deterius redde-

EXCURSUS VII.

Prob. h. d.

 re;

EXCVRSVS VII.

Prob. h. d. № I.

re; verum etiam Nobiles Zeelandiae, in his *Iohannes Dominus de Renesse, Theodoricus Dom. de Brederode, Wulfardus Dom. de Borsele, Iohann. D. de Maelstede, Hugo Dom. de Cruningen, Florentius de Borsele, Nicolaus de Kats eorumque fautores*, sui officii admonentur his inter alia verbis: *de auditis admirationis spiritu ducimur vehementi, quod vos dictae Insulae* (p) *incolae, assumpto rebellionis supercilio, contra vestrum verum Dominum, nobilem Comitem Hollandiae, immo, ut verius fateamur, contra Imperium et in contemptum Imperii, ad iugum alterius adulterini domini aspirantes, contra fas et aequum nulla ratione praevia conspirastis. Quare vos ceterosque, qui Zelandiam incolitis,* cett. Confer Chartas reconciliationis cum his Nobilibus apud MIERIS bl. 526. sqq. Continebat vero haec Rudolphi Charta rem aperte falsam. Declarat enim Rex, quod *a tempore, cuius non extat memoria, nobiles Comites Hollandiae a Divis Regibus* — *INSVLAM ZELANDENSEM* [notate autem ignorantiam; innuit enim *terram* omnesque *insulas*:] *usque ad haec tempora tenere in feodum consueverunt; idemque qui modo pro tempore Comitatum regit Hollandiae, dictam Insulam* [i. e. Zeelandiam] *a nobis et Imperio more suo-*

(p) Non erant hi incolae *Insulae*; sed vox *Insula* hoc loco per ignorantiam capitur pro integra Zeelandia. Vid. p. sq.

(q) „ Omnia, quae in hoc diplomate habentur, verae historiae „ contraria, atque ex odio Imperatoris" [vel Florentii Imperatori ea suggerentis] „ contra Guidonem u„ nice orta esse; qui hanc meam „ qua-

suorum progenitorum detinuit hactenus, utpote verus Imperii Vasallus, ratione dictae insulae IMMEDIATE. *Neque dictam* INSVLAM *ab alio teneri Domino debere, quam a nobis et Imperio, non credimus, neque* SCIMVS, [neque] AVDIVIMVS. Haec autem manifeste esse falsa, satis patet, si respicias non modo ad iam narrata, sed etiam ad tot alias eiusdem *Rudolphi* Chartas eadem de re antea datas (q). Sic enim tunc erant tempora. *Florentius* autem aeque facile haec obtinere ab *Imperio* poterat, atque d. 24. Mart. 1287. ab *Rudolpho* obtinuit, ut, quam Pactionem *Florentius Tutor* cum Flandriae Comite de *Zeelandiae Feudo* fecisset, qua rem pupilli deteriorem reddidisset, ea irrita esset et nullius valoris. Observari autem meretur, eodem etiam die 8. Maii a. 1290. ab eodem Imperatore *Rudolpho* Nobiles Zeelandiae obtinuisse, ut confirmaretur sibi a Rege tertia pars Precum sive Petitionum, quas Comes a Zeelandis accipere solebat. Vtraque igitur pars in aula Caesarea per legatos suis rebus strenue consulebant, et eo iam devenerant Rom. Germ. Imperatores, ut maxima ex parte obortas his in terris controversias non iam gladio, sed literis patentibus conficere terminareque

SECVLVM VII.

Prob. h. d.

Prob. h. d. No. II.

Vv 3 stu-

„ qualemcumque dissertationem huc „ usque attente legerit, ni fallor, „ confitebitur", sunt verba P. PAVLI in laudata saepius Dissert. super hoc Zeelandiae Feudo. Hanc tamen Chartam cum Viro quodam Docto propterea spuriam, et a *Florentio* confectam habere, non est meum. Obtinuerunt ab incautis Regibus multi multa, quae obtineri non debuissent.

EXCVRSVS VII.

studerent. Sed Comitum possessio ac iurisdictio iam satis firmata tunc erat.

Ex his omnibus satis patet, Florentium V., ut erat princeps callidus, maioris imperii avidus, et iuris sui acerrimus exactor, (uti abunde docent omnes eius res gestae, imprimis cum Nobilibus Woerdanis, cum Westfrisiis, et cum Zeelandiae Nobilibus,) omnem movisse lapidem, ut *homagium* pro terris Zeelandicis, quod *Guido* postularet, vel non faceret, vel iam factum irritum redderet. Pro quo tamen obtinendo Privilegio multas ipsum fecisse expensas, liquet ex Charta Apochae *Florentio* exhibita die 11. Iun. 1290. apud MIERIS D. I. bl. 506. De qua statim.

Florentii rixae cum Nobilibus Zeel.

Verum haec tantum in genere dicta sunto. Multo accuratius rerum gestarum notitiam nunc aperiam, idque ope multarum, quas ineditas penes me servo Chartas. Et primo, Zeelandos aegre tulisse Florentii Comitis conamina, dubio omni eximit Charta Originalis inedita, qua plurimi Zeelandiae Nobiles inter se conspirant, et GVIDONI Comiti Homagium facere pollicentur. Data est ea *mens. Martio* a. 1289., ac nominatim in ea *Nobiles* sequentes Gallice occurrunt:

Iehans de Renesse,
Walsart de Bersele,
Hues de Cruninghe,
Iehans de le Malstede,
Watier de Cruninghe,
Hues de Maulart,

Wul-

Wulfart de Katendike, SAECVLVM XIII.
Gillis de Poule Chevalier,
Florens de Berſele,
Boudins de Evringhe,
Raſſe de Berſele,
Iehans de Berſele,

multique alii, promittentes „*Guidoni* Comiti Flandr. Prob. h. m.
„ fidem et homagium, quod is a Comite Hollandiae pe-
„ tebat *pro terra inter Scaldem et Hedineſe*, et contra Flo-
„ rentium Guidonis opem implorantes, propterea quod
„ Comes Hollandiae, etſi ſaepe ab ipſis rogatus corrigere
„ nollet, quae violenter et iniuste contra Terrae conſue-
„ tudines ac Privilegia peregiſſe dicebant". Paullo post
die 6. Maii 1290. *ad aliorum Vaſallorum exemplum Iohannes* Prob. h. d.
filius Hugonis de Cruningen Guidoni Com. Flandriae pro-
mittit *fidelitatem et Homagium* ratione *Feudorum*, quae
tenebat ab illo in Zeelandia; quod ſigillis ſuis confirmant
eius pater *Hugo*, *Wolfardus de Borſele*, et *Iohannes de Re-
neſſe*. Ex his videmus, Nobiles Zeelandos ſollemniter a
fide Florentii V. reſiliiſſe, et homagium obtuliſſe ſuum
GVIDONI Com. Flandriae, tamquam Domino ſuo imme-
diato ſive ſupremo. Ast qua de cauſſa? Quia Florentius
V. *violenter et iniuste* cum illis agebat ratione Privilegio-
rum. Omitto inquirere, quas hic intelligant iniurias. Fa-
cile eas conficiemus ex *Chartis Reconciliatoriis*, infra me-
morandis, ſi cum his conferas narrationem WILH. PROCV-
RATORIS, *et novam Zeelandiae Choram* d. 13. Nov. a. 1290.
in

SECTIO VII. in MIERIS D. I. bl. 511. sqq. His peractis Guido Comes Flandriae a Zeelandis in Walacriam cum copiis arcessitus, sive, ut WILH. PROCVR. p. 533. ait, *collecta suorum multitudine Zelandiam intrat, — — Middelburgum vallat, quae, ne destruatur sub promissione cuiusdam diffiniti temporis, si Florentius Comes ad eius defensionem non venerit, se in manus Flandrensium tradere confirmavit.* Res vera est. Exstat hodienum in Archivis urbis Medioburg. Originalis Florentii Charta d. 12. Mart. a. 1290., per quam Comes Medioburgenses suam in tutelam recipit, eisque opem suam promisit, si quid mali *ab exteris* ipsis contingeret, „*war dat de gemene port in anigen tuiste quame je-* „*ghens dien van buten*". Obsessa tunc est per Flandr. Comitis filium *Robertum* urbs Medioburgum, et quidem artissima pressa obsidione, quae per plures hebdomadas duravit. Servo Chartam hactenus ineditam d. 19. Maii 1290. *ex Orginali Vidimus*, qua *Burgi Magistri, Scabini iurati, ac tota Communitas villae de Middelbourg* cum *Roberto* filio Guidonis Flandr., urbis obsidionem urgente, idque *de iure*, ob defectum Florentii Com. Holl., paciscuntur, ut, si *Comes* intra sq. diem Martis urbi non succurrat, vel pacem ineat, die Mercurii proximo urbem ei dedant, salvis tamen vita bonisque, datisque fidei obsidibus. Rei exitum idem PROCVRATOR describit, sic pergens: *Florentius vero Comes apud Ziricze existens, et ut nunc pro debellatione Flandrensium minus sufficiens, ordinatione* [i. e. arbitrio] *Iohannis nobilissimi Ducis Brabantiae, Comitis Flandriae*

Prob. h. d. (margin, beside "ginalis Florentii Charta")

Prob. h. d. (margin, beside "Orginali Vidimus")

driae pietati et gratiae humiliter praesentatur. Qui versus EXCVRSVS VII.
Flandriam ductus in villa, quae dicitur HVLST, *partem Zelandiae, scilicet Walacriam,* (r) *de manu Comitis Flandriae suscipit, cui per sequentia fideli* HOMAGIO, *sacrorum collatione* [i. e. iureiurando per S S. reliquias facto], *assistere proclamavit. Insuper et Zelandiae Nobiles Comiti Flandriae hoc tramite adhaerentes in amorem Florentii Comitis redeunt, sua patrimonia pacifice possidendo, quod tamen a Florentio in quibusdam minus bene legitur observatum.* En locum, etsi longiusculum, tamen verax rei gestae testimonium, quam STOK. B. IV. vs. 595—779. pluribus enarrat, ita tamen, ut Comitem contra Nobiles quodammodo defendat, et vs. 690. sqq. Guidonem Flandrum accuset, perinde ac si is *Florentium*, cum magno exercitu ad Ziericseam adventantem, blanditiis circumventum, ope Ducis Brabantiae *Biervlietam*, Flandrici iuris oppidum, pellexisset. — Stokio equidem in his accederem. De *Biervlieta* res certa est; uti et de reliquis omnibus. Et primo quidem Florentius, simul ac missum fecerat exercitum, et Vrbis Mediob. obsessae curam omiserat, impellente Duce Henrico Brabantiae, Biervlietam accessit, atque illic omnem super *Homagio* GVIDONI faciendo aliisque rebus (intellige discordiam cum Nobilibus, qui Guidonis auxilium imploraverant,) controversiam decidendam, et per Arbitros definiendam permisit

(r) Dicere debuerat Scriptor *Zeelandiam Occidentalem*; sed quia armis in Walacria velitabantur, hinc omnis scriptorum cogitatio in *Walacriae* insula subsedit. Meliora docent acta authentica.

XXCVRIVS VII. ipsi *Guidoni*, nec non *Iohanni* Duci *Brabantiae* et *Roberto natu maiori Flandriae*. Vnde satis patet, quantis in angustiis versatus sit *Florentius*. Testimonio utor Chartae Prob. h. m. Originalis *Florentii* V. datae *mense Maio*, qua testatur, *fuisse* ortam discordiam inter *se* et *Dominum suum Guidonem super* HOMAGIO *terrae Zeelandiae*, (*pour occoison del hommage de la terre de Zelande, qui est entre Hedinezie et l'Escaut,*) *quod facere debuerat*, sed detrectaverat; unde *bellum id ortum*; praeterea *super expensis*, quas ad id obtinendum *Guido* fecerat; super *exulibus Flandris*, quos receperat; super *controversia* inter se et *subditos suos* Zeelandiae de *Choris*, *legibus*, aliisque gravaminibus mota; ac denique super *dissensionibus* cum urbe Gandavensi. Quas, inquam, controversias decidendas relinquit *Guidoni Flandriae*, *Iohanni Duci Brabantiae* ac *Roberto* natu maximo Guidonis filio; promittitque se non exiturum *urbe Biervlieta*, antequam omnis controversia sit composita. Idem promiserunt al-Prob. h. d. tera Charta d. 2. Iun. Zeelandiae Nobiles, arbitrio dictorum Principum relinquentes *allen sticken, die ghesin hebben, in descort tusghen onsen lieven here florens Graven van Holl. ende ons*, i. e. *omnia controversiae capita inter ipsos et Dominum suum Florentium Com. Hollandiae.*

Quomodo res transactae sint, nunc videamus. Et primo hic in medium proferam Chartam Florentii Com. vernaculam, Prob. h. d. d. 5. Iun. 1290. *Biervlietae* datam, qua agnovit sua promissa, facta Duci Brabantiae, videlicet se intra d. 5. Iun. et 15. Aug. daturum *Guidoni* firmam obligationem literis

ris comprehensam, ac tamdiu Gandavum in Obstagium MCCLXXXVII. iturum. Quidquid vero impensarum Dux Brabantiae fecisset, eas exsolvere promittit. His a Florentio promissis, illico *Ioannes* Dux Brab. ad componendas lites se accinxit. Docet hoc Charta Origin. d. 8. Iun. h. a., qua Dux declarat, Florentium compromisisse in se, Guidonem, ac Robertum, super bello ac dissidio *propter neglectum* HOMAGII *terrae Zeelandiae, expensas, exules, Nobilium rixas*, et reliqua, ut supra; hoc excepto, quod litigantes Nobiles hic nominatim vocentur *Iohan de Renesse, Wulfard de Borsele, Diedericus de Brederode, Hugo de Cruningen*, multique alii Quod arbitrium bona fide Dux se confecturum promittit, et eadem fide iudicaturum. Itum tunc est in conditiones, quarum *primaria* praeter Homagium conditio fuit, ut *Florentius* solveret Comiti Flandriae £. 20000. pro expensis in hoc bellum a Flandro factis pro obtinendo *Homagio*. Docet hoc Charta Florentii V. d. 10. Iun. 1290., qua agnoscit debitum £. 20000. Paris. pro impensis, quas Guido in bellum ob hanc caussam fecerat; promittitque se hanc summam quatuor vicibus stato tempore soluturum, et in urbem Gandavi, donec solverit, obsidem abiturum; fideiubente pro eo *Duce Brabantiae*. Huc spectat et altera Charta apud MIERIS edita D. I. bl. 506. d. 11. Iun., qua Dux Brabantiae vi prioris Chartae fideiubet pro Florentio, qui *recognoverat, se in his viginti millibus Librar. Parisiensium* teneri *ratione expensarum, quas Comes Flandriae asseruit – se fecisse propter Homagium a*

Prob. h. d.

Prob. h. d.

Prob. h. d.

EXCVRSVS VII. *Dom. Comite Hollandiae — conquaerendum, prout hoc in* LITTERIS *ipsius Comitis plenius continetur, quas habet super promissis a sepe dicto* (Florentio) *et a nobis scriptas, et sigillatas, idiomate* GALLICANO. Quibus ex verbis patet, Florentium hoc die vel pridie dedisse etiam *Guidoni* Literas confirmatorias, quae non aliae sunt ac supra d. 10. Iun. memoratae. Eodem die 11. Iun. actum est de re Nobilium. Docet hoc altera apud MIER. D. I. bl. 506. Charta, qua Dom. *Ian van Renesse* et *Diedericus de Brederode*, Milites, fidem praestant Florentio Comiti suo. Si quid vero esset discordiae, in eo se staturos arbitrio *Ducis Brabantiae.* At sequens dies 12. Iun. res omnes terminavit, ut docent Chartae Originales, quarum prima est *Florentii* Com., per quam simul cum Nobilibus Zeelandiae utrimque tandem compromittunt in arbitrium, quod facturi essent Dux, Comes, eiusque filius; quae Charta nominatim recenset Nobiles litigantes; erant autem *Iohannes de Renesse*, *Wulfard de Bersele*, *Diedericus de Brederode*, *Hugo de Cruninghe*, *Iohannes de Maelstede*, aliique. Controversia fuerat nempe *pour occoison des Coeres, des Lois et de Choses, apartenans al Etat et au gouvernement dou pays et de le terre de Zelande, et d'autre plusieurs Grieteis, Dommages, fortfais et descors, et de le guerre ki pour oquoison de ces choses a estei entre nous et eaus.* Has autem quaestiones decidendas relinquunt antedictis arbitris, sive *tribus*, sive *duobus* ex illis; ita ut hi LXVII. eligant *iuratos*, qui de *Choris*, de *Legibus*, et *terrae Regimine* statuant, quod et *Domino* et *sub-*

Prob. h. d.

Prob. h. d. N° I.

Compromissio.

subditis terrae sit proficuum; imprimis de quatuor primariis illis quaestionibus, quae in controversia versabantur, quas suo sermone exprimam: MCCXCVI et VII.

De quatre poins, inquit, *dont debas est, c'est a savoir*

1. *De la merci le Comte, ke on apele selon le langage dou paiis* 'SGRAVEN GENADEN;

2. Et des Jureis, qui seront jugeur ou paiis;

3. Et dou rachat des fies, ki pour faute de hoir venront au Comte;

4. Et dou bailliu a mettre.

Id est 1. De iure seu potestate summa Comitis, quae vocatur vernacule *'s Graven genade*;

2. De iis, qui sub Iuratorum nomine iudices sint;

3. De releviis sive laudemiis eorum Feudorum, quae deficiente herede ad Comitem redeant;

4. De tutela illorum.

Altera maximi momenti Charta complectitur ipsum Arbitrium sive *Laudum Guidonis, Iohannis* et *Roberti*, super omni, quod hactenus terrasque hominesque occupaverat, dissidio. Quae insignis Charta, quum multa, hactenus densa caligine obruta, illustret, propterea accuratius explicari meretur. In ea Prob. h. d. No II.

I. *Arbitri* occurrunt,

GVIDO *Comes Flandriae et Marchio Namurc.*

IOHANNES *Dei Gratia Dux Lotharingiae, Brabantiae* et *Limburgi*,

ROBERTVS *natu maximus Guidonis filius.*

EXCVRSVS VII. II. Declarant hi,

FLORENTIVM Comitem Hollandiae pro se suisque heredibus, subditis, sociis, et auxiliatoribus, ipsos cepisse arbitros, datis promissis, se observaturum in omnibus ipsorum pronunciata *super bello dissidioque*, quae fuerant inter *Guidonem, socios*, et *auxilia terrae Zeelandiae et Hollandiae* ab hac, et *Florentium* cum suis ab illa parte; idque

III. Ratione

a) *Homagii terrae Zeelandiae inter Hedinezee et l'Escaut*; quod *Homagium debuerat facere Guidoni*, tamquam Flandriae Comiti; quod tamen quum facere detrectasset, utcumque ad id *coram Paribus* suis, *Hominibus Flandriae*, a Guidone requisitus: iccirco illa terra in Curia Flandriae lata sententia per Pares eius ipsi fuerat abiudicata.

b) Ratione etiam dissidii *super Flandriae Exulibus*, quos Florentius in suis ditionibus retinebat.

c) Porro Controversiae, quam Comes Hollandiae, sociique eius et auxilia, habebant cum *Zeelandiae Nobilibus*, nominatim illic expressis, *propter Koras, Leges, aliaque gravamina, discordias, iniurias*, de quibus questi fuerant.

Pax sociata. His praemissis, sequuntur Pacis instauratae conditiones; quarum prima haec est:

§. 1. Vt pax bona firmaque foret inter Comitem Flandriae suosque adhaerentes *in terra Zeelandiae et Hollandiae*, et inter Comitem Hollandiae suosque, sopitis exstinctisque omnibus inimicitiis simultatibusque.

§. 2. Vt omnes Captivi Obsidesque utrimque reddantur,

tur, ſuis posſesſionibus, feodis, alodiisque, cum in Hollandia tum in Zeelandia reſtitutis; eodemque hi habeantur iure, atque illi, qui Comiti Hollandiae adhaeſerant; ſalvo tamen Comiti Flandriae Homagio ſibi debito a Domino *Iohanne de Reneſſe* pro Castro ſuo *de Reneſſe* et centum terrae menſuris Castro proxime adiacentibus. EXCURSUS VII.

§. 3. Vt Comes Hollandiae eiusque heredes *in Feudum et Homagium* teneant a Comite Flandriae eiusque heredibus *Terram Zeelandiae, et quidquid illic est et esſe debet inter Hedineze et Schaldem*; ut inde eius ſit *Homo Feudalis*, eique tamquam talis ſerviat, ut oportet. Idemque praeſtent Heredes Comitis. Si vero ipſe non posſit, Vaſalli Zeelandiae inter Hedineze et Schaldem eius loco id praeſtent.

§. 4. Quod ad *Wilhelmum Regem Germaniae*, Florentii V. patrem, et eos, qui postea fuerunt, eumque qui hodie Regnum tenet: ſi quid ab his factum ſit, quod huic *Homagio* ſit contrarium vel adverſum; curet *Florentius*, ut ne quid horum in praeiudicium vel noxam Comitis Flandriae tendat. Quod ſi Florentius Regi Germaniae iam fecisſet *Homagium* pro dictis terris, ut illud irritum ſit, curet (s), exhibeatque Comiti Flandriae omnes quas habeat *investiturae* literas, intra proximi Paſcha-

(s) Hinc colligo, Chartam Regis Rudolphi 8. Maii 1290. ortum traxisſe ex Homagio, quod rixis cum Nobilibus Zeel. et Flandris ardentibus Comes Florentius ſubito Regi fecerit per nuncios.

EXCVRSVS VII. ſchatis festum, et iis pro ſe ſuisque heredibus penitus renunciet.

§. 5. Vt Heredes Comitis Hollandiae, quibus iure ſucceſſionis haec Zeelandiae terra competet (t), Comiti Flandriae eiusque heredibus idem Homagium praeſtent *intra annum et diem*, quam ſucceſſerit; et *intra annum et diem*, quam novus Flandriae heres ſucceſſerit. Quod ſi neglexerit, terra antedicta eo ipſo in commisſum cadat, et redeat ad Dominium Comitis Flandriae, terraeque ſubditi a fide Hollando praeſtanda ſint ſoluti.

§. 6. Vt harum conditionum et Homagii literas confirmatorias a Rege Germaniae *Florentius* pro Comite Flandriae obtineat, easque intra annum ei exhibeat.

§. 7. Quod ſi Rex Germaniae, qui hodie regnat, quive ei ſuccedet, propter hoc Homagium vel propter ipſam terram Comiti Flandriae quidquam detrimenti, damni, bellive facere ſustineat; Comes Hollandiae omnibus modis ſuppetias Flandro ferat adverſus Regem Germaniae.

§. 8. Vt Comes Hollandiae agnoſcat, deceſſores ſuos Hollandiae de iure fuiſſe *Homines* ſive Vaſallos Flandriae ratione istius terrae; comprobetque pro ſe ſuisque heredibus *Pacem* et *Pacis articulos*, quos *Florentius Tutor*, patruus Co-

(t) Non amplius igitur quaestio erat de iure et posſeſſione, multoque minus de iure hereditario in Zeelandiam; ſed tantum de Feudi relevatione et Homagio.

Comitis, cum pro ſe, tum etiam tamquam Tutor, iniit EXCVRSVS VII.
cum *Margareta* Comitisſa Flandriae, et cum *Guidone Iohanne*que filiis, ad componendum bellum, quod fuerat inter Wilhelmum Regem Germaniae, ipſius patrem, *Florentiumque*, patruum, et inter Comitisſam Margaretam. Quam Pacem, prout literis Florentii Tutoris continetur, quasque vidisſe ſe declarat, Florentius V. ratam habeat ac ſtabilem, tum quod ad Homagium fidemque, tum ad reliqua Flandriae iura, libertatesque Mercatorum; utque approbet Homagium a Tutore Margaretae praeſtitum, prout literis ab illo conſpectis continetur.

§. 9. Vt Flandriae exulibus liceat habitare intra Hedineze et Schaldem. Quod ſi revertantur, et delicta committant in Flandria, non amplius in Zeelandiam admittantur.

§. 10. Quicumque in Zeelandia vim vel rapinam fecerit, quae vocantur Vernacule *Cracht jof roef*, usque ad 10. Libras, ſolvat is Comiti 10. Libras; in quemcumque vero fecerit, quadruplum reddat. Siquod ſupra 10. £. valebit, nihilominus quadruplum ſolvat, et quaerat *Comitis gratiam* (*le merci le Comte*). Quando res in communi pugna ſit patrata, quae vocatur *Ghemeeneſtriit*; quaerat *Comitis gratiam*, posſitque disſolvi, ſi ex ſingulis terrae menſuris *ſex ſolidos* ſolvat.

§. 11. Conſtituent Arbitri LXVII. viros, postea nominandos, in Zeelandia, qui iudicent de omnibus querelis causſisque, quae ad Leges ſpectent, exceptis Feudalibus, quae a

MCCXXXVII. Vasallis iudicentur, et *Landzaken*, quas Scabini iudicent. Habebuntque hi LXVII. viri *Veritatem*, et iudicabunt pluribus suffragiis, nec tamen iudicare poterunt, nisi minimum XI. praesentes iudicio adsint. Dies autem Placiti habendi die Dominica in Ecclesia promulgabitur, quando proximo Mercurii die Placitum erit. Quicumque Iudex falsi convincetur, condemnabitur coram Collegio LXVII. Virorum, et Dominus eius loco alium sufficiet. Quod si Comes quospiam de sua Curia, Aula, Servitio, vel comitatu (*de son drap* i. e. de suo vestitu) elegerit, horum numerus X. excedere non debet, neque hi iudicare poterunt, nisi ex reliquo Collegio plures numero adsint. Hi omnes perpetui erunt Iudices, per totam vitam, nisi causa sontica adsit; iusiurandum praestabunt; et hinc dicentur *Iurati*, Vernacule *ghesworne*.

§. 12. Si quod Feudum vel Terra, deficiente herede (intellige *Masculo*) (u), venerit ad Dominum Comitem, filia vel agnatus proximus possit redimere a Comite, solvendo XV. solidos ex singulis mensuris Ambactiae, et LX. solidos ex singulis mensuris reliquorum Feudorum; idque fiat *intra annum et diem*, quam terra devenerit in manum Domini supremi. Nec liceat Vasallo retinere, vendere, neque alienare, nisi agnatis masculis vel femineis; proximior agna-

(u) Hine observa, per *heredem* his etiam temporibus simpliciter intellectum esse *heredem masculum*; siquidem nondum ex iure consuetudinario erat, ut

agnatus, seu mas seu femina, praeibit omnes reliquos; si aeque proximi sunt, mas praecedet feminam (v). EXCVRSVS VII.

§. 13. Comes praeficiet huic terrae *Baiulum*, qui XII. septimanis unoquoque anno Placitum habeat, Intra Hedinezé et Schaldem VIII. Hebdomad. Quidquid pecuniae solvetur, eius sit monetae, qua antea Comes *precarias* suas recepit.

§. 14. Quidquid nunc constitutum est, observabitur ab utraque parte, a Comite, et a subiectis.

§. 15. Comes Hollandiae pro se suisque heredibus iurabit, se observaturos omnes Pacis Conditiones, literasque inde Sigillo suo munitas exhibebit; confirmandas praeterea per suos Hollandiae Zeelandiaeque Nobiles, et per *bonas urbes*: ita ut, si Comes his Conditionibus postea obsequi detrectet, hi opem ferant Flandriae Comiti contra Comitem Hollandiae. Quod si deficeret Comes Homagio, et hinc terram illam perderet, rediretque ea ad Comitem Flandriae; Nobiles Zeelandi, et Middelburgum cum reliquis Vrbibus, obediant Comiti Flandriae, serviantque tanquam supremo Domino, cuius promissionis Comes Hollandiae literas dare illos iubeat. Eamdem promissionem repetant, quotiescumque ad novum Flandriae, vel Zeelandiae

 Do-

ut *filiae* in feuda succederent. Quod in historia Comitum Hollandiae ubique bene si teneas, multi nodi per se facile solventur.

(v) Hinc oritur nota illa regula de Successione.

xxcvasva VII. Dominum terrae deveniat. Eosdemque Comes abſolvat fide et homagio, ad quae ſibi erant obligati.

§. 16. Vt ne Comes ante decedat urbe *Biervlieta*, ubi hodie moratur, quam haec promiſſa omnia impleverit, reddideritque literas Regis Germaniae aliasque, quae his adverſentur.

§. 17. Nomina exhibentur Iuratorum LXVII., de quibus ſupra mentio facta est: ex his XLIII., qui habitent his locis, intra Hedinezé et Schaldem, *Walchere*, *Zudbevelant*, *Barſele*, *Wlfardsdiic*, et *Northevelant*.

Ex *Walacria*,

Dominus Wlfart de Barſele (w),

Iohan fil. Dom. Pieron,
Iohan fil. Wilhelmi de Nieuwewerve,
Henric Doede,
Henric fil. D. Cortvrient,
Iohan fil. Polon,
Wilhelmus de Domborgh,
Hamer de Gripskerke,
Gerulf le Neve,
Iohan fil. Thomas,
Henric fil. Bruis,
Clais fil. Hugonis,
Hugo fil. Ernol,

Clais

(w) Quantopere hic *Wulfardus* Guidoni faverit, eique opem tulerit, ſatis docet Charta *Guidonis* (1 Aug. 1290. Prob.), qua is mandat ſuo Flandriae

Clais de Barsdorpt, xxcviii VII.

Et Ernols here.

Ex *Zuidbevelandia*,

Dominus Iohan de Maleftede,

Dom. Hugo de Cruninghe,

Dom. Gillis de Poele,

Coeneman,

Clais de Scoudé,

Hollandres de Remarswale,

Gillis fil. Iohannis,

Ernoulf Hannekin,

Iohan fil. Wilhelmi de le Maleftede,

Iohan fil. Dom. Ernoud,

Wisfe fil. Bals [f. *Bats*],

Aloud de Yerfeke,

Henric Everdei.

Ex *Borfalia*,

Florentius de Barfele,

Doeding de Weringhe,

Vriefe del Ostenden.

Ex *Wlfardsdic*,

Wilhelm. fil. Gillon,

Petrus fil. Pieron,

Iohan de Scenghe,

Yy 3 Wal-

driae Receptori, folvere quandam pecuniae fumman *Wulfardo de Borfale*, aliisque, in recompenfationem damnorum, quae acceperant a Florentio ipfis infenfo.

MCCXCVI VIII.

Walter Zoete.

Ex *Nordbevelant*,

Costin de Kads,
Philippus de Nordike,
Henr. fil. Dom. Gillion,
Petrus de le Lisſe,
Wilhelm. de Campen,
Geuwelot,
Antoine de Cortkene,
Dancardus fil. Dom. Dancard.

Ab altera Zeelandiae parte reliqui XXIV.

Ex *Scouden*,

Dominus Iohan de Renesſe,

Walter fil. Dom. Waddin,
Petrus fil. Agheten Glabbars,
Haine fil. Zuanekin Waddekin,
Gillis fil. Bangards,
Hallinc Verlievenzone,
Wilhelmus Borſe Heldecop,
Raingher fil. Monekin,
Raingher Vannenzone,
Hanne fil. Corthals,
Raingher fil. Theri,
et Iohan fil. Darnebeke.

Ex Scarpenesſe:

Dominus Claisſe de Mairlant,

Hu-

Hugo de Stenlant,
Iohan fil. Dame Natalie.

Ex *Stavenesse*:

Costins fil. Dom. Schorin,
Bodekins fil. Betrekinen,

Ex *Duvelant*:

Wtte dou Borgh,
Henric. fil. Dom. Witte,
Wilhelm. Vatskinszone,
Henric. fil. Dom. Bete.

§. 18. Accedit tandem his consensus FLORENTII Comitis, quo praedicta omnia, pro se suisque successoribus confirmat; promittitque se staturum omnibus Pacis conditionibus; liberat porro Nobiles Vrbesque a fide et homagio; omni renunciat actioni, exceptioni, iuri, privilegio, quod obmoveri possit; facitque *Comiti Flandriae* HOMAGIVM, qui *Investituram* terrae dat, eamque in *Feodum* tenendam concedit.

§. 19. Confirmatur denique Charta appensis IV. Sigillis, quae integra adhuc prostant; data *Biervlietae* a. 1290. d. 12. Iunii.

Quae omnia quo maiorem fidem firmitatemque obtineant, eodem die FLORENTIVS *Comes* separatis Literis sollemniter iurat, hoc se Laudum observaturum, sub mulcta *f* 30000. Libr. Paris. nisi obtemperet; ac praeterea intra *Octavas festi* B. Virginis (i. e. 22. August.) venturum in urbem Gadavum, coram Comite Flandriae, neque inde abiturum, donec Nobiles et Vrbes ea perfecerint, quae in literis promissa sunt, excepto, si qui *Miles* vel qua *Vrbs* palam foret rebellis. Cuius promissi

se

XXCVRSVS VII. se obsidem exhibet Dux Brab. IOANNES, ipseque eo se venturum promittit, eadem sub mulcta. Quod autem ad rebelles, si qui forent, Dux eos ope FLORENTII ad praestanda promissa compellet. Appenderunt his etiam literis Sigilla Prob. h. d. N. III. FLORENTII et DVCIS Brabantiae, dat. 1290. d. 12. Iun., earumque *Vidimus* exhibetur per IOANNEM S. Petri, WALTERVM S. Bavonis Gandens. Abbates, aliosque. d. 12. Iul. a. 1295.

Abbas interim *Baudeloënsis* in ditione *Hulstana* Comitem *Florentium* praesentem convenit, ut ab eo obtineret confirmationem libertatis Telonei: cuius Chartae Autographum vidi ac descripsi in eius Abbatia, quae hodie est Gandavi, cui *Coniux* Prob. M. Iun. 1290. Florentii BEATRIX *Guidonis* filia praesens adstitit: unde conficias, obsidionem Medioburgensem, qua in urbe *Beatrix* obsessa fuerat, tunc fuisse solutam. Perhibent quidem Nostrates BEKA et IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XXIV. C. 17. inter Pacis conditiones fuisse, ut FLORENTIVS BEATRICEM Guidonis filiam uxorem duceret. Verum hoc falsum esse, omnis historiae connexio evincit.

Seq. mense, d. 16. Iul. Dux Brabantiae promisit *Florentio*, daturum se Apocham eius debiti, de quo d. 11. Iun. convenerat; Probb. h. d. quae Charta occurrit in *Registris Cam. Feudal. Holland.*, ubi et altera habetur Charta, d. 29. Aug. 1290. vernaculo hoc titulo: *Pelegrinus de Chartres, Koopman van Luik, bekend van Gr. Florens voorn. door handen van Willem Lombaerd van 's Hertogenbosch, van wegens den Heere Hertog van Braband ontvangen te hebben* 1000 *L. Parijs, in contanten gelde, welke voorn.*

Graaf

Graaf aan voorn. Hertog verschuldigd was, en belooft den zelven Graaf deswegens te quiteren en indemneren tegens gemelden Hertog. EXCVRSVS VII.

§. XXI.

Quid in his Florentius?

En! insignes Chartae, hactenus penitus incognitae, quae quantum lucis rebus h. t. gestis, imprimis *Zeelandicis* atque FLORENTII V. accendant, quisque animadvertit. Durae quidem Hollandiae Comiti hae fuere Pacis conditiones, eoque duriores, quod Socer a Genero eas exigeret. FLORENTIVS enim BEATRICEM GVIDONIS filiam habebat in matrimonio, ex eaque filium IOANNEM. Sed quid faceret? Nobiles enim non modo Zeelandiae, sed etiam aliquot Hollandiae, eius Dominium detrectantes, ab eo defecerant; alienato animo terram Zeelandiae GVIDONI tradiderant; homagium ei praestiterant; Medioburgum urbs artissima obsidione premebatur, vel in manus Flandrorum ex pacto iam venerat; inclusi erant in urbe uxor Beatrix ac filius parvulus Ioannes; ipse ex Ziericzea allectus et callide circumventus in opido Flandriae Biervlieta honesta custodia ab GVIDONE Comite detinebatur; donec necessitate quadam compulsus hos in Arbitros consensit. Iniusta quoque censenda foret iccirco actio, quod adversarius simul sedebat Arbiter, nisi accessisset *Dux Brabantiae*, qui extra partes quodammodo positus, et Comitis nostri avunculus, melius, quid ex utriusque re foret, diiudicare poterat, et iustius aequiusque ex actis ac probatis, imprimis ex antecedentibus FLORENTII Tutoris et WILHELMI Regis promissis, lite nunc integra, censere, quid agere

EXCVRSVS VII. FLORENTIVM oporteret. Neque enim quaerere tunc amplius fas erat, num recte legitimeque WILHELMVS pater, ac deinceps FLORENTII V. *Tutor*, *Homagium* Flandro fecisset, seque suosque heredes ad idem praestandum obstrinxisset; praeterea, essentne reliqua de iure peracta? Sed an fecissent? an res ita actae fuissent?

Quid Nobiles? Quod autem ad Nobiles. Narrat PROCVRATOR, Florentium *gravissima exactione*, *quarti nempe denarii pensione*, eos vexasse. Sed de his nihil in Pace. Videntur ista ex odio in Principem sparsa; nec satis accurate rerum caussas tenuisse PROCVRATOR. De Feudis eorumque devolutione ac laudemio nonnihil sancitum §. 12. reperias; sed de tali exactione nihil. Quum autem nonnulli Hollandiae Nobiles sese his controversiis immiscuerint, nominatim *Brederodii* (x), hinc forte origo petenda mutui illius odii, quod deinde inter *Florentium* et *Hollandos* flagravit. Eo enim devenerant tempora, ut Duces et Comites sibi quisque *Iurisdictionem Territorialem* quaererent. His obviam ire Nobiles Zeel. conabantur, adiuti a GVIDONE Com. Flandriae, cuius hoc Territorium fuerat.

Pacis effectus in Zeelandia. In *Zeelandia* Pacis Effectus fuit 1°. reconciliatio *Nobilium* Zeelandiae cum FLORENTIO; cuius reconciliationis testes habemus Chartas apud MIERIS in *Cod. Diplom. Holland.* D.I. bl. 510, 511. d. 30. Oct. 1290. cum *Borsaliis*, bl. 526. et 529. cum *Brederodio*, et d. 7. Febr. a. 1291. cum *Renessio*. Quo referri etiam

Prob. h. d. posse videtur, quod GVIDO Comes d. 1. Aug. a. 1290. Receptorem suum solvere iussit quamdam pecuniae summam *Wulfardo*

(x) WILH. PROC. p. 533.

do de Borsele, aliisque, ad resarcienda damna, quae illis fecerat FLORENTIVS V. 2°. *Chora*, quae eodem anno 1290. d. 13. Novembr. a Dom. FLORENTIO toti Zeelandiae est promulgata; quae hinc multum lucis acquirit (*y*), ut in *notis subiectis* supra iam indicavi. Data est, inquam, haec Chora *toti Zeelandiae*, exceptis Oppidanis *Medioburgi*, *Ziericzeae*, *Westcappellae et Dumburgi*, qui suas sibi privas *Leges* ac *Choras* iam habebant. Hoc solum quaeri possit, utrum maximo cum Florentii vel Nobilium consensu haec Chora sit concessa; an vero in fraudem huius pacis et in odium Nobilitatis, sive penitus sive ex parte; adeoque ad ea pertineat, quae minus legitime servaverit Comes. Posterius fere credere inducar ex eo, quod PROCVRATOR supra testatur, quantum ad *Renesfios*, *in quibusdam minus bene esse observatum*, tum imprimis ex Charta reconciliationis *Wolfardi de Borsale*, qua sese obligat, *dat wy die kore gedooghen, die onse Heere, die Grave van Hollant voirseyt, nu houdende es in Zeelant, ende die men helt by syns Oems tyden, Haren Florens van Hollant* (*z*).

EXCVRSVS VII. Prob. h. d.

Prob. 2. 1296. 1. Maii.

Altera fortasse excitari possit quaestio sive dubitatio, unquamne postea haec Chora in usum introducta, an vero per obitum FLORENTII tacite abrogata, ac prior FLORENTII Tu-

(*y*) Vt uno nunc tantum defungar exemplo; in Chora §. IV. MIERIS p. 512. constituti sunt XLIIII. et XXIII. *Iurati iudices*, quos ex hac pace prognatos esse, facile visu est. Emendandus autem est MIERIS, uno numero superfluo.

(*z*) Quidquid in his dubii insit, alii diiudicent. Fortasse sermo est de duplici CHORA, vocula *ende* separanda, siquidem haec et altera Tutoris Charta multum inter sese dissident.

EXCVRSVS VII. Tutoris prorogata. Alterutrum enim locum habere debuit. Neque enim ſine ſcripto eiusmodi iure vixerint Zeelandi.

Effectus in Flandria. Quod ad Flandriam. Non videtur quievisſe FLORENTIVS, nec penitus ſopita fuisſe ſuper *homagio* discordia, etſi tot Chartis, literisque compoſita. Immo vero iam ſtatim a facta pace FLORENTIVS a Rege RVDOLPHO obtinuit, ut hoc Pactum ab Imperio irritum declararetur; ſed quanta cum feſtinatione ac quam tumultuario modo hoc factum ſit, docet contextus Chartae Prob. h. d. d. 6. Iul. 1290. datae, qui ſimpliciter ſic: *Auditis et intellectis, quae ratione Compoſitionis ſuper terra de Walgren in Zelandia per te ſunt tractata —— nobis nequaquam placent, nec conſentimus nec conſentiemus aliqua ratione.* Atqui omnis historiae hactenus traditae connexio hanc Chartam vel falſitatis vel erroris inſimulat. Erroris nempe, quod *Walchren* pro *tota Zeelandia Occidentali* ibi ponatur. Confirmavit tamen eamdem Rex ADOLProb. h. d. N. III. FVS d. 31. Aug. 1294. Non ſpectabat tamen controverſia ad ſolam Walacriam, ſed occupaverat hostis *Walacriam.* Si quid igitur video: Florentius, quo in omnem eventum ſibi caveret, fortasſe eo tempore, quo *Walacria* ab hostibus oppugnabatur, vel quando Biervlietae iam circumventum ſe videbat, clam nuncios ad Regem Germaniae ſibi faventem miſerit, ut is Pactum, quod de *Walacria* tradenda ſibi componendum praevidebat, irritum declararet: etſi res aliter quam pro opinione ceciderit, et Pactum non ſimpliciter de *Walacria* amittenda, ſed de *tota Zeelandia Occid.* in feodum recipienda initum fuerit. Tempus quoque inter Pactum d. 12. Iun. et 6. Iul. nimis breve videtur, quam ut haec Regis Charta post initas Pacis Conditiones, ex *Erfordia*, ubi Rex haerebat, peti potuerit.

Nec

Nec tamen quievisse FLORENTIVM, satis apparet ex Charta *Guidonis* Originali Mense Maio, a. 1293., qua FLORENTIO V. iterum inducias largitur, testatus bella inter ipsos fuisse, et adhuc durare; sed rogatu *Eduardi* Regis Angliae belli inducias se concedere FLORENTIO usque ad 7. Ianuar. proximum, ita ut *Wulfardus de Borsele* reliquique Flandriae adhaerentes, qui bona in *Hollandia* et *Zeelandia* obtinent, inde a die 9. Iul. sua bona quiete possideant: quod si intra hunc diem et 13. Ianuar. pax non instauretur, liceat illis, relictis bonis suis pacifice ad Flandrum commeare. Idem docent aliae Chartae in fraudem GVIDONIS ab ADOLPHO Rege Comiti datae, quarum prima concessa est eodem mense Maio, d. 29. a. 1293. qua Nobilibus Imperii mandat, ne ullum auxilium GVIDONI Flandrico ferant contra IOANNEM *de Avesnis*. Altera est eiusdem ADOLPHI supra memorata d. 31. Aug. 1294. per quam priores RVDOLPHI Regis literas d. 24. Mart. 1287. super *Tutela* datas confirmat, pronunciatque, non licuisse *Florentio Tutori* res pupilli sui Florentii V. reddere deteriores; nec non tertia Charta ADOLPHI, qua eodem die Nobiles Zeelandiae ad exemplum Regis Rodulphi dehortatur a rebellione, eisque iniungit, ut FLORENTIO V. Domino suo adhaereant, neque ad alium se Dominum transferant. Quibus adde quartam, supra memoratam, ADOLPHI Chartam, eod. die, qua itidem confirmat literas RVDOLPHI d. 6. Iul. 1290. per quas revocaverat Pactum *de Walacria*. Scripsit porro Rex Angliae EDVARDVS ad GVIDONEM, nec non ad FLORENTIVM V. d. 28. Apr. 1295. de discordiis inter ipsos subortis. Immo exstat Charta FLORENTII V. d. 6. Maii

EXCVRSVS VII. *Florentii V. conamina.* Prob. h. c. Prob. h. d. Prob. h. d. N. I. Prob. h. d. N. II. Prob. h. N. III. Prob. h. d. N. I. II.

EXCVRSVS VII. Maii 1295. qua ille *Guidoni* Com. Flandriae concedit *treugas* sive Prob. h. d. inducias usque ad finem mensis Augusti proximi (*a*). Habetur etiam belli pacisque fedus inter PHILIPPVM Pulcrum Reg. Franc. et FLORENTIVM Com. Holl. d. 10. Ian. 1295. initum, quo FLORENTIVS Regis Franc. Homo ligius fit, eique auxilium et copias pollicetur adversus omnes eius hostes, quos inter Comes Flandriae tunc erat. Nec cessarunt FLORENTII morte lites; quippe GVIDO Comes datis literis Florentio iam defuncto se submittit arbitrio Regis Angliae super dissi- Prob. 1296. diis inter ipsum et Hollandiae Comitem flagrantibus. Quae omnia satis indicant, turbas denuo inter hos Comites fuisse exortas, quas quum pluribus narret WAGEN. *Vad. Hist.* his non immorabor.

Ab inito autem priori cum GVIDONE pacto a. 1290. tandem FLORENTIVS V. se *Hollandiae* simul et *Zeelandiae* Comitem scribere coepit; qui titulus postea mansit, et ab eo tempore ZEELANDIA tamquam separatus quodammodo *Comitatus* dici et haberi coeptus est. Qua de re pluribus alibi.

§. XXII.

Ioanni I. Defuncto FLORENTIO V. successit filius IOANNES ex Anglia Redux. Vid. Chartas in MIER. D. I. bl. 572. sqq. Sed rebus turbatis Comes Flandriae usus statim bellum movet et

(*a*) Treugas iterum tunc cessasse, docet Bellum, ac victoria de Flandris reportata d. 27. Oct. a. 1295. quorum descriptio pluribus habetur in WAGENAAR *Vad. Hist.* D. III. bl. 51-53.

et *Walacriam* iterum invadit. Expeditionem descripsit STOKIVS D. II. bl. 393. sqq. et bl. 442--451. (*b*) ac WAGENAAR *Vad. Hist.* D. III. bl. 51--53. IOANNES Comes Holl. quum discordias sopitas, et omnes super Zeelandiae Homagio querelas exstinctas vellet, a Comite Flandriae GVIDONE, Avunculo magno, obtinuit, ut submitterent sese ambo voluntati atque arbitrio EDVARDI Regis Angliae IOANNIS privigni, ut docet Charta GVIDONIS modo memorata a. 1296. qua arbitrium Regi Angliae relinquit *soit de faire bone* PAIS *tout sus, soit de faire* TRIWES *et* SOVFRANCES. Quem in finem misit Rex Angliae praeter alia multa, quae apud MIER. D. I. bl. 576. sqq. habentur, d. 12. Febr. 1297. *Episcopum Coventriensem* aliosque, ad sopiendas discordias, ib. bl. 582. b. Hactenus nota omnia (*c*). EXCVRSVS VII. Prob. h. a.

At vero nunc producam Chartas ineditas, quae reliqua explicabunt. Et primo exstat in Archivis Insulensibus *Charta* quaedam pergamena, quae tamen tamquam simplex modo apographum Chartae vel datae vel dandae considerari debet; quae complectitur *Pacis Conditiones*, circa quas *Comites Flandriae* et *Hollandiae* inter se convenerunt, d. 12. Febr. a. 1298. Quae an revera initae sint, dubitarem. Quidquid autem hoc est, parum

(*b*) Vbi ampliss. Editor multa, tamquam a miserrimo quodam Interpolatore intrusa, proscripsit, quae tamen a secunda STOKII manu profecta videntur.

(*c*) Quomodo autem artibus WVLFARDI *de Borsele*, qui IOANNEM *de Avesnis*, tamquam IOANNIS I. *Comitis* Curatorem, (vid. STOK. B. V. vs. 255. sqq. et WAGEN. D. III. bl. 87.) sufferre non poterat, Flandris occupandae Zeelandiae spes creverit; sed irrito conamine; narrat WAGEN. D. III. bl. 99—106. et STOK. B. V. vs. 656.

EXCVRSVS VII. Prob. h. d.

rum differet, quia, etsi sine effectu res manserit, tamen satis nos rei gestae historiam, et quid in controversia fuerit, aperire potest. Sunt autem hae Pacis Conditiones.

§. 1. Comes Flandriae et Com. Holl. cessabunt ab omni bello, discordiaque inter se subditosque, firmamque inter se pacem habebunt. Et quando huius rei Charta rata fiet, quidquid amplius ad eam confirmandam addi poterit, adiicietur.

§. 2. Comes Flandriae remittit Nepoti suo Comiti Hollandiae Homagium de V. Insulis Zeeland. Occid. *Walchren*, *Zuitbevelant*, *Bersele*, *Nortbevelant* et *Wolfaerddike* pro se et successoribus, renuntiatque omni iuri; Chartis, Privilegiisque. Quod si vero nullus Holl. Comiti relinquatur heres, et Comitatus ad *lineam collateralem* pervenire deberet, hoc casu penes Flandrum manebit omnis iuris vigor.

§. 3. Comes Flandriae se purgabit cum Liberis et Nobilibus *de caede* et *de carcere* (*d*) Florentii Com. Holl., promittitque, se nunquam parricidas in terram suam admissurum, idemque promittent 4. eius liberi, Milites.

§. 4. Comes Hollandiae eiusque successores promittent Comiti Flandriae auxilium et subsidium contra *Regem Franciae* (*e*), quamdiu bellum durabit, nempe 500. Equitibus, et 10000. peditibus, idque impensis ac stipendiis Comitis Flandriae, quae cuique assignantur, variis conditionibus. Nec faciet Comes Flandriae pacem cum Rege Franciae, nisi comprehendatur Comes

(*d*) Nota! de Caede Florentii, de qua insimulatum fuisse Flandrum, satis hinc apparet.

(*e*) *Florentius* V. paullo ante eaedem pacem cum Rege Flandriae pepigerat.

mes Hollandiae. Item Flandriae Comes se non immiscebit bello, quod flagrat inter Ducem Brabant. et Comitem Holland., neque alterutri adsistet. EXCVRSVS VII.

§. 5. Comes Flandriae non exiget mulctam seu poenam a Comite Holland. nec successoribus, quam pro *forefacto* eius petierat.

§. 6. Si qui de Comitatu Holland. in bello cum Francis capiantur; pacem non faciet, nisi simul reddantur captivi.

§. 7. Comes Flandriae his auxiliis utetur ad terram suam recuperandam, tamquam suis, suoque ductu.

§. 8. Equi Hollandi in Flandriam quum venerint, a Flandriae et Hollandiae Marescallis suo aestimabuntur pretio, eorumque pretium resarcietur, si quid eis mali accidat.

§. 9. Si Copiae auxiliares iam venerint, interveniente vero pace, Comiti iis haud opus fuerit, quantum promissae pecuniae repraesentatum sit, restituetur, sive integrum sive ex parte, ad arbitrium Dom. *Wilhelmi de Flandria*, et Dom. *Wolfardi.*

§. 10. Eademque vicissim ratione Comes Flandriae in omni bello Comitem Holland. adiuvabit contra Regem Franciae eiusque adhaerentes.

§. 11. Si quid his in conditionibus amplius addi vel explicari debeat, adiicietur in Charta hinc conficienda.

§. 12. Ex communi consilio Pax est composita per Dom. *Wilhelmum de Flandria*, pro patre suo *Comite* eiusque iussu, et per *Comitem* Hollandiae. D. 12. Febr. 1298.

Haec Charta etsi plenum non esse videtur sortita effectum, nec Sigilli robore munita, multa tamen nos docet, quae ad rei gestae explicationem faciant.

EXCVRSVS VII. Et primo quidem, ratio, cur se tam facilem in remittendo *Homagio* praebuerit GVIDO, fuit bellum atrox Guidonem inter et Regem Francicum, quod tunc temporis a. 1297, 1298. vehementer exarserat. Qua de re etiam loquitur STOKE, B. V. vs. 1206-- 1242. Cf. WAGEN. D. III. bl. 110.

Ex §. 1. patet, novam iam fuisse super Homagio ortam quaestionem inter Flandr. et Holl. Comites, quam prior volebat sopitam §. 2. ita tamen, ut caveat ab *Ioanne* de Avesnis, Com. Hannon., filio Aleidis sororis Wilhelmi Regis, qui tutelam Ioannis, et successionem in Comitatum Holl. oportuno tempore sibi quaerebat.

Satis docet §. 3., Flandrum suspectum fuisse caedis et captivitatis Florentii V. quod et innuit etiam STOKE B.V. vs. 1247. sqq.

Mentio §. 9. Domini *Wolfardi*, qui tunc temporis omnia in aula Com. Holland. poterat, credere nos iubet, illum hanc pacem Comiti persuasisse; cui consonat STOKE B. V. vs. 1235-1240. Cf. WAGEN. l. l. bl. 111.

Quod autem ad opem Comiti Flandro ferendam spectat, revera Ioannem opem tulisse, testatur STOK. l. l. vs. 1305-1313. quamquam addit, eum paullo post revertisse; fortasse ex eo, quod interim Pax inita fuit inter Reges Angliae et Franciae, in qua Comes GVIDO, et Comes IOANNES, nominatim includuntur (*f*).

Denique exceptio, qua salva *Homagium* Ioanni §. 2. remittitur, ut nempe si *Ioannes* sine herede obiret, et eius hereditas, sive Dominium Hollandiae, *ad lineam collateralem* digrederetur.

(*f*) RIJMER *Act. Angl.* T. I. P. II. p. 190, 192. apud WAGEN. l. l. bl. 111.

retur, illud ius petendi Homagii salvum foret: haec novam eamque ingentem rixandi materiem post mortem Ioannis praebuit. Metuebat enim GVIDO, ne *Ioannes* de Avesnis Comes Hannoniae, cognatus Ioannis I. hanc *Zeelandiae* simul et *Hollandiae* hereditatem tamquam successor adeptus, hoc Homagium facere recusaret. Bellum autem inter GVIDONEM et AVESNIVM flagrabat, quorum posterior cum Philippo Franciae Rege, mens. Maio 1297. pactum fecerat *contre Guy et ses hoirs*, MIER. D. I. bl. 585. a. unde facile visu est, has Pacis conditiones a parte Flandri esse profectas; neque enim Ioannes Avesnius Tutor Ioannis I. toleraturus fuisse videtur eiusmodi conditionem, unde tantum ipse detrimenti capere posset, et revera cepit. EXCVRSVS VII.

Etsi vero hae Pacis Conditiones effectu caruisse videntur; non omnis tamen transactio frustra fuit. Omnia Flandrorum molimina eo tunc tetendisse videntur, ut Ioannem Avesnium, Com. Hannoniae, qui Ioannis I. proximus erat heres, averteret ab *Zeelandiae* feudo, si contingeret, ut Ioannes I. Comes Holl. absque herede filio obiret. Habeo penes me Chartam ex Originali in Archivis Insulens. vernaculam, datam d. 28. Mart. a. 1298. qua IOANNES Com. Holl. agnoscit, GVIDONEM avum suum maternum (Beatrix enim mater eius) sibi remisisse Homagium, pro *Zeeland Bewesterscelt*, de quo hactenus controversia fuerat; deque eo sibi dedisse literas munitas Sigillo suo *suorumque liberorum* et aliorum *bonorum virorum*. Ea tamen addita conditione, ut, si Ioannes sine herede in linea descendente obiret, haec GVIDONIS renunciatio nulla esset, nec *successor collateralis* ex hac renunciatione quid- Prob. h. d.

EXCVRSVS VII. quam lucri hauriret, pleno tunc manente iure, quasi nunquam hoc contigisset. Sigilla sua literis appenderunt

Ioannes Comes,
Wulphardus van Berfele, Dom. de Zandenburch,
Henricus, Dom. van der Lecke,
Diedric Dom. van Brederode,
Florentius van Berfele,
Willem van Egmonde,
Ian van Cruninghe,
Niclais van Katch,
Rafe van Berfele,

aliique Milites et Armigeri, in quibus etiam *Gerardus Dom. van Voorn, Burggrave van Zeeland*; nulla habita ratione *Ioannis Avesnii*, qui tutorem se gerebat: unde invito, saltem inscio illo, haec facta esse colligas. Res transacta est *Bierylietae* d. 28. Mart., ubi IOANNEM fuisse, quando ad opem GVIDONI ferendam Gandavum proficiscebatur, docemur ex STOK. B. V. vs. 1336. Ambas Chartas exstare etiam in *Registris Hollandiae* et *Zeelandiae* a. 1298. testatur DOM. DE GRIJPSKER-
Prob. h. d. KE, *Descript. MS. Zeel.*

Literae autem, quas a *Guidone* datas supra memorat Ioannes, exhibentur ex *Archivis Flandr.* apud OL. VRED. *Geneal. Prob.*
Prob. h. d. II. p. 34. datae *Woensd. na groote Vastenavonde*, i. e. 19. Febr. a. 1298. ubi et easdem IOANNIS literas pro parte etiam excitat.

Prob. h. d. Quibus omnibus adde aliam *Guidonis* Chartam, datam d. 3. Nov.

Nov. a. 1299. adeoque 7. duntaxat dies ante obitum *Ioannis* I. qui, quum decumberet, et hinc in eo esset, ut fine prole decederet, ansam dederit GVIDONI iam grandaevo, ut ope huius Chartae *omnia iura*, quae sibi in *Zeelandiam* competebant, transferret in *Robertum de Nevers*, filium suum natu maximum, cui *Flandriae* administrationem mandaverat. Huic autem tradit *tout le droit*, *toute le action*, *toute le Souverainitei*, *que nous avons ou poiems* -- --- *en le terre de* ZELANDE -- -- mandatque omnibus illius terrae, Insularumque Vasallis, Vrbiumque Scabinis, ut ei Homagium ac iusiurandum praestent; eo procul dubio consilio, ut ne *Ioannem Com. Hannon.* Ioannis I. heredem proximum Zeelandiae possessione excluderet. Quae enim in aula Imperatoris circa huius terrae possessionem inter *Guidonem* et *Ioannem* Avesnium, Com. Hannon. acta litigataque fuerunt, supra Cap. III. vidimus, et statim amplius in IOANNE II. videbimus. EXCVRSVS VII.

§. XXIII.

Mortuo igitur d. 10. Nov. 1299. sine liberis IOANNE I. succesit in Hollandiae Comitatum IOANNES Hannonius, utpote ex *linea collaterali* proximus heres. Erat hic iam antea, remoto WVLFARDO DE BORSALE, suffectus Tutor IOANNIS I. tamquam cognatus eius proximus, quippe qui ex ALEIDA Florentii V. amita prognatus erat, teste WILH. PROCVR. p. 548. f. Haec autem succesio ingens discordiae seminarium, et nova bellorum in Zeelandia seges fuit. Pactum enim illud, quod initum erat inter GVIDONEM et IOANNEM I. excluserat *Ioanni II. Com. Holl. et Hann.*

EXCVRSVS VII. rat hunc penitus a Zeelandiae posſeſſione, niſi Homagium pro ea faceret. Bella hinc orta recenſere non vacat: pluribus illa narrant M. STOKIVS, M. VOSSIVS, MEIERVS, WAGENAR. D. III. bl. 154. ſqq. qui cum reliquis omnibus bl. 168. belli occaſionem repetit ex Pacto a. 1256. inito: *Het verdrag*, inquit, *van den jaare* 1256. *gaf den Graave van Vlaanderen na 't affterven van Graave Ian den I. zonder kinderen regt op Zeeland Bewesterſchelde: welk regt hy aan zynen tweeden zoon, den Iongen Guy, hadt afgeſlaan. Deez' hadt, hierop, Graave Ian den oorlog verklaard.* Ignorarunt ſcilicet Noſtrates omnes illas Chartas et Documenta Authentica, quae magno numero hactenus produxi. Non enim hoc ſimpliciter ex Pacto a. 1256. contigiſſe (*g*), nunc apparet, ſed potiſſimum ex iis, quas ſupra dedi, Chartis IOANNIS et GVIDONIS, ex quibus invicem convenerat, ut, ſi quis ex *Agnatis* ſuccederet, is *Homagium* praeſtaret. Atqui hinc novae ex Hannonia turbae; nova litium ſemina, 1°. a parte *Flandriae*, quod *Guido*, vel potius *Robertus* eius filius, *Zeelandiae* Comitatum ſibi vindicans, fratrem ſuum *Guidonem* hac terra inveſtiret, unde is poſtea *Zee-*
Prob. a. 1303. *landiae Comitem* multis ſe in Chartis ſcripſit. 2°. A parte *Hannoniae*, quod Ioannes II. tamquam Hannonius has terras iure ſucceſſionis paternae (quippe pater eius Margaretae Flandriae filius fuerat) ad ſe devolutas diceret, provocando ad Imperii ſententias in favorem Aveſniorum olim a Regibus *Wilhelmo*, *Rudolpho*, aliiſque ſuper Zeelandia, Waſia, reliquiſque terris Im-

(*g*) Vnde etiam hoc ius derivat Vir D. P. PAVLVS laud. Diſſ. p. 76. (*i*).

Imperialibus latas. Nimirum indice Charta inedita d. 4. Mart. 1299. IOANNES *Avesnius* in Comitiis Spirae habitis ab Imperatore ALBERTO, ut supra indicavi, obtinuerat *ut omnes sententiae Regis Rodulphi* de hac controversia *suo in robore permanerent*, *nisi contrarium* per legitima documenta a Flandris probaretur. Vnde ab hoc tempore alia eaque penitus nova quaestio coepit oriri, nempe ius *successionis hereditariae*, in Zeelandia, non amplius tamquam Feudum, sed tanquam Alodium avitum, a Margareta avia sua paterna derivandum; quod ius uterque urgebat. De hoc Flandrorum iure loquitur WILH. PROC. ad a. 1304. p. 562. *Guido* Guidonis *Comitis Flandriae filius*, *Iohannis primi Comitis Holl. avunculus* (*h*) *ad possessionem terrarum Hollandiae* [intellige *Zeelandiam*] *iure* SVCCESSIONIS HEREDITARIAE *aspirans collecto exercitu* ZELANDIAM *ingreditur*. — — *suorum verbis et scriptis* COMES ZELANDIAE *nuncupatur*. Longe vero clarius AEGID. DE ROYA, *Annal. Belg.* p. 49. ad a. 1303. cuius haec sunt verba: *Guido Comes Flandriae Guidoni filio suo Namurc. dicto tradidit ea*, *quae in Zelandia habebat*, *quae Ioannes Comes Hannoniae praeripere voluit*, *habens tutelam Ioannis Comitis Hollandiae*. — *Sed Iuvenis Guido reputans terram Zelandiae ad se devolutam*, *quam in se pater transportaverat*, *licet cognati essent*, *bellavere tamen invicem*, *et multis vicibus se laceravere*. Cf. OLIV. VRED. *Sigill. Com.* p. 89.


EXCVRSVS VII.

Reliquit nobis P. D'OVDEGHERST Chap. CXLII. fol. 235. vs. pacis ad a. 1306. memorandae articulos, ex quibus colligebat,

(*h*) Male haec carpsit MATTH. not. l. l.

EXCVRSVS VII.

bat, tria fuisse Controversiarum capita, quorum primum hoc erat, quod Comes *Robertus* ius petebat in Zeelandiam, iccirco quod Comes Holl. Ioannes I. sine masculo herede obierat; deficiente vero illo ex consuetudine feodali Zeelandia ad Dominum directum reverti debebat. Alterum quod Comes Flandr. suam petebat portionem in mobilibus et immobilibus bonis a Ioanne I. relictis. Citavit OVDEGERSTII verba Doct. MIERIS D. II. bl. 58. (1). ad eaque sequentia observat; quamquam haud ita recte: „ *Dees eisch*, inquit, *schynt niet ongegrond wegens de Bloedverwantschap van dezen Graaf van Vlaanderen*, ROBERT, *met Ian den eersten*, *Graaf van Holland*, *wyl Graaf Ian een zoon was van de zuster des Graven van Vlaanderen*, *en dus vry nader aan den zelven*, *dan de Graaf van Henegouwen* ". Res clarius patebit ex adiecto hoc schemate:



Ex

Videtis ex hoc Schemate, ſanguinis propinquitatem, quantum ad *matrem*, ſtare omnino a parte *Flandrorum*. *Guido* enim iunior *avunculus* erat Ioannis I. ex ſorore *Beatrice*; contra vero *Ioannes* II. per *Aleidem* Florentii II. amitam longius aberat. Verum aliud iubebant Leges Feudales, per quas quidem *Comitatus Hollandiae*, vel ad Imperium (*i*) vel ad Agnatum proximum devolvebatur: *Zeelandiae* vero *terra* non ex alodii, ſive hereditario, ſed ex *Feudali iure* ad directum Dominum, *Flandriae Comitem* poterat devolvi. Quae duo noſtrates non ſatis diſtinxerunt. Haec de Iure, quod Flandri petebant. Videamus quod Comes *Ioannes?* Is duplicem perſonam ſuſtinebat. Nam qua *Comes Hollandiae* ius in *feudum Zeelandiae* ſibi vindicare poterat, quatenus nempe, vel ex Prudentum reſponſo Pactum a. 1256.. inter *Florentium* et Margaretam poterat valere, quo ſtatutum, ut Zeelandia Occid. ad qualemcumque Comitatus Hollandiae *heredem* devolveretur, ea conditione, ut hic pro eo Comiti Flandriae ſolveret decem millia marcarum (*k*), modo hanc pecuniam ſolveret; vel ex pacto *Ioannis* I. cum *Guidone*; dummodo Homagium praeſtare ne detrectaret. Verum qua *Comes* Hannoniae, ac *Margaretae* Flandriae ex filio ne-

(*i*) Vti hanc ſibi etiam petebat Imper. ALBERTVS, inſtigantibus Zeelandiae Nobilibus, ut pluribus docuit LAMBACHER Disſert. Hist. Iurid. *de Imp. Alberti* I. *expeditione in Holl. ſuscepta a.* 1300. Ed. a. 1758.

(*k*) Si haec conditio ſola valuisſet, recte obſervavit V. D. P. PAVLVS Disſ. laud. p. 76. iustam tunc demum futuram fuisſe Flandrorum causſam, quando hanc pecuniam ſolvere recuſasſet Ioannes; et hanc recuſatam ſolum BVTKENSIVM T. I. L. IV. p. 356. narrare.

EXCVRSVS VII.

nepos, praeter Feudum etiam ſibi postulabat *Dominium Directum Zeelandiae*, nec Zeelandiae tantum, ſed et reliquarum Imperii terrarum, *Waſiae* nempe, *Alosti*, IV. *Ambactarum*: quae terrae Imperiales olim Patri ſuo Avesnio contra fratrem *Guidonem* a Wilhelmo Rege fuerant adiudicatae. Quid ſuper his in Comitiis Imperii tunc actum ſit; ſupra docui.

Novum bellum.

Verum, ut tunc erant tempora, praevalere arma legibus feudalibus coeperant. Et propterea ad manus ventum est, et a. 1302. atrox bellum in Zeelandia, in Hollandia, in Flandria, gestum; cuius belli exitus Flandris fuit prosper; quapropter quum totam is ſibi Zeelandiam, immo et partem Hollandiae armis occupasſet, pax ſociata est a. 1303. niſi potius *inducias* vocare malis: per quas, narrante WAGENAR. bl. 158. *Integra Zeelandia usque ad Moſam Guidoni Flandriae tradetur*, *ſola Zierikzea excepta;* i. e. multo potiora, quam de iure ſibi competebant; unde ingens Victoriae per Flandros reportatae momentum apparet. Disſimulavit haec quidem noſter PROCVRATOR p. 562. quando ſimpliciter ait: *Hollandiae Nobilibus-disſidentibus ſpecies quaedam treugarum* [cum] *Guidone conſtituitur, quibus cum ſuis* A TERMINIS HOLLANDIAE *ſegregatur.* Tacet vero *de Zeelandia.* Sed prodit ſtatim rem ſuam, quando p. 563. *Comes*, ait, *iste* [Hollandiae] *ſuper iniuria a Guidone in* POSSESSIONE ZELANDIAE *ſibi illata non modicum mente afflictus ſuos Hollandiae principes duxit conſulere —*, *armis induitur.* Vnde patet nostrum Comitem, non vero *Guidonem*, ut innuit WAGEN. bl. 158. et pluribus narrat STOKIVS B. VIII. vs. 497. ſqq. iterum arma cepisſe. Quae tamen facile concilias! Has *Treugas*

Zeelandia Flandris tradita.

gas ſive inducias, initas *ab Calendis* circiter *Iuniis A.* 1303. EXCVRSVS
adusque fere Aprilem inſequentis anni 1304. etiam memorat VII.
MEIER. ad A. 1303. p. 99. et *Chronyke van Vlaender.* D. I. bl. 436. STOKIVS vero, ſcriptor coaevus, *Pacem* nominat, et plures adiungit circumſtantias. En eius verba! B. VIII. vs. 441.

Ente VREDE de ghinc vort.
Alſo als ic hebbe ghehort/
So waſt beſproken zonder waen/
Dat DE VREDE ſoude ſtaen/
Na tontſegghen / maenden viere.
Aldus waſt beſproken hiere/
Eñ beſeghelt alſo wale.

— — —

En her Ghy ſoude/ voer ſyn deel/
Al toter MASEN hebben ZEELANT.
Die Grave ſoude hebben in hant
Sine porte van Sirixe:

— — — — — —

Dus ghevielt/ dat weet ic wale (*l*).

Idem verbis diſertis confirmat alter coaevus ille, LOD. VAN VEL-

(*l*) Rem ipſam optime explicat WAGEN. l. l. Contra ad haec STOKII verba, vs. 458. nuperus STOKII Editor notavit ſequentia: „*Ook werdt gansch Zeeland tot aan de Maaze toe aan Guy* GEENSZINS AFGESTAAN. *Dan waar 't uitgeweest, en Guy hadt zich Graaf van Zeeland mogen noemen. Doch ver van daar. 't Was geen afſtand*". Et tamen ſic STOKIVS. Et *Guidonem* revera ſe vocaſſe *Comitem Zeelandiae*, in contextu p. 381. docebo, remque confirmat PROCVRATOR p. 562. adde. p. 563. *Comes ſuper iniuria a* GVIDONE IN POSSESSIONE ZELANDIAE *ſibi illatæ non modicum mente afflictus, ſuos* *Hol-*

EXCVRSVS VII. VELTHEM *Spiegel Histor.* Cap. LXV. p. 299. qui scripsit usque ad a. 1316.

Daer na
So ginc AL ZELANT, als ic 't versta/
Myn Her GI die in hant.
Dus so haddi al dat lant/
Zonder Zierikzee die port;
Ende wilden met hem niet accort
Houden/ noch hem oec opgeven;
Sine worden anders toe bedreven.

Quae verba simul docent, *Zierikzeam* propterea exceptam, quod ipsa se nisi armis coactam tradere nollet. IO. A LEID. *Chr. Belg.* L. XXVI. bella et pugnas scribere solitus, de caussis tamen politicis crebro silet. Exstat in *Archivis Namurc.* Charta, a. 1303. qua Medioburgenses tradunt *Guidoni* Domino *Zeelandiae* portas suae urbis; quae ad hoc tempus referri debet. Ab hoc tempore GVIDO, alter Guidonis filius, *Comitem*

Hollandiae Principes duxit consulere. Pergit porro: *'t Was ook eigelyk geen* VREDE, *maar een Bestand, een stilstand van Wapenen* etc. Et tamen STOKIVS *Pacem* nominat vs. 441. 444. 472. 482. 485. 501. 538. 541. *dat de vrede soude staen, na 't ontsegghen, maenden viere,* quae optime WAGEN. l. l. bl. 158. explicat; *Zo 't Verdrag, van de eene of de andere zyde, verbroken werdt, moesten 'er, vier maanden,* NA 'T ONTZEGGEN, (dat is, na 't verklaren van den Oorlog,) *verloopen, eer men de vyandlykheden beginnen mogt.* Has *pacis* conditiones, scriptas Sigilloque munitas esse, docet idem vs. 446—453. immo vs. 484. inquit:

Men dede dat ghescrifte lesen/
Hoe de vrede was ghegheven
Eñ beseghelt: DUS EIST BLEVEN.

tem Zeelandiae fe fcribere coepit. *Robertus* nempe Comes Flandr. a patre has terras a. 1299. acceperat; fed poftquam GVIDO caufsam fratris armata manu tantopere promovisfet, videtur is titulum in *Guidonem* transtulisfe; etfi MEIERVS p. 98. a. 1303. iam antea id ab ipfo patre factum esfe, narrat, poftquam *Robertum* Comitatui Flandriae praefecerat. Quidquid hoc est, accepit GVIDO minor Zeelandiam totam, *a Mofa* ad *Heedenfee*, in proprietatem five dominium a patre; eamque armis fibi vindicavit. Chartae, in quibus fe *Comitem Zeelandiae* fcripfit, fuperfunt, easque vide ad a. 1303. 1307. et 1309. Idemque confirmat WILH. PROC. p. 562. *fuorum*, inquit, *verbis et fcriptis Comes Zelandiae nuncupatur* (*m*).

EXCVRSVS VII.

Probb. 1303.

Verum haud diu Pax ftetit; et infequente anno 1304. atrocius bellum exarfit, Flandris ante omnia in id incumbentibus, ut et *Zierikzeam* Dominio fuo adiicerent; Hollandis contra, ut Flandros tota Zeelandia expellerent. Rem pluribus narratam a WAGEN. D. III. bl. 168. fqq. MEIER. *Ann Fl.* h. aa. *Chronyk van Vlaander*. D. I. bl. 439. fq. non repetam. Ad has autem turbas refer Chartam, quam fervo, qua *Ioannes* Dux Brabantiae revocat Privilegium Zeelandis in Flandria exiftentibus datum de *arreftandis* bonis inimicorum Hollandiae et Zeelandiae, propterea quod bona Mercatorum ipfosque Mercatores detinuerant.

Novum bellum.

Probb. 1304. d. 13. Mart.

§. XXIV.

(*m*) Negat haec quidem Vir. Ill. ad STOK. in Add. ad D. III. bl. 464. fed fruftra.

EXCVRSVS VII.

§. XXIV.

Wilhelmo III. Defuncto d. 22. Aug. a 1304. Ioanne II. Com. Holl. Successit WILHELMVS III. Comes Hannon. Holl. Zeeland. Eo Comite pax sociabatur inter Francos Flandrosque mense Iun. a. 1305. adiecta hac conditione, ut omnes federati utrarumque partium hac pace comprehenderentur, *excepto Comite Hollandiae, quantum attinet ad Hollandiam et Zeelandiam* (n). His Wilhelmus, circumventus, agere circumspectius coepit. Neque enim ex pacto a. 1297. inter IOANNEM II. et Regem Franciae inito, sine Regis Franciae permissu pacem facere cum Flandris licebat (o), Rex tamen id non curaverat. Curabat tamen Wilhelmus, adeoque impetrata ab Rege licentia, cuius Charta, 9. Iul. exstat in MIER. D. II. bl. 57. (p), *Arbitri sumti.* sumti sunt Arbitri, a nostra parte *Guido Episc. Trai.* et GVALTHERVS *Magister Equit. Francorum*, a parte vero *Roberti* Com. Flandr. *Ioannes* et *Guido* de Namurco, ex Charta d. 13. Iun. 1306. apud MIER. D. II. bl. 57. Quibus de arbitris agens D'OVDEGHERST Chap. CXLII. fol. 235. vs. observat tres fuisse primarias quaestiones, de quibus supra obiter, sed quas nunc ipsis verbis referam: *Par le contenu de laquelle submission semble que leur different gisoit en trois poincts.* §. 1. *Par le premier, le susdict Comte Robert pretendoit sa part*

(n) MEIER. a. 1305. p. 109. Cf. WAGEN. D. III. bl. 185.

(o) Vid. WAGEN. D. III. bl. 186.

(p) Bis eamdem dedit Chartam MARTEN. *Thes. Anecd.* T. I. p. 1341. et in *Collect. Ampl.* T. I. p. 1415.

part droict et action en aucuns fiefs en Zelande tenus de Flandre, soubs pretext, que le Conte Ioan d'Hollande estoit terminé sans hoir masle de son corps, et que par les coustumes feodales dudict Zelande les fiefs en deffaut d'hoir masle, retournent au Seigneur. §. 2. Le deuziesme poinct ou article gisoit en ce, que le Conte de Flandre demandoit sa portion en plusieurs terres votieres, demain ferme, gisants en Hollande et Seignorie de Frise, — delaisfez par ledict Conte Iean. §. 3. Spectat ad terram Lesfinensem. EXCVRSVS VII.

Convenerat autem inter Flandriae et Hollandiae Comites (die Lun. post S. Barnab. a. 1306.) *in Arch. Namurc.*, ut a tempore suae consociationis omnis controversia et simultas cesfarent. Prob. h. d.

Iusfu Comitis nostri tunc etiam aestimata sunt damna, quae urbes nonnullae a Flandris acceperant, quae exhibentur in literis Vrbium *Schiedam*, *Dordrecht*, *Montis S. Gertrudis*, *Harlemi*, etc. apud MIER. D. II. bl. 58—60. *Mais l'on ne trouve*, pergit D'OVDEGHERSTIVS, *que riens en fust dict par les subdict arbitres;* cui iungas WAGEN. l. l. bl. 186. addentem, haec omnia agitata nihil effecisse, praeter *Inducias* per quatuor annos tenendas a. 1306—1310. Cf. MEIER. a. 1306. In causfa videtur fuisfe immatura mors *Guidonis* Episcopi. Hoc enim IO. A LEID. *Chron. Belg.* L. XXVII. C. 5. aliud agendo insinuat. Verum quando in coronatione Regis Rom. HENRICI. Aquisgrani d. 6. Ian. 1308/1309 sollemniter celebrata utrique Principes ROBERTVS *Flandriae* et WILHELMVS *Hannoniae* et *Hollandiae* Comites adesfent, novi Regis intercesfione novae induciae sunt initae, duraturae inde a die 7. Ian. 1309. usque *ad octavas Paschatis proximi*, teste Charta in MIERIS D. II. bl. 71. f. Induciae initae.

EXCVRSVS VII. 71. f. Quae tamen induciae aliquanto diutius durasse vel certe protractae esse videntur. Hoc colligo ex eo, quod in *Registris Hollandiae* (apud D. DE GRYPSKERKE *MS. Zeel.* p. m. 146.) dicuntur exstare adhuc duae Chartae, quarum per alteram *Comes Wilhelmus* feria IV. ante Domin. Nativ. a. 1308. reconciliatur cum *Nobilibus de Borselen*; per alteram *postridie Dom. Nat.* a. 1308. cum *Dom. de Cruiningen*, qui tamen partes Flandricas sectati erant. Verum tandem a. 1310. his omnibus inimicitiis Pax intervenit, quam memorant omnes, cum *Flandri* tum *Hollandi* scriptores; cuius hae fuerunt conditiones:

Prob. hh. dd.

Pax facia-ta.

Prob. h. a.

1. Vt Wilhelmus Comes Hannon. et Holland. Insulas Zelandiae in fide et clientela Comitum Flandriae possideret, pro quo fratri Comitis Roberti GVIDONI tantum assignaret annui reditus, quantum eae insulae valerent.
2. Vt omni renunciaret iuri, quod in IV. *Officia* ac *Wasiam* se habere contendebat.
3. Vt reciperet restitueretque, quotquot Nobiles ex Zeelandia expulsi essent propter partes Flandricas, eisque aut eorum heredibus bona, fisco addicta vel aliter ablata, restitueret. Vid. WAGEN. p. 190. ex MEIERO ad a. 1310. qui addit, *nostrum Comitem inermem ad Robertum in castra Flandrorum cum nobili comitatu, flexoque altero genu fidem ac iuramentum illi praestitisse de Walacris omnibusque Zelandicis Insulis.* Add. D'OVDEGHERST Chap. CXLIII. et ex his MIERIS II. p. 116. sq. Dati sunt ab *Wilhelmo* Com. obsides *Ioannes de Namurco*, aliique primi ordinis Nobiles.

biles. Et hinc lucem accipit alia Charta Mens. Aug. a. 1310. Tornaci data, qua filii Comitis Flandr. inter se pactum de dividendo fecere, in quo praeter alia hoc cautum legitur: *Que les Contes d'Haynaut feront homage au Comte de Flandres, des cinq Isles de Zeelande, assavoir Walcheren, Zuydbev., Noordbev:, Borselen, Wolphartsdyck, tout ce qui est entre Hedenzie et l'Escaut.* EXCVRSVS VII. Prob. h.m.

Ex antedictis autem satis apparet, WILHELMVM Com. Holl. summa necessitate coactum in has pacis conditiones consensisse; eaeque angustiae in caussa fuisse videntur, cur haec pax per V. annos duraverit, nempe ad a. 1314. quando iterum bellum et novae turbae coörtae sunt, quibus non immorabor. Res gestas satis superque memorant ex Nostratibus BEKA p. 108. WILH. PROCVR. ad a. 1314. LVD. VAN VELTHEM, *Spieg. Histor.* bl. 384—389. WAGEN. D. III. bl. 200. E Flandris MEIER. a. 1315. ac reliqui. Conf. Vir. D. P. PAVL. Diss. saepe laud. p. 84. Describitur autem WILHELMVS a Flandris tamquam fedifragus, utpote qui in gratiam Regis Francorum, cuius sororem *Ioannam* in matrimonio habebat, quique tunc cum Flandris bellum gerebat, pretio conductus pactum fregerit, ac Flandriam terra marique contra pacti tabulas, ante quinquennium sancitas, infestarit; quamquam nihil effecit et inglorius redire coactus est. Probe autem curabant Flandri Feudum suum a Rege German. confirmandum. Quod satis probat Charta HENRICI Regis German., qua declarat, *Robertum* Com. Flandr. *Guidonis* filium natu maiorem a se et Imperio in Prob. Feudum recepisse *terras de Waas, Alost, quatuor Ambactas,* 1315. d. 3. Mai.

EXCVRSVS VII. *et Zeelandiam Occidentalem.* *Philippus* quidem Rex seu Procurator Franciae quando a. sq. 1316. cum Flandro pacem fecit, teste MEIERO h. a., ad sopiendas lites nonnihil tentavit, hac interiecta reliquis conditione, *ut controversia inter Flandrum et Guilielmum nostrum, arbitrio eius decidenda, committeretur.* Tentavit etiam pacem biennio post Rex Angliae, missis die 7. Dec. a. 1318. Legatis ad pacem componendam, qui multis Comites aliosque commonuit, in literis, quae habentur apud MIERIS D. II. bl. 202, 203. sed omnia frustra.

Prob. h. d.

Tandem d. 2. Iun. 1320. Parisiis pace inter Flandros Francosque firmiter sociata, inter hos convenit, ut discordiae inter *Comites* per arbitrium Regis Francorum componerentur. Vid. MEIER. a. 1320. Atque ita res post longas moras ac tergiversationes, mortuo ROBERTO Flandriae, mortuo etiam PHILIPPO Franciae Principe, arbitro sedente Rege CAROLO, sub LVDOVICO Nivernensi, Comite Flandriae, d. 6. Martii a. 13$\frac{22}{23}$. tandem aliquando ad finem optatum perducta est; atque ita omnis controversia, omnia bella, quae tam vehementer tot per annos flagraverant, sopita sunt atque diremta. Exstant summa Pacis acConcordiae capita apud MIERIS D. II. bl. 275. apud MEIER. ad a. 13$\frac{22}{23}$. P. D'OVDEGHERST Chap. CXLIX. p. 246. vs. DV MONT *Corps. Dipl.* T. I. P. II. fol. 52. et hinc apud WAGEN. D. II. bl. 202. sqq. Verum hactenus integrae Pacis Tabulae nusquam sunt productae; quas propterea ex *Archivis Insulensibus*, ubi in *Originali* cum *Sigillis* adhucdum prostant et a me visae sunt, nunc demum in publicum producere mihi contigit, adiuto summa humanitate Archivarii,

GODE-

GODEFROY, quarum argumenta ac Conditiones has habete: EXCVRSVS VII. Prob.
Testantur in limine *Comites*, fuisse inter se suosque progenitores dissidia bellaque *de Pecuniis*, *de Homagiis*, *de Terris*, *de Dominiis*, aliisque controversis caussis, quas cunctas hac pace sopitas volunt, hisce Conditionibus: 1323. d. 6. Mart.

§. 1. Quum WILHELMVS Comes Hannoniae de terra Zeelandiae Homagium deberet LVDOVICO Comiti Flandriae, eoque denegato, terra ad ipsius Dominium redire deberet: Comes Flandriae pro se suisque heredibus et successoribus renunciat omni homagio, omni proprietatis iuri, omni Dominio; imponit silentium successoribus; reddit omnes Chartas, easque irritas penitus declarat.

§. 2. Quae per mortem Comitis Ioannis I. ad se redire debuissent, sive *Mobilia*, *Acquisita*, *Catella*, etc. *terraeque* Domini *Io. de Renesse*, aliaque; ea omnia de iure erunt Comitis Hannoniae et Holland. sine ulla reclamatione, pro se suisque; plenamque de iis sustinebit *Warandiam*.

§. 3. LVDOVICVS Comes Flandriae remittit WILHELMO Com. Hann. omnia debita et obligationes, quibus ille eiusque decessores tenebantur, sive de poenis, forefactis, sive quocumque debito. Eadem WILHELMVS LVDOVICO remittit.

§. 4. Quum WILHELMO ius esset in terras et Comitatum *Alostanum*, *Gerardi Montem*, *Wasiam*, *et quatuor Ambactas*, de quibus multas haberet literas, iudicia, sententias, confirmationesque: renunciat penitus omni in illa dominio, iuri, actioni, sine ulla reclamatione. Et quidquid iuris, actionis, literarum etc. habeat a Regibus Germaniae, Electoribusque, promittit

EXCVRSVS VII. mittit tradere LVDOVICO, irritaque omnia declarat. Amboque ad Regem Germaniae se conferent, curaturi, ut revocet irritumque declaret, quidquid hac de re antea actum est. Flander autem coram Rege renunciabit Homagio *Zeelandiae*, et omni in illam iuri. Idem faciet WILHELMVS Hollandus ratione iuris in *Gayennas de Cameraco.*

§. 5. Dom. IOANNES de Flandria manebit possessor de *Creyecoeur*, *Alloues*, et *Castellania Cameracensi.*

§. 6. De Controversiis super terris de *Lessine* et *Flobeque* sex arbitri decident: aliaque constituuntur; quae quoniam ad rem et Historiam nostram non pertinent, propterea hic pluribus recensere omitto.

§. 7. *Comites* sollemniter iurant, si quid, propter ante dicta, in posterum dissideant, se nullum bellum nec arma moturos, sed rem senis arbitris seu viris prudentibus, quorum 4. suffragia rem decident, commissuros. Si controversia spectat ad *Hannoniam*, Comes Hannon. mittet suos in *Aath*, Comes Flandriae in *Gerardi montem*; si ad *Hollandiam* vel *Zeelandiam*, mittet Comes Holl. arbitros in *Rillant*, Comes vero Flandriae in *Saftingen.* Nec inde ante abibunt, quam lites erunt compositae.

§. 8. Omnes terrae, sive Feuda, sive Patrimonia, exulum Hollandiae et Zeelandiae, qui partes Flandricas unquam foverunt, manebunt publicata et in ius reducta Comitis Holland. Si quid autem restitui vel resarciri debeat, resarciet Comes Flandriae. Pro iisque Comes Holl. dabit una vice Comiti Flandriae summam L. 30000. Paris. ¼ partem die nat. Christ., reliquas partes singulis post annis eodem tempore. Redibuntque Exules in sua quisque bona. §. 9.

§. 9. Quicumque ex *Valencenensibus* Comitem Flandriae adiuverint, in sua redire poterunt. EXCVRSVS VII.

§. 10. Quicumque in exilium ab utroque Comite eiicientur posthac, non admittentur invicem; sin minus, hi poenam sustinebunt eam, qua affecti in sua regione fuissent.

§. 11. Indigenae utrimque, i. e. qui natales reapse, in his Comitatibus, habuerunt, poterunt redire in ea bona, quae in alterius iaceant Comitatu.

§. 12. Mercatura ab utraque parte per mare et terram erit libera, salvis teloneis aliisque iuribus hactenus exigi solitis.

§. 13. Comes uterque invicem remittent omnia damna, praedas, rapinas; promittuntque mutuam opem contra omnes, excepto Rege Franciae, Domino suo; Pacemque pro se ac successoribus super S. S. Euangeliis iurant se observaturos; et omni renunciant iuri, exceptioni, calumniae, speciatim exceptioni non observatae cuiusquam conditionis, a successoribus faciendae.

§. 14. Quo firmius autem haec Pax observetur, cavit WILHELMVS, ut haec confirmarent Vrbes *Valencenae*, *Mons*, *Maubeuge*, *Binch*, *Dourdrect*, *Zierxee*, *Mydelbourg*, *Delf*, *Leyden*, et *Harlem*; LVDOVICVS, Vrbes *Gand*, *Bruges*, *Ypre*. Quod si alteruter Comes has pacis conditiones observare in posterum detrectet, nullum hae auxilium nec consilium deficienti praestare parti tenebuntur. Quorum in fidem ambo Comites Sigilla sua appenderunt; nec non et urbes supra dictae. Dat. Parisiis d. 6. Mart. a. 13$\frac{22}{23}$.

De sollemni hac Pace et mutua Terrarum cessione SANDER. *Flander. Ill.* T. I. p. 65. b. ita emphatice loquitur: *Insulas* *Zelan-* *Omnis belli causa tollitur.*

EXCVRSVS VII. *Zelandicas Valincenasque* [Ludovicus] *a Galliae Rege persuasus* GVILLELMO *Hannoniae Hollandiaeque Comiti a.* 1322. *perpetuum cessit, magno Flandriae haeredumque damno atque iniuria.* Cf. WAGEN. D. III. bl. 204. Verum non video, quid damni hinc Flander tulerit prae Hollando. Cesserunt uterque iura; retinuerunt uterque bene multa, ob quae diuturna olim bella, multae clades, multae impensae et damna, eaque, haud facile nisi mutua cessione, prohibenda.

Hanc Pacem autem, ut in Charta promissum, LVDOVICVS Imperator Germaniae d. 3. Mart. a. 1324. confirmavit; quam Chartam ex *Hollandiae Camera Feudali* produxit MIERIS. Atqui haec Confirmatio eo magis observari meretur, quod vi huius Chartae deinceps illae Regiones sine medio (immediate, ut vocant,) sub Imperii tutelam venerint, atque in feudum ab Imperio relevatae sint. Postea hoc Pactum denuo sub ALBERTO BAVARO Com. Holl. confirmatum a Flandris videtur, argumento Chartae Dordracenae a. 1358. (*q*) per quam haec urbs in commodum Ducis *Alberti* asservaturam se promittit *enen brief van confurmacien van den graue van Vlaenderen op sulke verbande als voertyds tusken onsen heren grauen te Holland ende den grauen te Vlaenderen gheweest hebben.* Et sic tandem atrocissimae illae de *Zeelandia*, quam ab hac parte *Flandri*, ab illa parte *Hannonienses*, suam esse contendebant, controversiae sunt sopitae.

Prob. h. 6. *Pacem confirmat Imperator.*

Quod autem Comes WILHELMVS §. 3. renunciat iuri, quod *in Alostanam*, WASIANAM, *IV. Officiorum et Gerardi-Montis*

Vnde orta quaestio de WASIA.

(*q*) VAN DE WALL *Handvest. van Dordr.* bl. 259.

tis ditiones se habere contendebat: iam olim haec Renunciatio nostrates in fraudem induxit, quasi respiceret ad vetustiorem illam *de terra Wasia* seu *Wasda Foresto* contentionem, supra p. 175. sqq. Quod omnes crepant. Verum falluntur egregie. Huius iuris praetextus, sive quaestionis, nulla in prioribus Chartis exstat mentio, nisi post transitum in familiam Hannoniensem ex Pacto a. 1310. cum Comite Hannoniae inito. Neque apud priores Hollandiae Comites, ex priore Domo ortos, unquam ea de re lis agitata est. Praeterea, si vera esset super *Wasia* querela, eaque Hollandiae Comites, qua Hollandiae, tetigisset, simpliciter tunc illa *Wasiam* spectasset; quum haec WILHELMI III. iuris postulatio se extendat etiam ad *Alostanam* et *Geraldimontanam* ditiones. Immo non perceperunt Nostrates, WILHELMVM III. has in terras iura praetendisse minime ut *Hollandiae*, sed ut *Hannoniae* Comitem. Rex enim WILHELMVS II. Com. Holl. terras *Wasiam*, *Alostum*, *Quatuor Officia* et *Geraldimontem* in Comitiis Imperii, non sibi, Comiti, sed Margaretae Flandricae ademerat, dederatque *Ioanni* Comiti Hannoniae, fratri suo ex sorore; atque insecuti postea Reges hanc donationem confirmarunt IOANNI, *Ioannis* Avesniae *filio* cognomini, patri *Wilhelmi* huius III., tunc Hannoniae, ac deinde Hollandiae etiam Comiti; qui postquam *Hollandiae Comitatum* cum *Hannoniae* a. 1299. iure hereditario coniunxit, non omisit hoc suum ius in dictas Terras prosequi: id quod demum filius eius WILHELMVS amica nunc pactione missum fecit, substituta eius in locum proprietate et omni iure *in terras Zeelandicas*. EXCVRSVS VII.

Et hinc sola ratio latet, cur demum sub IOANNE II. et WILHEL-

EXCVRSVS VII. HELMO III. mentio huius iuris in terras illas, imprimis in *Wasiam*, occurrat. Hinc porro Hannoniae etiam Vrbes Chartam sigillis suis firmarunt; eademque pax alias continuit Conditiones, quae ad *Hannoniam* propius spectant. Et hinc recte, quando WILHELMVS noster cum ROBERTO Flandro novum praelium iniret, teste MEIERO ad a. 1310. *hoc bellum* SEPTVAGINTA *amplius per intervalla annos in morem Hydrae tenuisse dicitur*: nempe ab a. 1248. quando WILHELMVS Rex Margaretae Flandriae infestior has Terras, Flandris ademtas, Hannoniensibus tribuere destinabat. Et sic Rex Germ. LVDOVICVS diserte in Charta confirmatoria a. 1324. l. l. dicit, *discordiam fuisse* --- EX EO, *quod Comites* (Flandriae) *sibi petebant fieri homagium a Comitibus* HANNONIAE, *de pluribus insulis in Comitatu* ZELANDIAE.

Quaestio de Zeelandia. Secundo loco, mecum observate, controversias inter *Flandros* et *Hollandos* de *terra Zeelandiae* agitatas, longe diversi fuisse generis inde a tempore MARGARETAE Flandricae et WILHELMI Regis et Com. Holl., quando nempe WILHELMI soror ALEIDIS nupsit IOANNI Comiti Hannoniae, filio Margaretae, quae huic filio male volebat: orta nempe quaestione inter Margaretae liberos ex duabus nuptiis procreatos. Quam rem quum accuratius explicare non possim, quam ante me explicuit Nob. Vir GRIJPSKERKE *in Descript. Zeeland.* MS., hinc in Probb. locum integrum dabo; unde simul patebit, falsa esse, quae de *Ioanne Comite* II. Hollandiae, tamquam ex patre spurio prognato, circumferuntur. Vti iam observavit H. D'OVTREMAN (*r*). Haec

Prob. a. 1252. d. 26. Iun.

(*r*) *Hist. de Valent.* L. II. Chap. v. p. 140. *Elle s'efforça de les declarer seu, contre tous droict & Raison, & bastards, & les exclure de toute succes-* nom-

Haec obſervatio lucem, opinor, conciliabit multis rebus hactenus denſâ caligine obrutis. Nec tamen quidquam cuiusquam iuri derogat; ſiquidem, iam inde a FLORENTII V. tempore, ZEELANDIA peculiaris *Comitatus*, a reliquis terris ſeparatus ac diſtinctus, esſe coepit, et tamquam talis in hunc usque diem eſt agnitus, quem *Comites* ex ſecunda et ſequentibus familiis oriundi inter reliqua *Hollandiae*, *Friſiae*, *Flandriae*, *Burgundiae*, *Auſtriae* Dominia, et *terras hereditarias*, ſeparatim posſederunt, donec rebus omnibus turbatis Septem Federatae inter ſe Provinciae, in iisque etiam *Zeelandia*, a. 1581. *Comitem* ſuis posſesſionibus eiecerunt, et a. 1648. per Pacem Westphalicam Septem harum Provinciarum ſeparatio a reliquo corpore rata facta, earumque Superioritas ſine ullo medio, etiam a. S. R. Imperio, agnita et confirmata est, ut ſatis notum est. EXCVRSVS VII.

Et ſic abunde docuisſe mihi videor, *Zeelandiam Occidentalem* primo accesſisſe Hollandiae Comitibus in *Feudum* ipſis cum Flandris *commune;* deinde in Feudum *purum;* denique per bellum propter Homagium inter *Wilhelmum* Regem et *Margaretam*, in *ius proprietatis* ſive *Dominium* concesſisſe. Reſtaret, ut indicarem, factum hoc esſe *ſalvo* HOMAGIO Imperatori et Imperio Romano praeſtando. Verum hac in parte otium mihi fecit Vir Nobilis L. B. IO. DE MEERMAN, qui egregiam hac de re Disſertationem ſcripſit, cui titulus: Disſert. Iur. Publ. inaug. *De ſolutione vinculi, quod olim fuit inter S. R. Imperium et Foedera-* Concluſio.

nommément contre les loix & couſtumes de Flandres, & de Valent., qui ne font pas de difference entre les bastards et legitimes pour le regard des Meres.

EXCVRSVS VII. *derati Belgii Respublicas.* Ne tamen haec Historiae particula, quam alibi pluribus exsequar, hic penitus insalutata abeat; nunc modo respice ad omnes illas Chartas, quas supra Cap. III. et IV. excitavi, imprimis vero ad Imper. RVDOLPHI Chartas, die Prob. h. d. 8. Maii a. 1290. Addantur res a Nobili Zeelando IOANNE DE RENESSE in aula Imperatoris ALBERTI gestae, de quibus affatim egit V. D. LAMBACHER in Dissert. *de Expeditione Alberti Imperat. in Holland.* ad vindicanda iura Imperii a. 1758. donec tandem d. 25. Nov. A. 1314. *Ludovicus* (s) Rex German. renunciavit *omni iuri*, *quod in Comitatibus Hollandiae*, ZELANDIAE, *et Dominatu Friziae* habuit, SALVO *tamen sibi et Imperio* HOMAGIO *debito pro iisdem.* — Quod iterum confirmavit *Ludovicus* Rex d. 2. Mart. 1324. quando *omnia et singula privilegia*, *libertates*, *concessiones*, *et iura progenitoribus* (Wilhelmi) *aut sibi a nobis vel ab aliis Rom. Imperatoribus concessa confirmavit et approbavit.* Idem fecit Imper. Fredericus a. 1442. Idem alii, quibus nunc non insisto.

(s) Vid. MIERIS *Charterb.* D. II. bl. 145. et bl. 335.

EXCVR-

EXCVRSVS VIII.

DE CONDITIONE OOSTERGOAE ET WESTERGOAE, SVB WILHELMO I. FRATRE THEODERICI VII. COMITIS HOLLANDIAE.

Ad Chronic. a. 1198. p. 111. 162.

WILHELMVS, frater THEODERICI VII. Comitis Hollandiae, ex terra ſancta redux, cum fratre ſuo, Hollandiae Terras adepto, non bene conveniens, et contentiones reciprocans, captis arbitris matre *Ada*, et patruis *Balduino* Epiſcopo, *Theoderico* maiore Praepoſito, et *Ottone*, Comite de Benthem, in gratiam redierat, et paternae hereditatis portioni renunciaverat, tribus conditionibus, quarum prima erat, ut THEODERICVS *Comes* fratri quotannis ſolveret 300. L. argenti ex teloneo *Geerylietano*; altera, ut Homagium Theoderico fratri faceret pro Comitatu *Friſiae Orientalis*; tertia, ut relictis Hollandiae finibus ad conceſſam ſibi *Friſiam* commearet. De prima et tertia Conditionibus ſatis dixi ad CHRONIC. p. 161, ſqq. De ſecunda hic agere deſtinaveram. EXCVRSVS VIII.

Quo clarius autem omnis rei geſtae ſeries percipiatur, nonnulla de Comitatus poſſeſſione praemittenda eſſe videntur. Praeteritis iis, quae de avita *Friſiae libertate* a Carolo Magno ſeculo IX. conceſſa (*t*) Scriptores narrant; ſatis conſtat, hanc Fri- *Friſia inter Fievum et Lavicam.*

(*t*) De hac Libertate dicam *Diſſert. Critico-historica* V.

EXCVRSVS VIII. *Frisiae* partem, quae *Orientalis Frisia*, vel aliis nominibus *Oostergo*, *Westergo*, forte et *Stavora* ditio, vocatur, et olim *Frisia inter Flevum et Lavicam* audiebat, regnante Ludovico Pio Caroli M. filio sub *Ducatus* formula fuisse cognitam, et ex Francorum imperii more in *Pagos* distributam, suosque a parte Francorum habuisse Comites (*u*). Res postea gestae spisfis nebulis obvolutae iacent, donec seculo XI. clariora apparent. Non hic taxabo HEDAE narrationem, p. 131. testantis, GODEFRIDVM Lotharingiae Ducem seculo XI. medio, quando Hollandiae praeerat, *Orientalem* sive ulteriorem *Frisiam* suae subiecisse ditioni, et quatuor annos quiete posfedisse (*v*); neque urgebo eiusdem HEDAE testimonium p. 138. ubi narrat, EGBERTVM Marchionem Saxoniae Comites Hollandiae ex orientali Frisia violenter expulisse; quod recte negare videtur BVCHELIVS (*x*). Ad clariora propero. Nimirum posfederat ante a. 1086. EGBERTVS Marchio Saxoniae, praeter multa alia bona (*y*), *Comitatum Oostergoae et Westergoae*, ab Imperatore iure feudali. Hoc liquido constat ex Charta HENRICI Imp. a. 1086. d. VII. Id. Febr., qua Imperator narrat, EGBERTVM Marchionem ob repetitam rebellionem *manifestum Imperii hostem* esse

Prob. a. 839.

Posfesfa ab Egberto Marchione.

(*u*) Vid. *not.* (1) ad Chart. a. 839: d. 24. Iun. in Cod. Probb. p. 1—3.

(*v*) Recte animadvertit BVCHEL. ad HED. p. 134. (*f*) *ulteriorem* tantum dici, habito respectu ad citeriora, ad eam nempe Hollandiae partem, quae erat extra insulam Dordracensem. Eadem dicta sunto de HED. p. 138. c. not. (*c*). Quippe HEDA saepe perperam hanc pro *Orientali Frisia* accepit, quae hodierna est *Noordhollandia*, *Westfrisia*, vel etiam *Rijnlandia.*

(*x*) Vid. p. 138. (*c*) cum eoque WAGENAR. *Vad. Hist.* B. VII. D. II. bl. 193.

(*y*) In his *Comitatum de Staveren*, arg. Chart. apud HED. p. 139. Comi-

tat-

esse declaratum (z); „ praedia vero eius, et quae ab ipso ha- „ buerat Beneficia Imperiali potestati esse adiudicata "; quibus e bonis nunc „ quemdam COMITATVM FRESIAE nomi- „ ne OSTROGOWE et WESTROGOWE cum omni iure et „ utilitate, quam EGGEBERTVS in hoc Comitatu habuit, in „ proprium (a) " tradidit CONRADO Episcopo Traiectensi. Anno seq. EGBERTVS, Imperatori reconsiliatus, ab eodem recuperavit bona sua sibi ob *feloniam* ademta, vehementer in- dignante CONRADO Episcopo. Sed EGBERTVS deinde ite- rum adversus Imperatorem insurgens, pugna infeliciter pugnata, privatur denuo omnibus illis bonis, quae antea sibi restituta erant. „ Exstat, inquit BVCHELIVS ad HED. p. 140., aliud „ quoque Diploma eiusdem Imperatoris de eadem donatione „ [Comitatus Frisiae] in quo omnem cum Egberto historiam „ plenius enarrat, et ut Comitatum praedictum Egberto abla- „ tum et Traiectinae Ecclesiae datum, eidem Marchioni, ve- „ niam petenti, invito Conrado Episcopo, iterum restituerit; „ et hinc eidem ad priorem infidelitatem relapso, iterato ade- „ merit, ac Ecclesiae tandem stabiliter reddiderit, recenset. „ Datum a. 1089. " Edidit singularem hanc Chartam A. MAT- THAEVS

EXCVRSVS VIII.

Data Episcopo Traiectino.

ei ablata.

iterum tradita.

catum *de Islegouwe*, ib. BVCH. p. 140. et Charta a. 1086. d. 3. April. apud DVMBAR *Daventr. ill.* p. 444.

(z) Res gestas EGBERTI hic persequi, meum non est. Strictim has recensuit V. D. WAGEN. *Vad. Hist.* B. VII. D. II. bl. 193. sqq.

(a) Sic emendatius verba profero ex *MS. Donationum Imperial. Eccl. Trai.* fol. XXXVIII. vs. Chartam habet HEDA p. 139. cf. G. F. *Baron thoe* SCHWARTZENBERG *Groot Placaat- en Charterboek van Vriesland* D. I. bl. 67. et MIERIS *Chart.* D. I. bl. 73.

EXCVRSVS VIII. THAEVS not. *ad Anon. Trai.* p. 102-104. postea etiam MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 73. et SCHWARTZENBERG *Charterb. van Friesland* D. I. bl. 68. Poſſedit deinde Eccleſia Traiectina hunc *Comitatum* quiete, cumque a. 1092. in Feodum dediſſe legitur cuidam fideli ſuo *Adolfo de Fronenberg* (*b*). Postquam vero LOTHARIVS Imperatoria dignitate a. 1125. ornatus est, PETRONILLA Comitisſa Holland., eius ſoror uterina, a fratre Lothario a. 1129. obtinuit, ut is hunc Comitatum Eccleſiae Traiectinae ablatum Comiti Hollandiae donaret; quae donatio multarum inter Traiectinos et Hollandos inimicitiarum ac bellorum fomentum et origo fuit (*c*). Hoc autem eo magis, nec immerito, durum Epiſcopis viſum fuit, quod, qui *Lothario* praeceſſit HENRICVS V. circa a. 1114. vel paullo post, hanc *Friſiae* poſſesſionem Eccleſiae Traiect. renovarat, renovandoque confirmarat, et ita confirmarat, „ut nullus, inquit, ſucceſ„ſorum nostrorum, regum vel imperatorum, nec nostra ipſisſi„ma perſona, etiamſi velimus, nullomodo Traiectenſi Eccle„ſiae unquam auferre posſimus", docente Charta apud MIERIS D. I. bl. 83. ad a. 1112. Hinc LOTHARIO mortuo eius ſucceſſor Rex CONRADVS Traiectinis faventior iterum Hol-

Ab eo in feudum data.

Ablata iterum et data Comiti Hollandiae.

(*b*) Testatur hoc A. MATTH. ad *Anon. Trai.* p. 104, 105. ex OCCON. SCARL. *Chron. Fris.* L. II. f. 24. p. m. 87. Nec est quod hoc testimonium in dubium vocemus.

(*c*) BEKA p. 46. HED. p. 157. et I. A LEID. *Chr. Belg.* L. XVII. C. 2. p. 150.

(*d*) *Charterb. van Friesl.* D. I. bl. 72. Cf. 71. a. 1118.

(*e*) Male habet HED. Ed. fol. p. 158. annum a. 1128. Melius Edit. 4°. et HEDA MS. Cf. MIERIS D. I. bl. 91. SCHWARTZENB. D. I. bl. 73. De hac Charta ita BOCKENBERG. Tom. II. *Compend. Annal.* MSS. ad a. 1138.

Hollandis ademit, restituitque Episcopo *Andreae*, qui etiam a. 1132. iura sua illic exercuit, et Stavorensibus privilegia concessit (*d*). Rem omnem enarrat Charta Regis CONRADI, *data* V. *Idus April. Indict.* I. a. 1138. (*e*) qua hic profitetur, Henricum III. Imp. hunc *Comitatum Fresiae, nomine* HOSTROGOWE *et* WESTROGOWE (*f*) contulisse Ecclesiae Traiectinae; idque donum confirmasse HENRICUM IV., postea tamen sub LOTHARIO *Imp.* Ecclesiam suo iure et Comitatu caruisse; se autem iterum hunc ad Ecclesiam conferre, quippe quem ei iniuste ablatum pro certo cognoverat. Aliquot annis interiectis, a. nempe 1145. d. 18. Oct. idem Imp. CONRADVS *Heriberto* Episcopo illud donum denuo confirmavit (*g*), „ postquam ex instrumentis Privilegiorum avi sui Henrici III. „ et avunculi Henrici IV. Imp. sibi ab Hardberto Episcopo „ exhibitis cognovisset, praefatos Imperatores *Comitatum Ostrogowe et Westrogowe* (*h*) *cum omnibus appenditiis suis B. Martino et Ecclesiae Traiect.* contulisse ". Ne quis vero hoc confirmationis suae edictum infringeret, mulctam mille librarum auri infligit. Confirmavit etiam ADRIANVS IV. Papa a. 1159. d. 28. Iun. Episcopo Traiect. bona sua, in quibus nomi-

EXCVRSVS VIII. *Data denuo Episcopo Trai.*

a. 1138. *Addidi*, inquit, *Diploma Conradi Imperatoris, in arce Goudana, inter alia vetustissima monumenta* (*quae alibi interdum inveni descripta*) *vetustate corruptum.* Vnde docemur, hoc Diploma aetate V. D. BOCKENBERGII in Originali illic adhuc exstitisse. Quo nunc evaserit, nescio.

(*f*) Sic Cod. MS. *Donat. Imper.* fo. XLVIJ. ac parum abit HEDA *MS.* fo. 115.

(*g*) Charta HED. p. 167. MIERIS D. I. bl. 95. SCHWARTZENB. D. I. bl. 75.

(*h*) Sic Cod. *Donat. Imper.* f. XLVIII. VS.

EXCVRSVS VIII. nominatim exprimitur *Comitatus Frizie* (*i*). Quicumque autem mores huius aevi perspectos habet, considératque, Comitem Hollandiae a Lothario hoc Comitatu fuisse beatum, ibidemque hinc suos habuisse Ministeriales; facile sibi persuadebit, hanc ultro citroque factam donationem deinceps perpetuum inter Episcopos ac Comites fuisse fomitem ac rixarum causam. At vero circa a. 1162. Trentanis adversus Episcopum pro praefectura Groningana tumultuantibus, observatione digna sunt, quae de FLORENTII Com. Holl. ope Episcopo praestita scriptores narrant. CHRON. EGMOND. p. 106. „ Episcopus, inquit, „ imploravit auxilium Comitis Holl. Florentii, monens eum, „ ut, memor fidei et HOMINII sui, adiutor in oportunitatibus „ existeret, et gloriam eius et vitam conservaret ". Eadem de *hominio* alii (*k*). Quo de Feudo autem Hominium illud sive Vasallagium Comitis fuerit, quod sciam, nusquam exprimitur; sed haud ineleganti coniectura Doct. WAGENAAR (*l*) censet, Episcopum promisisse Florentio bona nonnulla, eaque spectasse ad infeodationem *Oostergoae* et *Westergoae*, quae certe aliis administranda mandare debuit Ecclesia. Sed et aliud latere videtur. Habuit iam tunc *Florentius* bona ab Episcopo in feodum. Hoc suadet, immo probat vox *Hominii*. At omnis rerum postea gestarum series eo tendit, ut credamus, Florentium Episcopi *Hominem* fuisse ratione FRISIAE; et tamquam talem Episcopo auxilium praestitisse; prona enim tunc Comiti ex Frisia versus Groningam

Rixae hinc exortae.

At infeodatur Hollandus.

(*i*) MIERIS D. I. bl. 107. SCHWARTZENB. D. I. bl. 77.

(*k*) Vid. CHRON. EGM. p. 107. not. (70) ex BEKA, HEDA, A LEID.

(*l*) *Vad. Hist.* B. VII. D. II. bl. 243.

ǵam via fuerat; vel forte Episcopus voto mactatus suo tunc promiserit Florentio, se plura adiecturum. Certe huic coniecturae robur addit, quod a devictis per Comitem Groninganis, et sopita per Reinoldum Archiep. Colon. omni controversia, BEKA et HEDA statim subiungunt gravissimam ac subito exortam contentionem inter eosdem super *Dominatione Frisiae*, non nisi Imperatoris interventu terminandam. Sic HEDA p. 171. *Sed haud longe postquam haec res acta est, suboritur inter Godefridum Episc. atque Florentium Com. non modica discordia, occasione eius partis Orientalis Frisiae, quae Lavicae flur. adiacet, quem Carolus et Lotharius Aug. Hollandiae, alii vero Imp. Episcopis tradidere. At Florentius totum sibi vendicabat.* Quantum coniectare licet, petiit Comes, ut Episcopus staret promissis, et, quam antea in Feudum habuerat Frisiam, in proprium daret, vel integram regionem ei regendam mandaret. Ad arma ventum est, nec componi dissidium potuit nisi interventu Imperatoris, cuius Feudum FRISIA erat. „ Episcopus enim (*n*) „ a cunctis auxiliatoribus destitutus imploravit opem *Frederici* „ Caesaris, quatenus ipsum eriperet de persecutione magni- „ potentis Comitis. Imperator autem anxiam necessitatem „ Godefridi Pontificis attendens, Traiectum extemplo descen- „ dens, per amicabilem compositionem inter discordes Prin- „ cipes redivivam amicitiam reformavit " (*o*). Res non exigui erat momenti, possessio tam late patentis regionis, qualis

EXCVRSVS VIII.

Arbitro Imperatore.

(*m*) Cf. BEK. p. 54. 10. A LEID. XVIII. 3. BVCHEL. ad HED. p. 174. (f).

(*n*) BEK. p. 54.

(*o*) Cf. HED. p. 171.

EXCVRSVS VIII. lis est *Frisia* inter *Fleyum* et *Layicam*. Superest Frederici Imperatoris concordia, a. 1165. inita, quam, quia rem penitius explicat, ex W. HEDA, sed aliquanto emendatius, in *Cod. Probb.* profero; quae litigantibus has potissimum conditiones praescripsit. 1°. ut omnis Comitatus et eius commoda et incommoda inter utrumque aequaliter dividantur. 2°. ut aliquis Comes cum banno Imperatoris, utriusque nomine, constituatur. Si dissentiant in creando, Imperator hunc eligat. 3°. ut duo Advocati constituantur. 4°. ut ab introitu Episcopi et Comitis eorum Comes per VIII. septimanas Comitatus Iudicia exerceat. 5°. ut ambo mense Maio intrent, et iudicia civilia absolvantur ante ecclesiastica. 6°. Additur praeterea conditio, ut Comes Holl. Episcopum *iuvet per werram vel obsidionem*, — *vel per querimoniam recuperare Castrum Benthem*; et *si illud recuperet*, *concedat illud Comiti in feodum*, *salva uniuscumque iustitia*. De qua conditione abunde egit Vir. Cl. IVNG. (*p*). Non repetam, quae ad explicandam hanc Compositionem dixi in *Chronic.* p. 111. sq. Negat quidem V. Cl. VBBO EMMIVS hoc pactum effectum habuisse; verum Emmium *suo more disserentem*, *Frisiis nempe suis faventem*, ut loquitur BVCHELIVS ad HED. p. 174. not. *d.* redarguunt res postea gestae. Duravit per multos adhuc annos *communis* haec Feudi *possessio*. Successerat nempe a. 1178. Godefrido Episcopo Trai. *Balduinus* frater Florentii Comitis; eoque a. 1196. etiam defuncto, duobus de Episcopatu contendentibus, Theodericus VII. Comes Hollandiae ab Imperatore interum Episcopatui gubernando praeponitur (*q*). Vnde faci-

Prob. a. 1165.

fit feudum commune.

(*p*) *Com. Benthem. Ant. Hist.* p. p. 92—94. 166, sq. Cf. not. ad CHRON. EGM. (*q*) CHRON. EGM. p. 147. c. D.

facile animadvertas, nihil interim in damnum Comitis Hollandiae esse innovatum; sed contra Comitem sibi providisse. Immo constat ex CHRON. EGMOND. p. 162. Theodericum VII. Com. Holl. hunc *Frisiae Comitatum* omnino possedisse, eumque fratri Wilhelmo in feudum dedisse, assentiente non modo, sed annitente *Balduino* Episcopo (*r*). Etenim rixis inter fratres coortis *Balduinus* Episc. Trai. hos reconciliare annisus primo cum Aleida Theoderici Comitis absentis uxore a. 1195. Egmundae colloquium instituit: quo frustra instituto *Wilhelmus* Frèsonum occidentalium ope Hollandiam vexare coepit. *Balduinus* iterum omnem movet lapidem, ut pax intercedat, quae tandem eius interventu (*s*), „ mutua et amica collocutione inter utrosque confirma„ ta est", tribus iis, quas supra p. 385. memoravi, conditionibus; quarum altera fuit, ut Wilhelmus HOMO *fratris* foret *pro Comitatu Orientalis* FRESIAE. Adeptus igitur ex sociato hoc federe Wilhelmus est *Comitatum Fresiae*, id est *Westergoam* et *Oostergoam*; eum in Feudum recepit, pro eoque iurata fratri fidelitate vasallus eius seu *homo* factus est; et tamquam talis *Comitem* sese *Fresiae* semper scripsit, ut infra probabo.

EXCVRSVS VIII.

Comes Holl. Theod. VII. fratrem subinfeodat.

Sola nunc quaestio decidenda videtur, utrum integrum Comitatum, permittente Episcopo adeptus sit, an vero duntaxat dumidiam illam partem, quam Comites Hollandiae, arbitro a. 1165. Imperatore, ab Imperio optinuerant? Multa sunt, quae sententiam priorem solam veram pronuncient. Nostri Chronici scriptor p. 162.

An totus Comitatus traditus?

(*r*) Plura vid. in notis ad CHRONIC. p. 160. sqq.

(*s*) Vid. omnino CHRON. p. 160, 161.

EXCVRSVS VIII. p. 162. simpliciter dicit, *hominem* esse factum *pro Comitatu*; quum alioqui dicere potuisset pro sua Comitatus parte. Et sic etiam tamquam de integro Comitatu loquuntur STOKIUS B. II. vs. 1120. bl. 457. DE KLERK *der lage land.* bl. 82. ANONYM. *de bell. campest.* p. 216. BEKA p. 57. Immo etiam OCCO SCARLENS. in *Chron. van Vriesl.* L. II. bl. 29. b. ed. fol. de *Balduino* insuper Episcopo haec addit: *Dese voornoemde Bisschop en soude in dit voorgaende accoordt niet gheerne gheconsenteert hebben, en hadden dese twee gebroeders zyne* NEVEN *niet gheweest; want hy verliest daer zyn gerechticheyt, die zyn vooryaders aent graefschap van Oostvrieslandt verworven hadden. Hierby*, inquit DE KLERK bl. 82. *maehmen merken, dat die Bisscop van Utrecht, mit onrecht hem bewynden wil die Graeffcip van Oostvrieslant; want hadde een Biscop recht daer toe gehadt, dese eedele Biscop en hadt nyet overgegeven.* Quae tamen conclusio non videtur admittenda. *Balduinus* enim, non ut *Episcopus*, sed ut *patruus*, intercedebat. Praeterea *Balduinus*, qui ab a. 1178. Episcopatum tenuit, dicitur non modo *in multa pace* vixisse, sed in reliquis etiam a fratris filio, *Comite Holl.* adiutus fuisse, unde oritur suspicio, *Balduinum* fraterno amore ductum, fratri *Florentio* III., vel eius filio *Theoderico* VII. omne ius suum in *Oostergoam* etc. cessisse, vel saltem suam partem *in feudum* tradidisse. Audiamus ANON. *de Reb. Trai.* p. 4. „ Electus est Balduinus — vir mitis et tra„ ctabilis, — qui praeter alios magnos et nobiles consangui„ neos, quos in imperio habuit, — tres defensores amplecte„ batur et propugnatores, scil. Comitem Holl. Florentium,

„ qui

„ qui frater suus, — et Comitem Theodericum Clivensem, „ cui sororem suam copulavit, et Ottonem Comitem de Benthem, etiam fratrem suum. Istorum consilio et auxilio Ecclesiam suam in multa pace dives et potens ad aliquot annos „ feliciter gubernavit". Credibile igitur, quum *Balduinus* hoc anno 1196. arbiter *sederit* inter *Theodericum* et *Wilhelmum* fratres Hollandos (ex quo arbitratu pax sociata, et *Comitatus Oostfrisiae* Wilhelmo addicta est) Balduinum, vel olim *Theoderico* dedisse, vel saltem nunc illius fratri *Wilhelmo* in feudum concessisse suam *Oostfrisiae* partem. Quae sententia si admittatur, omnia erunt expedita, eaque amplius explicabitur ex iis, quae ad 1204. de *Wilhelmo* et *Ludovico Loss.* dicentur. Habuit nempe Theodericus VII. *Frisiam* in feodo ab Episcopo, deditque eam fratri suo in subfeudum, ut inde viveret Wilhelmus. Et hinc explicandus videtur *Vet. Fris. Chron.* scriptor (*t*) ad a. 1199, fol. 29. *Cum Episcopus venisset Stauriam ad petendam precariam, etiam Comes ad rei famam statim se eo contulit, et ni Frisii obstitissent, comprehensum iam Episcopum coniecisset in carcerem.* EXCVRSVS VIII.

Hinc intelligimus, cur Theodericus VII. Comes cum fratre *Wilhelmo* pacisci potuerit, ut is *ad sibi concessa migraret* (*u*). Qui statim ex hac Conditione, *Frisiam ingressus* (*v*), narrante BEKA p. 57. f. „ benigne susceptus Comes est in „ Orientali Fresia; et penes *Oosterzee* Castrum construxit, „ cum illis de *Kuynre* saepe conflixit, e quibus plusquam D. „ viros occidit, et exinde totam patriam ditioni suae potentis- „ sime *Wilhelmus I. Frisiae Comes.*

(*t*) Apud MATTH. *Anon.* p. 105. hic p. 385.
(*u*) CHRONIC. EGM. p. 162. Cf. (*v*) Ibid.

EXCVRSVS VIII. „ sime subiugavit". Bellum Wilhelmi cum *Henrico Grus* noster enarrat p. 162. (*x*). De eius inauguratione agit M. STOKE B. II. vs. 1126., ubi Nostri verba, *Frisiam ingressus*, sic explicat:

> Willem is tOegt Vrieslant ghesent/
> Daer hi goetlijc was omfaen/
> Eñ de Vriesen huldene [hulden hem] zaen.
> Willem wort GHEWELDICH GRAVE
> Van Oegt Vrieslant/ eñ stont strijds ave
> Jeghen den broeder/ eñ had in hant
> Toter LAVECEN al de lant.

Atque ab hoc inde tempore non modo se *Fresiae Comitem* scripsit, sed Sigillo etiam uti coepit, in quo titulus *Fresiae Comes* exhibetur. Sic in Charta Originali Theod. VII. inter testes habetur: *Wilhelmus frater meus Comes Fresiae.* Immo in Pacto Originali Concordiae inter hunc et Ludovicum Losfensem fratris sui generum a. 1206. eius sigillum conspicitur cum perigraphe: *Willelmus Comes Fresiae;* legitur et in aliis a. 1205. 1211. 1213. cett. Vid. TABVL. V. et X. Quod satis argumento est, Wilhelmum, postquam fratri a. 1203. in Hollandia succesfit, hunc sibi retinuisse Comitatum, et fines Dominationis hinc illinc extendisse. De qua extensione sic STOKIVS B. III. vs. 572. (D. II. bl. 46.)

Prob. a. 1193. N. 11.

Prob. h. a. d. 14. Oct.

(*x*) Cf. WAGEN. B. VII. D. II. bl. 281.

Willem/

Willem/ hoer Oem/ heeft verworven EXCVRSVS VIII.
Tlant van boosten Heidin Zee [l. Heidenzee.]
Toter Lavecen voert mee
Sette hi sine dinghen te vreden/
Ende berechte lant ende steden.

i. e. obtinuit Wilhelmus Adae patruus terram ab orientali parte Heedenseani limitis usque ad Lavicam fluv., quos intra limites continebatur Hollandia, cum *Frisia Orientali* ab una, et *Zeelandia Occidentali* ab altera parte. *Heedenseani* enim limitis mentio spectabat ad Zeelandiae Occidentalis posfesfionem, uti EXCVRSV VII. satis dictum. Hinc recte supra STOKIVS eum vocat *geweldig Grave*, i. e. *Comitem potentisfimum* ac virum magnae auctoritatis. Vox enim *Geweldig* in bonam hîc accipi partem, docui in not. ad CHRONIC. p. 76.

Nec tamen hoc ita accipiendum, quasi semper quiete hunc Dominatum tenuerit. Statim enim a morte patrui sui Balduini insequentes Episcopi huic multum operae facesfiverunt, quo Comitatum, vel penitus vel dimidia saltem ex parte, sibi recuperarent. Hinc explicandus BEKA p. 62. sub Theoderico de Are Episc. testatus, „ hunc de praelatorum suorum consilio statim secesfisse ad Orientalem Frisiam, ut tam de *precaria* „ quam de *iustitia* Frisonicae plebis aliquantulam posset aggre„ gare pecuniam. Sed Wilhelmum de Hollandia illis diebus „ ibidem *Comitem*, exactionem suae gentis indigne ferentem, „ hunc in Monasterio Stauriae armata manu cepisse ", additque, adiutum postea Comitem ab fratre Theoderico fuisse. HEDA vero p. 185. Episcopi conatus ex Frederici Imp. pacto a. 1165.

EXCVRSVS VIII. 1165. derivat, vel ratos habet. Vtrum Colonienses his rixis fuerint immisti, dicere non habeo. Attamen ad haec tempora ac rixas, referri fortasse debet singularis quaedam Charta, quae
Prob. a. 1200. N. I. Originalis in Vrbis Traiect. Archivis exstat, qua *Iudices*, *Scabini*, *et universi cives Colonienses* Cives Traiectinos certiores faciunt, Discordiam, quae inter se versata fuerat, pro bonis ipsorum, quae *Dominus* WILHELMVS *frater Comitis Hollandiae eis iniuste abstulit*, *auditis literis Dom. Theoderici Episcopi Traiect.*, in posterum fore sopitam. Quidquid autem id est, retinuit Wilhelmus Frisiam, et paullo post filiam Ottonis Comitis Gelriae *honorifice ad se in Fresiam Orientalem deductam* uxorem duxit, nuptiis in urbe *Stavere* celebratis (*y*). Obiit paullo post Theodericus VII. Com. Holl. cuius obitu *Wilhelmus cognito*, *qui tunc in Orientali Fresia a fratre sibi concessa morabatur* (*z*) statim iter paravit, et hereditati fraternae Comitatusque regimini, contra fratris filiam Adam, inhians, omnia turbavit: eaque turbarum occasione strenue usus est Episcopus, et primo cum *Ludovico Losensi*, eius subsidiis indigente, pactum iniit, ex quo *Lodewicum Comitem de Los in Legium hominem recipit*, *collato ei Feodo ad tempus vitae suae*, *quod socer eius* THEODERICVS *Comes Hollandiae ab Ecclesia Traiect. iuste tenuerat* (*a*); instau-

(*y*) CHRONIC. EGM. p. 164. sq.

(*z*) Sunt verba CHRON. p. 183.

(*a*) Ne quis autem dubitet, esse hic sermonem de Feudo Frisiae, animadvertat modo, in Charta postea adiici haec verba: *De Comitatu Fresie in Oostergo et Westergo et in Staveren hoc est* ADIECTVM, *quod Compositio quondam ordinata inter Godefr. Episc. et Comit. Florentium inviolabiliter observabitur*; quamquam de hoc Comitatu nulla antea mentio occurrat, quam in generali illa *Feudi* receptione.

ſtauravitque conceptis tunc verbis Compoſitionem anni 1165. EXCVRSVS VIII.
de Friſia Orient. in commune posſidenda; aliaque hactenus con- Prob.
troverſa. Igitur Ludovicus, quo magis ſibi faventem nancisce- a. 1204.
retur Epiſcopum, eius LIGIVM ſeſe HOMINEM fecit, et N. I. et II.
arbitris HVGONE *Leodienſi Epiſcopo*, HENRICO *Duce de Limburg*, aliisque, renovavit promisſum „ de Comitatu Friſiae „ in Oostergo et Westergo et in Staveren, ita ut Compoſitio „ *quondam* ordinata inter Godefridum Epiſc. et Comitem Flo- „ rentium inviolabiliter obſervetur ", adiecta inſuper ea conditione, ut „ partem huius Comitatus, quae Comitem contin- „ git, cum omni iure et omnibus attinentiis ſuis, habeat Epi- „ ſcopus ſibi obligatam pro ccc. marcis Colon. propter enorme „ damnum Eccleſiae ſuae illatum ab hominibus Theoderici „ Com. Holland. ". Exſtat adhuc Charta Originalis in Archi- Prob. a.
vis ſummi Collegii (*b*). Et ſic ſatis proviſum Epiſcopo fuerat. 1204. No. II. et III.
Verum quando res Ludovici protinus retrolabebantur, *Wilhelmus* Comes, favorem Epiſcopi aucupaturus, non alia ratione voti ſui compos factus est, quam ut eadem fere promitteret, quae Ludovicus. Vti cognoscas ex eius Charta (*c*). Quae tamen ille Prob. a.
promiſſa, rerum postea ſolus potitus, non ſervavit, vel, ſi ſerva- 1204. No. IV.
vit, hanc partem ab Epiſcopo in Feudum relevavit. Nam 1°. postea *Comitem Freſiae* ſcribere non deſiit; et diſerte ſupra testatur STOKIVS, Wilhelmum omni praefuisſe terrae inde ab ſinu Heedenseano usque ad Lavicam; obiisſeque a. 1222. *postquam*, BEKA teste p. 69. *annis* XIX. *bellicoſe rexisſet tam Hollandiam*

quam

(*b*) Collationem dedi in *Cod. Diplom.* cum edita Charta in HEDA. p. 190.

(*c*) Apud HED. p. 188. et in *Cod. Prob.* a. 1204.

EXCVRSVS VIII. *quam* ORIENTALEM FRISIAM. 2°. Post eius mortem Florentius IV. filius & heres fratri suo *Ottoni* contulit eumdem Comitatum, qui illum a manu fratris, tamquam eius Homo, accepit. Testatur hoc diserte IO. A LEID. *Chr. Belg.* L. XXII. C. 1. *Cum defunctus esset Wilhelmus Comes, successit ei Florentius* — OTTO *vero frater eius effectus est Comes Orientalis Frisiae.* Et clarius C. 13. OTTHO *de Hollandia — electus est Episcopus, vir illustris. — Hic* OTTHO *post obitum Wilhelmi, Com. Holl. patris sui, asscriptus fuit ad titulum militiae, suscepitque de manu Florentii fratris, Com. Holl., dominationem sive* COMITATVM ORIENTALIS FRISIAE. Quandoquidem autem *Otto*, paullo post, Episcopus Traiectensis creatus est, hinc mirum non est, inter hos fratres novas exortas esse lites; docet
Prob. h. d hoc Charta Concordiae a. 1225. d. 26. Ian. (*d*) memorans *controversiam* inter *Ottonem* Episc. Trai. et *Florentium* Com. Holl. *super Comitatu Frisiae*, quae hoc modo componitur, ut, „ si „ Episcopus voluerit ire in Frisiam in Comitatum, significet „ hoc sex septimanis ante Comiti Hollandiae; et si Comes secum iverit, partiantur aeque lucrum de Comitatu; ac similiter ", si Comes ire in Frisiam voluerit, eadem faciat. Nec aliunde explicanda videtur Bulla HONORII III. Papae, qua a. 1223. rogante Episcopo Traiect. sub Florentio IV. Com. Holl. compositionem confirmat olim *inter ipsum et W. Comitem Hollandie* initam; quae imprimis ad partem quamdam Chartae supra p. 409. memoratae spectat. Verum haec, et quae postmo-

(*d*) Cuius pars habetur apud HE- *Charterb.* I. D. bl. 194. et SCHWART- DAM p. 200. integra vero in MIERIS ZENB. D. I. bl. 88.

modum alia fecuta funt, hic lubens praetereo; neque de Spirituali iurisdictione loquor (*e*). Satis enim fufficiunt ad docendum, qui ftatus Frifiae fuerit fec. XI--XIII., et quantopere aberrent fcriptores Frifici, plane negantes, Imp. Frederici arbitrium a. 1165. ullum postea habuisfe effectum; fiquidem e contrario patet, per tot annorum curricula, etiam post Comitis *Wilhelmi* obitum, hoc commune regimen duravisfe, quamquam frena identidem mordentibus Frifiis, et ex turbis lucrum pifcantibus. Inane igitur (ut hoc addam) fuper Theoderici VII. feudo Wilhelmo fratri a. 1198. concesfo, VBBONIS EMMII Viri clar. est Epiphonema: „ Atque ita quidem tum inter fratres transactum. Quo „ vero iure illis hoc de Frifia licuerit, nulli Annales exponunt". Ob quae iam modice in transitu castigatus est a BVCHEL. ad BEK. p. 60. *i*) coll. ad HED. p. 174. *d*). Iure enim habuit; quia ipforum Dominium erat. At ita vulgo fcriptoribus accidit, postquam perverfus ille fcribendi mos invaluit, nulla Annalium, nulla Testium fide interpofita. Prima errandi EMMIO, viro gravisfimo, principia, quae ubique eius fcripta mirum in modum afficiunt, alibi fufius discutiam. At tot Feudi huius Frifici, Imperio fubiecti, funt testimonia et argumenta, ut non posfint magis. Scriptores tamen tempora plerumque confundunt, et quae ad feriora referri tempora oporteat, ad priora etiam retrahunt. Ad haec enim, non ad anteriora, referri debebit Formula illa introitus Comitis ad *Sudermudam* iuxta Stavoram;

EXCVRSVS VIII.

(*e*) Dabo in Cod. Dipl. a. 1269. d. 1. Apr. Chartam Ordinationis inter Praepofitum S. Ioannis et Capitulum fuper adminiftratione Bonorum Ecclefiae et Praepofiturae S. Ioh., in qua Praepofitus fibi fervat *ufus Archidiaconatus Frifiae*.

EXCVRSVS VIII.

voram; de qua dixi in CHRONIC. p. 112. a. quae formula refertur ad *Episcopos* et *Comites* auctores, non ad *populum Frisiae*; docetque vetustam hoc temporis regiminis formulam; quod tamen iugum Frisii, libertatis perquam amantes, durantibus turbis, paullatim excusserunt, uti docent seriora sub Comitibus FLORENTIO V. IOANNE II. WILHELMO III. et IV. et ALBERTO Duce Bavaro gesta (*f*), non aliunde quam ex antiquo hoc iure derivanda et explicanda. Satis enim constat ex WILHELMO PROCVR. ad a. 1328. p. *676*. Fresones Homagium fecisse Wilhelmo III. prout eos facere iusserat Imperator Ludovicus d. 14. Iun. a. 1330. apud WAGEN. D. III. bl. 228. (*g*) cui etiam scripto consignatum exhibuerunt modum illum, quo Comites olim in Frisiam recepti fuerunt (*h*), qui non alius est, quam de quo modo sermo iniectus est (*i*). EX-

(*f*) Vid. WAGEN. *Vad. Hist.* III. D. bl. 224—227. 258. 327. etc. in quibus imprimis memorabilis est Charta, qua Rudolphus Imperator d. 29. Iul. 1290. Comiti Gelriae Reinaldo hanc Frisiam dedit, *excepta duntaxat illa parte, quae ad Nobilem virum Comitem Hollandiae pertinet* (*a*), et paullo post subsecutum Homagium, quod d. 1. Apr. 1292. Staverenses Florentio V. praestiterunt, apud SCHWARTZENB. l. l. bl. 124. Nec dubito, quin huc referri debeat Charta Investiturae a. 1294. d. 13. Dec., qua Episcopus Traiectinus eidem Florentio V. denuo concedit *titulo feodali tenenda* FEVDA, *quae Florentius et progenitores*, inquit, *sui ab Ecclesia nostra Traiectensi — ab antiquo tenuit et tenuerunt*. Plura addi ex eodem Frisiae Chartulario possent, quae lubens omitto. Vid. ad a. 1299. d. 12. et 25. Apr., a. 1300. d. 27. Mart., a. 1308. 25. Apr., a. 1310. 4. Iul., a. 1317. 9. Oct., a. 1322. d. 3. 4. et 6. Mai. imprimis d. 23. Mart., 1. Apr. et 20. Iun. 1325., d. 28. Mart. 1326. etc.

(*g*) Exstat Charta apud SCHWARTZENB. D. I. bl. 185.

(*h*) Non neglexit hoc monere WAGEN. D. III. bl. 227.

(*i*) Edidit hanc MIERIS II. D. bl. 605. et SCHWARTZENB. D. I. bl. 136. ad a. 1309.

(*a*) Vid. SCHWARTZENB. *Placaatb. v. Friesl.* D. I. bl. 123. Cf. bl. 197.

E X C V R S V S I X.

VINDICIAE CHARTAE BRABANTINAE A. 1200. D. 3. NOV. DE FEVDO SVIDHOLLANDIAE.

In Cod. Diplom. ad a. 1200. *d.* 3. *Nov. et ad Chronic. p.* 173. *b. p.* 181. *b.* 194. *a.*

Continet haec Charta Pacis Tabulas inter HENRICVM I. Ducem Brabantiae et THEODERICVM h. n. VII. Comitem Hollandiae d. 3. Nov. A. 1200. initae, quo Comes *Theodericus* ſe *Hominem*, i. e. *Vaſallum Ducis*, declarat, ab eoque in feudum recipit, *totam terram Zuidhollandiae*, adiectis multis aliis conditionibus, adiecta imprimis hac formula: quod *Comes ſerviet tanquam homo ligius Domino ſuo* (Duci) *contra omnes homines*, EXCEPTO IMPERIO, *ſicut ius ſuum est erga Imperium.* Quam Chartam quum Vir Ill. HVYDECOPER, qui nuperrime *vetustisſimum Rhythmographum* nostrum AEMIL. STOKIVM luculento Commentario illuſtravit, D. I. bl. 559--568. pro ficta et abſurda reiiciat, in eaque confutanda multum laboris impendat, adeo ut per 10. paginas octo argumentis apprime adblandientibus, tamquam totidem ſpiculis, eam petat; et eiusmodi utatur argumentis, quae prima ſpecie, uti ſunt omnia egregia Viri D. ſcripta, flectant, adeoque improvidum lectorem facile in errorem inducant: hinc neminem veritatis inge- EXCVRSVS IX.

 nue

EXCVRSVS IX.

nue amantem, neque ipſum *Huydecoperum* aegre laturum confido, ſi hanc Chartam, nuper a Viro Ampliss. VAN DE WALL (*k*) iterum editam, paucis vindicem, eamque genuinam esſe probem, aliaque nonnulla his adiungam, quae Viri D. in rebus Diplomaticis atque Feudalibus explicandis conamina haud ita esſe felicia, atque ea, quae Belgicam Literaturam ſpectant, clarisſime evincant: idque eo imprimis animo, quia ad intelligentiam et fidem nostri CHRONICI, et ad ipſius Historiae illustrationem, quamplurimum faciant.

Primo igitur loco historiam Chartae ſuae luci donemus. Res ita ſe habet. Post varias ultro citroque habitas, inter *Duces* Brabantiae ſive Lotharingiae, ac *Comites* Hollandiae, lites, 1) tandem die 3. Novembr. anno 1200. *Lovanii* amica transactio inita, et federis utrimque compoſiti Charta ſcripta est, praeſente *Comite Hollandiae Theoderico* VII. cum multis terrae *Nobilibus*, Comitis vaſallis. 2) Anno vero 1202. *Comes* Hollandiae movit Epiſcopo Traiectino bellum; quo bello quum Wilhelmus Ducis Brab. frater a Comite captus, et Buscoducum occupatum esſet: hinc ipſe Dux Brabantiae *Henricus* I. ſeſe rebus immiscuit, Comitem Holland. cepit, captumque detinuit, donec cum Duce Brab. (cuius *homo ligius* Comes ratione Zuidhollandiae erat) facta reconciliatione, datisque a Comite 2000. marcis, Comes custodia ſolutus est, ac 3) paullo post, die 4. Nov. ſequentis anni 1203. Dordraci fatis concesſit.

Haec

(*k*) *Handvesten van Dordrecht* bl. et Cod. Probb. h. d. 12. Cf. MIER. *Charterb.* D. I. bl. 137.

Haec ſimplex est et nuda rerum ſeries, quam ſi veram probavero, omnis in nostris Annalibus haeſitatio in posterum ceſſabit; et ſimul omnia docti viri HVYDECOPERI argumenta corruant, neceſſe erit. EXCVRSVS IX.

I. Et primo quidem, Chartam Transactionis ſive pactum de *Homagio*, propter *Zuidhollandiam* ſive terram *inter Moſam et Scaldem*, Duci Brab. a Comite praeſtando, ipſo anno 1200. die 3. Nov. eſſe initum, praeter rerum gestarum ſeriem, duo ſunt, quae valide probent: ipſa Chartae ſubſcriptio, et ſcriptorum testimonia. Subſcriptio Chartae haec est: *Acta ſunt hec apud Lovanium Anno Dominice Incarnationis M. CC. tertio nonas Novembris.* Ita nimirum exhibet MATTH. in Not. ad BEK. *Analect.* T. III. p. 54. ed. 4. Ita exhibet Vir Ampliss. VAN DE WALL in egregio ſuo Opere, *Handvesten*, *Privilegien*, *Vryheden*, *Voorrechten*, enz. *der Stad Dordrecht*, Dordr. a. 1770. bl. 11. ex MS. *Curiae Feudalis Holl.* (*van de Leenkamer*). Ita habet antiqua Verſio Belgica, *ibid.* bl. 17. *Ende dit gheſciede tot Loeve in den jare der Gheboerte ons Heeren* M. CC. *des dorde daghes van November.* Ita MIERISIVS in *Chartular. Holland.* D. I. bl. 137. Ita IO. GEVARTIVS *Adverſaria MSS.* ad *Histor. Brabant.* Ita et alii. Vir quidem Doct. BVTKENS, in *Probb.* operis ſui, *Trophées de Brabant* T. I. p. 54. habet: *anno Dominic. incarn. MCC. III. tertio nonas Nov.* manifesto errore, quem alii postmodum nimis temere ſunt ſecuti; cuius origo inde derivanda est, quod vox *tertio*, quae ad τὸ *Nonas Nov.* ſpectabat, relata ſit ad *annos*, vel bis ſcripta. Haec autem ut per ſe ſatis manifesta ſunt, ita firmantur testimonio Scripto- Res gestae a. 1200.

EXCVRSVS IX. Scriptoris accuratissimi, EDMVNDI DE DINTER in *Chronic. MS. Brabantiae*, qui ad a. 1200. cum MATTHAEO hanc Chartam protulit: *Fuit*, inquit, *inter Henricum Ducem* I. *Lotharingiae et eius praedecessores et Theodericum Comitem Hollandiae et suos praedecessores magna discordia propter terram sitam inter* MOSAM *et* SCALDIM. *Quae discordia, consilio hominum utriusque sopita fuit, taliter videlicet, quod dictus Theodericus propter hoc veniens in Lovanio Ann. Dom.* M. CC. III. *Nonas Novembr. resignavit in manus dicti Henrici Ducis Opidum Dordrecht ex utraque parte aquae, Dordrechtschewerde, Harre, Doeswerde*, [l. Harredeswerde] *Dusne, et totam terram* [inter] *Striene et* [illegible] *quae* ZVYTHOLLANT *nominatur usque ad terram Ducis. Hanc totam terram recepit Comes in feudum a Duce, et factus est homo ligius suus* etc. Ingenti profecto discrimine ab iis, quae anno 1202. contigerunt! prout videre licet in not. ad CHRONIC. a. 1202. p. 169. sqq. Nihil enim aliud habet EDMVNDVS, quam quod expressit dicta Charta a. 1200. Sed nihil hic itidem meminit *bellorum*, multoque minus *belli Traiectini*, cui sese immiscuerit *Dux Brabantiae*, neque etiam *Captivitatis* Comitis, nec *pecuniariae multae* a Comite solvendae; quae omnia postea a. 1202. demum contigerunt, testantibus CHRONICO HOLLANDIAE EGMVNDANO, AEMILIO STOKE, BEKA, et reliquis omnibus: sed contra memorant EDMVNDVS, et ipsa *Charta*, haec sequentia:

1. *Discordiam propter terram inter Mosam et Scaldim a* MVLTIS TEMPORIBVS *inter* HEINRICVM *Ducem Lotharingiae et suos praedecessores ac inter* THEODERICVM *Comitem Hollandiae et suos praedecessores agitatam*, quae nunc hoc anno pro more

more illius temporis per amicum pactum ita fopita est, ut Comes haec Zuidhollandiae bona in *feudum promiscuum* reciperet, ac Ducis homo ligius fieret; Dux vero directum dominium obtineret. EXCVRSVS IX.

2. Haec discordia non *ab invito* Comite, fed fpontaneo, fed *confilio hominum utriusque* (Belgice, *bij rade van Leenmannen van beider zijde*, vel ut antiqua verfio habet: *bi rade hore beyder lude geeffent*) est definita ac fopita.

3. Hanc discordiam igitur compofuit Comes, non *captivitate occlufus*, fed *propter hoc veniens in Lovanio.*

Verum praeterea

4. Pacti caufsam docet Charta difertis verbis: ita enim ait: *quod discordia fuerit a* MVLTIS TEMPORIBVS; — quibuscum conferatur nota MATTH. l. l. *Anal.* T. III. p. 53. quaeque Vir Ampl. VAN DE WALL monuit in *not.* bl. 12. a. Vnde apparet, hanc fuisfe *amicam* litis definitionem, minime vero *captivi remisfionem* ac reconciliationem, quae postea a. 1202. nonnifi 2000. marcarum argenti foret obtinenda, ut ftatim docebo.

II. Verum longe aliter comparata res fuit cum bello et pacto conciliatorio inter *Comitem* et *Ducem* a. 1202. demum inito: qua de re ita loquitur CHRONICON HOLLAND. EGMVND. *Res gestae a. 1202.*

A. MCCII. *Theodericus Comes Holland. Theodericum Epifcopum Traiectenfem bello aggreditur, et post rapinas et incendia, inter quae Ecclefia de Wurthen* (Woerden) *concremata, pax reformatur, datis Comiti obfidibus ab eodem Epifcopo. Idem Comes munitionem Ducis de Loven, quae dicitur Busch, expugnatam capit,*

EXCVRSVS IX. *pit, et infinitam praedam diripit, capto fratre Ducis Wilhelmo et Henrico de Kuk et multis aliis tam militibus quam peditibus. Dux vero in ultionem iniuriae suae valida manu tam suorum quam — Episcopi Coloniae, Episc. Leodii, Ducis de Limburch, Comitis Flandr. — eundem Comitem Theodericum in loco villaque et castro, quod de Husden dicitur, bello aggreditur et capit. Nec mirum! testati sunt enim, qui in praesenti certamine fuerunt* [en testimonium αὐτοψίας] *mirabile fuisse. — Acta sunt haec ante nativitatem Dei genitricis. — Dux et Comes Theodericus reconciliantur, datis a Comite duabus milibus marcarum. —*

A. MIII. *obiit Theodericus Comes Hollandiae.*

En locum longiusculum, sed qui omnem litem dirimit, docens differentiam inter hoc et praecedens factum. Consentiunt praeterea in re et anno AEM. STOKE L. II. bl. 476. vs. 1333-1360. BEKA p. 62. HEDA p. 185. aliique, qui omnes tale *Homagii pactum*, quod hoc anno 1202. initum fuisset, ignorant. Confirmantur quoque et lucem accipiunt ex ANONYMO *de Reb. Traiect.* §. XIII. p. 11. FONTAN. *Histor. Gelr.* Lib. VI. p. 120. et SLIGTENHORST *Geldersche Geschied.* B. VI. bl. 85. quorum uterque rem egregie illustrat.

Mors Comitis a. 1203. III. Tandem vero Comes, carcere solutus, sed non nisi ingenti redemtionis pretio dimissus, sequenti anno die 4. Novembris A. 1203. vita functus est.

Haec simplex est rerum series, in quam consentiunt omnes vetusti Annales, docentes:

1. Chartam Pacti datam esse die 3. *Novembris* A. 1200.

2. Pugnam et captivitatem Comitis deinde incidisse in diem 7. *Septembr.* A. 1202.

3. Obi-

3. Obitus vero diem incidisse in 4. *Novembris* A. 1203. EXCVRSVS IX.
Verum seriores scriptores inconsideranter hoc *Homagii* pactum anno 1200. initum confuderunt cum pacto *Reconciliationis* anni 1202. idque tamquam huius belli sequelam considerarunt; in his etiam Vir Doct. WAGENAAR, qui tamen recte observat, THEODERICVM Comitem Hollandiae non dedisse ansam huic pugnae, a. 1202. pugnatae, sed EPISCOPVM *Traiectinum;* cui bello postea se immiscuerit Dux Brabantiae. Cf. omnino PONTAN. l. l. vs. 28--50. Hunc errorem secutus est V. D. HVYDECOPER, qui, si antedicta rite considerasset, in contrariam partem non tot argumenta ad intervertendam optimae et genuinae Chartae fidem procudisset. Verum his nebulis nunc dissipatis eius fidem imploro, ut, quae sua est humanitas, γνησιότητα ac pristinum splendorem huic Chartae postliminio restituat!

Interim, nequid dubii supersit, et patriae historiae amantes simul doceantur, quam fallax saepe sit argumentatio, quae ex male intellecta rerum serie oriatur, singula ista *Octo* viri docti argumenta ad examen revocabo. *Confutantur argumenta.*

Primum Argumentum desumitur ex silentio CHRONICI mei, quod *mulctae* quidem 2000. *marcarum* a Comite Hollandiae, Theoderico, solvendae meminit, eiusmodi vero *pactum* et *homagii* promissionem non memorat. VOOR EERST *is kwaalijk te denken*, inquit, *dat* MEERHOVT (intelligit Vir Doctus *Chronicon* meum *MS. Egmondanum*, quod, falso, *Meerhoutii* dicitur), *die toen al een man op zijn dagen geweest is, en de roekeloosheid van den Graaf zo openlijk, zo deftig, bestraft, hiervan* 1. *arg.*

 niets

EXCVRSVS IX. *niets gemeld zoude hebben. —— Die tijdgenoot spreekt van een somme gelds, niet van 't Leenmanschap. De Brief spreekt van 't Leenmanschap, niet van geld.*

Recte haec vir doctus! quippe qui hinc valide ipse probat, diversas res a se confundi, pactum nempe *Homagii* anni 1200, et reconciliationem Comitis et Ducis ope mulctae pecuniariae a. 1202. Quod autem personatus ille *Meerhout* istius Chartae anno 1200. conscriptae non meminerit, id nihil ad rem facit. Tractat ille tantum generalia ac publica, quaeque ad res sui monasterii spectant, plura eiusmodi peculiaria, Chartas imprimis, hic illic omittens: praeterquam quod non valet eiusmodi ratiocinatio ex silentio desumta, qua creberrime Scriptores abutuntur.

2. arg. 2. TEN ANDEREN, inquit, *is het al wat byzonders, dat die arme Graaven van Holland, gevangen zijnde, hunne vrijheid niet weder konden erlangen, zonder zich en hunne nakomelingen telkens te erkennen voor Leenmannen van den overwinnaar*, cett. Haec, et quae plura sequuntur, verba sunt, et merum nihil! Quidni hoc facerent? quidni etiam per amicam pacis consociationem? At vero omnis viri docti ratiocinatio ex eo profecta est, quod naturam et indolem *nexus feudalis* non adeo perspectam habuit, imprimis rerum feudalium Hollandiae ignorans, immo earum existentiam ubique quam maxime subvertens. Quidquid autem in Virum Doct. WAGENARIVM hoc loco, reprehendendo, adiicitur, ex eodem fonte haustum est, et dictum nollem! Negat enim V. D. HVYD., saltem negare videtur, Comites nostros fuisse vasallos seu *homines* Episcoporum Traiect. et multas tricas nectit; non observans, distingui oportere tempora, loca, et feudo-

feudorum rationes. Verum id quod iniuria hic negatur, fusius probatum dabo in Dissertatione: *de Origine*, *Diversitate*, *et Natura Feudorum*, *praesertim Hollandicorum et Zeeland.* ubi quid et quando *Comites Holl.* ab Episcopis Traiectinis in feudum tenuerint, fusius domonstrabitur. Nunc tantum mecum inspice *Chartam*, cuius de αὐθεντία dubitare nos non permittunt verba BVCHEL. ad HED. p. 190. (d 3.) scribentis: *Exstat Diploma huius rei — in Archivis summi Collegii Traiect.* INTEGRVM ADHVC, *quod non alienum putavi*, *ob rei gestae memoriam*, *hic inserere*: „ *Hugo Dei gratia Leodiensis Episcopus*, *Henricus Dux* „ *de Lemburg*, *Phil. Marchio Namurc.*, *Otto Comes Gelriensis*, „ *Adolphus Comes de Monte*, *Wilhelmus Patruus Comitis Flan-* „ *driae.* — *Cum ad preces et instantiam nostram Dominus Epi-* „ *scopus Traiect. cognatum nostrum Ludovicum*, *Comitem de Los*, „ *in Legium hominem recepisset*, COLLATO EI FEVDO *ad tem-* „ *pus vitae suae*, QVOD *socer eius* THEODORICVS COMES „ *Hollandiae* [Est hic Theodericus VII.] *ab Ecclesia Traiect.* „ *iuste* TENVERAT ". Quod Feudum *Frisiam Orientalem* fuisse, dixi in EXCVRS. VIII. EXCVRSVS IX.

3. TEN DERDEN, *en om wat nader te komen*, VERSCHEIDEN *persoonen*, inquit, *onder den Brabantschen Brief gemeld als* „ *Mannen van Graaf Diederik en Hollandsche Edelen* ", *getuigen openbaarlijk*, *dat de Brief*, *en dus ook 't Verdrag*, *daarin*, *en nergens anders*, *gemeld*, *valsch en verzierd is.* *Pactum*, inquit, *in his literis*, *et nusquam alibi memoratum.* Hoc utique falsum est, ut modo docui, et statim pluribus docebo. Praeterea quid sibi volunt? *Mannen van Graaf Diederik* EN *Holland-* 3. arg.

EXCVRSVS IX.

landsche Edelen. Vltimae voces in Charta non occurrunt. Sed captare verba nolo. Videamus rem ipsam; nempe TESTIVM nomina: ita enim se habent in Charta, quam Vir Ampl. VAN DE WALL ex *Cod. MS. Camerae feudalis* quam accuratissime expressit, collata cum *Cod.* meo *Probb.*

Testibus hiis, Theodericus Traiectensis Episcopus.
Mathtildis Ducissa,
Henricus Dux de Limburg,
Albertus Comes de Dasburg.] (*l*)
Philippus Comes Namucensis,
Willelmus frater Ducis,
Henricus de Kuc,
Albertus filius eius,
Walterus Berthold,
Godefridus cett. . . .
Hii sunt Homines Comitis, [Theoderici de Holland.]
RVTGERVS DE MERHEM,
HVGO DE VORNE,

THEO-

(*l*) Sic omnino pro *Dalburg*, ut alibi exstat, lege *Dasburch*, qui et *Dagsburch.* Est autem ille idem ALBERTVS *de Dagesburch*, qui, postquam Otto IV. a. 1198. Rex electus esset, Legatus cum *Comite de Leiningen*, missus est ad ipsum ex Aquitania arcessendum, ut docet ABBAS VRSPERGENSIS p. 235. et ex eo SCHEID. *Origg. Guelph.* not. T. III. p. 261. p.) ubi *Eccard.* in sqq. plura. Nec mirum quod hic ex parte Henrici iuravit testis: fuit enim HENRICI *Ducis Brabantiae* patruus. V. Chartam *Philippi Suevi*, qua is huic *Henrico* defectionis ab Rege Ottone insignia praemia tribuit. a. 1204. ex BVTKENS *Troph. Brab.* Probb. I. n. 55. ubi „ *Noviomagum quoque, quod ad* „ *nostrum*, inquit, *et Imperii domi-*

„ *nium,*

THEODERICVS DE HALTHENA, EXCVRSVS IX.
Gerardus de Hurst,
Willelmus de Thelinge,
Simon Ioannes et Ysbrand de Harlem,
Albertus Barnardi,
Walterus de Egmonde,
Florencius de Wolde,
Philippus de Wasnare,
Arnoldus Henricus et Ioannes de Riswic,
Theodericus Bokel,
Hii etiam et alii quam plures iuraverunt.

Hos vero omnes, tamquam Comitis nostri Vasallos, (id est, eos, qui quid a Comite bonorum in feudum tenebant) hac aetate vixisse, et aliis etiam Chartis subscripsisse, probatione haud eget. Videri possunt plures Chartae apud MIERISIVM *Chartular. Com. Holl.* T. I. circiter hos annos datae.

Quid autem ad haec Vir doctus: Nihil aliud praeterquam quod nos ablegat ad bl. 579. Operis sui, *not.* ad vs. 1387. Vbi

„ *nium, reduximus, ipsi Duci in aliis* „ *recompensabimus bonis. Item concessimus ei omne foeudum, quod Patruus suus, Comes Albertus de Dagispurg de manu nostra et* „ *Imperio obtinet* ". Occurrit hic etiam in Origg. *Guelph. Probatt.* T. III. p. 797. in Charta qua Rex Philippus a. 1207. Azoni Estensi bona donat, ex MVRATOR. *Antiq. Estens.* T. I. p. 381. ubi testes:
Henricus Argentinus Episcopus.
Fridericus Dux Lotharingiae.
Comes Albertus de Tagispurch.
Comes Sibertus de Werda. etc. De hoc Alberto, qui a. 1211. obiit, vid. BVTKENS TROPH. T. I. et in *Preuv.* p. 134. sqq.

EXCVRSVS IX. Vbi tamen nullo nixus argumento nobis hunc canonem, (*als eenen onfeilbaaren regel*) cudit Vir D. „ *dat alle* die Brieven, „ Verdragen, enz. waarin *Oest van Borne*, of *Hugo van Voorne*, tusſchen of nevens *Rutger van Meerhem* en *Diederik van* „ *Altena*, voorkomen als *Hollandſche Edelen*, daarom alleen „ moeten geoordeeld worden, valsch en verdicht te zijn. Met „ deeze beezem konnen wij nu veel vuilnis wegveegen ". Si quaeras rationem? ea haec est, „ quia *Oest van Borne*, et „ *Rutger van Meerhem* fuerunt *homines feudales* ſive vaſalli „ *Comitatus Losſenſis*, reliqui Nobiles *Comitatus Hollandiae*". Lepida ſane argumentatio, quam ex D. viro profectam nollem, quaeque magnam rerum feudalium ἀγνωσίαν prodit: quaſi vero is, qui Comitatus Losſenſis *homo* ſit, idem *homo* i. e. *Vaſallus Comitis* Hollandiae, esſe non potuisſet. Falſisſimus igitur est hic Canon ex ignorantia nexus feudalis profectus. Falſum quoque est, dictos hos nobiles in hac Charta occurrere tamquam *Hollandſche Edelen*, (*Nobiles Hollandiae*); nusquam id invenitur: vocantur enim ſimpliciter *homines Comitis*. Nimis quoque fidenter loquitur Vir Doct., quando: VERSCHEIDEN *perſoonen* —— ait, *getuigen openbaarlijk*. Ad quae *quatuor* verba *duo* obſervanda occurrunt. Primo, verbum, *getuigen*, (*testantur*) figurate ſumſit, neque ita accipiendum est, quaſi *hi homines* νόθειαν ac falſitatem Chartae diſertis verbis testatam facerent; ſed tantummodo indicat, ex adiectis *horum* nominibus ſatis evidenter, ſe iudice, apparere, Chartam esſe ficticiam. Id quod propterea moneo, ne vox, *getuigen*, quemquam in errorem inducat. Secundo, et quod maioris momenti est: utitur

Dn.

Dn. HVYDEC. vocibus: VERSCHEIDEN *persoonen* (*multi* EXCVRSVS
homines); quod iterum errorem gignere posſit. Vox enim *ver-* IX.
ſcheiden, (Latine *diverſa* ſive *multa nomina*), ipſo confitente bl. 577. non plures comprehendit quam hos *duo*: nempe RVTGERVM DE MEERHEM ET DIEDERICVM DE ALTENA. *Hugonem* enim *de Voorne* (qui *tertium* faceret; quamquam ne vel ſic quidem voci *verſcheiden* ſatisfieret) nemo facile inter peregrinos numeraverit. Perperam etiam hunc *de Voorne* cum *Oest de Borne* a Viro D. bl. 579. confundi, alibi docebo. Porro, ſi valeret hic Canon, tunc ſpuriae quoque esſent Chartae, quibus HENRICVS Dux Brabantiae et OTTO Comes Gelriae invicem reconciliantur a. 1202, et 1203. ubi inter *testes* et *iuratos nobiles*, *Lovanii* et *Traiecti ad Moſam*, ſimiliter ſubſcripſit RVTGERVS DE MERHEM. Quae chartae ad hos annos proſtant apud BVTKENS l. l. et MIRAEVM *Opp. Dipl.* T. I. p. 401. et 565. Quod ſi Virum D. in eiusmodi ingenioſis, falſis tamen, obſervationibus tantopere loquacem, magis mutum reddidero quam piscem? En! Chartam, in qua idem hic THEODERICVS VII. Hollandiae Comes una cum *Traiectenſi Epiſcopo*, et, quod multo magis urget, una cum eodem RVTGERO DE MERHEM aliisque, inter *Principes Imperii*, ut immediati Imperii vaſalli, testes ſubſcripſerunt. Exſtat inſignis illa, quam innuo, Charta, in *Probatt.* ad L. VII. T. III. p. 755. ORIGG. GVELPHIC. Ed. SCHEIDII; cuius eximii Operis cum multis aliis libris copia mihi facta est ex inſtructisſima Bibliotheca Sereniſſimi Principis Arauſionenſis, Belgii Gubernatoris, WILHELMI V. unde magnum mihi in componendo hoc Opere

 emo-

EXCVRSVS IX. emolumentum, quod pergratus agnosco, accedit. Nempe OTTO IV. Rex German. anno 1198. ADOLFO *Coloniensi Archiepiscopo Allodium in Salefeld libere et plene restituens, Ducatus, allodia et feoda confirmans et iure spolii renuncians;* suae donationis confirmandae gratia subscribere iussit hunc in modum;

„ Cuius rei testes sunt:

. . . . Argentinensis Episcopus.
Dithmarus Mindensis Episcopus.
TIRRICVS TRAIECTENSIS EPISCOPVS.
Bernardus Paderbornensis Episcopus.
. . . . Xantensis.
Bonnensis Praepositus, Bruno.
Mechtildis, Ducissa Brabantiae.
Baldewinus Comes Flandriae.
Henricus Dux de Limburch.
Otto Comes Geldriensis.
Arnoldus Comes de Clivo.
TIRRICVS COMES HOLLANDIAE.
Henricus de Kuick.
Henricus Comes de Seyna.
Simon Comes de Teclenburg.
ARNOLDVS COMES DE ALTENA.
Wilhelmus Comes Iuliae.
Gerhardus Comes de Are.
Henricus Comes de Hockeswagen.
Henricus Comes de Kesfele.
RVTGERVS DE MERHEIM ".

Ex-

EXCVRSVS IX.

Exſtat et Epiſtola *Adelheidis* ad Ioannem Angliae Regem, a. 1207. ubi teſtes: *Rogerus de Merchum* et *Hugo de Worn* in RYMER *Act. Angl.* T. I. p. 144.

Forte etiam hanc OTTONIS IV. Chartam ſpuriam declaraturus eſt V. D., quia in illa coniuncti occurrunt *Comes Hollandiae*, *Epiſcopus Traiectenſis*, *Rutgerus de Merhem*, *Arnoldus Comes de Altena*; ſcilicet! quia *Rutgerus de Merhem* fuit *homo* ſeu vaſallus *Comitis de Loon*. Sed ſerio agamus. Praeſtitisſet profecto, ut V. D. eiusmodi ex Germania bonae notae libros et Chartas, ac Rerum Germanicarum Scriptores melioris aevi, conſuluisſet, quam tot abſurda nobis obtruſisſet. Adiungitur *ibidem* commode et alia Charta, *ipſo die Coronationis* OTTONIS IV. *Imper. Aquisgrani* eodem anno 1198. data, cui ſubſcripſerunt *Theodericus Traiectenſis Epiſcopus*, et idem ille *Arnoldus Cómes de Altena:* unde apparet etiam *Traiectenſem Epiſcopum* et *Comitem de Altena*, et hinc quoque *Comitem Hollandiae Theodericum* VII. ſollemni OTTONIS coronationi inter Imperii Principes adſtitisſe. Qui enim ſubſcribunt, adſunt, vel adesſe posſe intelliguntur; non vero contra, qui adſunt, omnes ſubſcribunt. Adfuisſe autem noſtrum Comitem, immo ſimul etiam elegisſe Regem *Ottonem*, dubitare nos non ſinunt ipſi Noſtrates. Audiamus CHRONICI noſtri ſcriptorem coaevum ad a. 1197. *Obiit Henricus Imperator, et facto Conventu Principum - - - quia non advocatus Adolſus Colonienſis Epiſcopus defuit, ſeminarium hoc discordiae Romano Imperio immiscuit, ſiquidem ad partes ſuas inflexit* COMITEM FLANDRIAE BALDVINVM, THEODERICVM HOLLANDIAE, *et* PRINCIPES,

 quos

EXCVRSVS IX. *quos poterat, et contra fidem eius Comitem Pictavis* OTTONEM *Aquisgrani inthronizat.* Eamdem rem ipsis Nostri CHRONICI verbis narrat, ut solet, AEM. STOKE B. II. vs. 1207-1254. imprimis vs. 1229. sqq. Quos versus cur laciniam aliunde invectam credat iterum V. D. HVYD. ad vs. 1207. bl. 464. equidem non video. Ad rem ipsam observare licet, eumdem RVTGERVM DE MERHEIM cum Gerardo Comite de Are, Godefrido Comite Arnsbergensi, multisque aliis Ottonem Imper. in expeditionem Franconicam esse comitatum, teste Charta ibid. ORIGG. GVELPH. l. l. Probb. n°. 272. p. 763. d. 3. Non. Febr. a. 1201. Adde locum p. 280. ubi OTTO Adolfo Coloniensi Archiepisc. Ducatum Westphaliae donat. Idque de *Rutgero de Merhem* rerum callentibus eo magis mirandum, quia satis constat, Comitem Lossensem, cuius homo fuerat, contra Ottonem IV. a partibus Philippi Suevi stetisse, argum. Epist. Notarii Papae in ORIGG. GVELPH. l. l. p. 283. Atque ex his observare licet, quantopere fallatur Vir Doct., quando bl. 579. ope *harum scoparum multas sordes purgare*, id est, multas genuinas Chartas pro spuriis condemnare et obelo transfigere se posse, existimat. In Condemnandis enim Chartis sic ipsi vara vibiam sequitur.

4. arg. 4. Carpit Vir D. verba Chartae: *Serviet* (Comes) *tanquam homo ligius Domino suo contra omnes homines*, EXCEPTO IMPERIO, *sicut ius suum est erga Imperium.* Quam clausulam et cautionem, *excepto Imperio*, neque hic, neque usquam alibi in Chartis nostris, concoquere V. D. potest, eamdemque in hac Charta putat repugnare pacto Sponsalitio, anno 1214. inter *Comitem Holl.* *Fle-*

Florentium IV. et *Machtildem Brabantiae* inito; quo in pacto, inquit, nec vola nec vestigium cuiusquam hominii Imperio praeſtandi occurrit, „ *waarin noch ſchijn noch ſchaduwe van eenige Leenroerigheid gevonden wordt* ". Vndè concludit, „ dat in 't „ bijzonder die woorden, *uitgezonderd het Keizerrijk*, lijn- „ recht tegen de waarheid aanloopen ". Sic nimirum Viro docto ſedet ſententia, ut, quaecumque Chartae *Imperii* et *nexus feudalis* mentionem iniiciant, eas omnes pro ſpuriis, ficticiis, abſurdis, reiiciat. Sed haec refutare pudet ac piget. Quod autem ad hanc Chartam anni 1214. attinet; etiamſi concederem, quod abſit tamen! in illa clauſulam, *Imperio excepto*, quae ſaepe omittitur, non inveniri: an propterea nostra Charta anni 1200. pro ſpuria esſet habenda? an hae propterea inter ſe pugnarent, et id quidem *ex diametro* (*lijnrecht*) ut vult doct. Scriptor? non dixerim. Etenim vel ſic tamen, quamvis nulla feudalitatis *Imperii* mentio exſtaret, ſubiectio illa vera foret, et ex indole huius aevi intellecta; nihilque iccirco iterum hic faceret argumentum ex ſilentio deſumtum. Coecutiit tamen Vir doct. nimio opinionis ſuae ſtabiliendae ardore correptus. Diſerte enim dicit Charta: *buiten 's lands zouden zij zich onderling bijſpringen tegen* ALLEN, *daar zij 't* MET EERE *zouden* KONNEN *doen.* Quae quidem ſollemnis est formula *excipiendi* non ſolum *Imperium*, ſed alios etiam quosvis *dominos directos*, a quibus quid in feudum tenebant. Fueruńt ergo tunc, adverſus quos ſine *felonia* (ſit venia huius ſeculi verbis!) *pugnare* non posſent. At haec ipſa verba V. D. mire torſit, iisque exſultavit; ſine merito iterum *Wagenarium* carpens.

EXCVRSVS IX.

EXCVRSVS IX. 5. arg. 5. Elevare conatur V. D. argumentum, idque validissimum, quod peti potest ex *Charta Ducis Brabant.* die 11 Apr. A. 1283. qua *Dux* iuramentum *homagium*que ab Holl. Comitibus sibi faciendum ultro *Florentio* V. Comiti remittit, quum is Florentius sororem coniugis Ducis Beatricem in matrimonium acciperet. v. MATTH. *Anal.* III. p. 54. et ex eo WAGEN. D. III. bl. 35. et MIERIS D. I. bl. 433. ubi MATTH. haec: „ quod „ ad iuramentum, non desiit deinceps id praestari, donec ultro „ id remisit Dux Florentio Comiti V. ducta ab eo in matrimo- „ nium Ducis filia [lege, ex coniuge sorore] Beatrice. Char- „ ta A. 1283. *Nos Joannes - - protestamur, quod nos fide-* „ *lium hominum nostrorum communicato consilio*, HOMAGIVM, „ *quod nos ab ill. viro Du. Florentio, Comite Hollandiae, dilecto* „ *consanguineo nostro, — de iure, ut putabamus, exigere con-* „ *suevimus, et quod idem Comes praed. ut putabatur, de iure,* „ *nobis semper renuit faciendum, quitum proclamavimus, — illud* „ *nunquam — petituri. Cuius literas et instrumenta, si qua re-* „ *periri contigerit in posterum, facientia de dicto* HOMAGIO „ *mentionem, illa decernimus — irrita —*". Cuius Chartae verba quam frigide V. D. explicet, et mirum in modum torqueat, omnium lectorum iudicio relinquo. „ *De iure ut pu-* „ *tabamus*, inquit, *is geen kwijtschelding van eene verschuldigde*, „ *maar, integendeel*, NB. *een plegtige en tevens vriendelijke, er-* „ *kentenis van eene*, TEN *ONRECHTE* GEVORDERDE, „ *en* TE RECHT *geweigerde, Manschap*". Ego vero non tam acer video. *Ten onrechte gevorderde!* inquit; etsi Dux diserte DE IVRE dixit. Ad summum enim ex his verbis argui possit, fuisse

hoc

hoc Homagium iam tum inter Ducem et Florentium V. hoc anno EXCVRSVS IX.
1283. Eridis pomum, quia ipsae Chartae, quibus Ioannes ius suum probaturus esset, tunc ei ad manus non fuisse videntur: quapropter Dux spe coniugii aliisve de caussis, cum *Consilio hominum* suorum, maluit *de iure suo* parumper decedere, quam bonam et maioris momenti occasionem amittere. Sed quod bene notes velim; non dicitur fuisse quaestio hac de re inde ab *anno* 1200. sed tantum sub *Florentio* V., qui *ius* illud Ducis in dubium vocare coeperat: cuius mores ac genium si quis noverit, non valde mirabitur, id illi controversum fuisse, quippe nihil alieni iuris admittere solito, nisi quod valide et productis Chartis probari posset. Has ipsas autem literas post aliquot annos fuisse repertas, ac *Comiti* Holl. *Wilhelmo* restitutas, docet diserte Charta *reconciliationis* die 10. apr. 1307. apud MIERIS *Chartul.* D. II. bl. 63. nec alia fuit caussa, cur hoc anno 1307. terras Comitis Dux Brab. iterum invaderet. Vid. WAGEN. D. III. bl. 162. et 187. et *den Ongenoemden Klerk*, *cum not.* bl. 195. De hac autem Charta mox pluribus dicam.

6. Sexti argumenti vis, si quid habet virium, in eo latere 6. *arg.*
videtur, quod incredibile, immo absurdum foret, quemquam sine iusta caussa a Fidelitatis homagio liberare: quod tamen anno 1283. fecisset Ioannes Dux Brabantiae. *Maar*, inquit, TEN ZESDEN, *om wat reden zou Hertog Ian zulk een vreemde en ongewoone milddaadigheid geoeffend hebben tegen Graaf Florens?* sqq. Verum sua ipsius vineta hic caedit vir D. quandoquidem ipse confitetur, praeter eam, quam de *nuptiis* dedit MATTHAEVS, satis rationum posse exhiberi, si res vera foret. Atqui

EXCURSUS IX. qui veram rem esse, demonstravi. Ipse V. D. hanc renunciationem minime negat, sed lepidam rationem comminiscitur, nempe *quia* Dux Ioh. *nullum ius habebat.* Sic loquitur: *'t besluit is, dat hij afstand doet van zijnen eisch. Waarom? dat spreekt van zelf. Om datmen in de Registers van Brabant niets gevonden hadt om dien eisch te staaven. Gevolgelijk vondt men daar toen dien Brief niet, dien Butkens echter vierd' halve Eeuw laater, in die Registers gevonden heeft: of, vondt men hem, men verklaarde hem voor valsch.* Verum eiusmodi dilemmata in rebus mere historicis nullius sunt pretii. Multa Ducem impellere potuerunt, ut ius suum in directum Zuidhollandiae dominium Comiti remitteret. Praeterea idem illud ius non tanti censendum est, quanti id vir D. facit, quippe qui eiusmodi renunciationem comparat Regis Angliae facto, si subditum suum a fidelitatis iureiurando solvat: quod ex nexu feudali penitus diversum, praesertim vero propter adiectam in ipsa Charta cautionem: *ut Comes has terras teneret iure Brabantino, ita vdl. quod nullus heres inde* EXHEREDABITVR, unde ultro Comiti de re sua satis provisum erat. Quod autem de V. D. BVTKENSIO adiicitur, id alicuius forte momenti foret, nisi et aliunde haec Charta prolata fuisset. Illam etiam ex nostra *Camera feudali* depromsit Vir Ampl. VAN DE WALL, eamdemque anno 1388. adhuc *Sylvae Ducis* fuisse asservatam, et adhuc in Brabantia asservari, paullo post videbimus.

7. arg. 7. Septimo loco argumentatur Vir D. ex depravatis vel potius confusis notis Chronicis, a. 1200. 1202. 1203. Charta Viro Docto dicitur data d. 3. Nov. 1203. Lovanii; Comes vero

vero Dordraci d. 4. Nov. 1203. post aliquot dierum morbum EXCVRSVS IX.
decesſit. Haec non cohaerent. Sed ipſe vir D. ex MATTH. monet, Chartam dici datam *d.* 3. *Nov.* 1200. Comes vero captus est a. 1202. et obiit a. 1203. Haec vero, utcumque plana (ut ſupra docui), conciliare invicem non potuit Vir Doctus; at Vir Ampl. VAN DE WALL aliquatenus in his dubius haeſit; non tamen iccirco quidquam contra chartae γνησιότητα definivit. Istud tamen quum fecerit Vir D. HVYD., transit nunc quoque ad probandum, hanc Chartam ne hoc quidem anno 1200. confici potuisſe. *Nu zal ik, voor 't laatſte, bewyzen*, inquit, *dat het ook niet geſchied is op* 3. *Nov.* 1200. Ecqua eius probatio? *want dan moest Graaf Diederik zo meineedig als laſhartig geweest zijn. Hij verbondt zich, zomen wil, met eede, den Hertog, als zijnen Leenheer, te zullen helpen tegen allen, uitgezonderd het Keizerrijk.* Egregium profecto argumentum, tanto viro eo magis indignum, quo maiora ubivis ingenii et acuminis ſpecimina profert egregia. Fac enim ita esſe! Finge Comitem fuisſe periurum, ignavum, immo monſtrum hominis (quod abſit tamen); an hinc ſequetur, talem Chartam anno 1200. non esſe invicem factam? Quando addit: *Dit bezwoer hy* 3. *Nov.* 1200. *en in* 1202. *valt hy met magt in Brabant, om den Graaf van Gelre te helpen tegen den Hertog* etc. rem non ex vero propoſuit. Longe melius WAGEN. *Vaderl. Histor.* B. VII. T. II. p. 289. ſq. et meliora ipſum docere poterat CHRONICON EGM. ad a. 1202. ortum bellum referens inter Epiſcopum Traiect. ab una, et Ottonem Gelriae ac Theodericum Holl. Comit. ab altera parte: cui bello post-

EXCURSUS IX. ea sese immiscuit Dux Brab. Henricus, ut supra monui. An igitur periurus noster Comes, vim vi repulsans? Quod si vero vel maxime fuisset, iterum dico, quid hoc ad Chartae γνησιότητα, duobus annis citius conscriptae. Cessit hoc anno 1202. infeliciter praelium Comiti, captusque est, ac paullo post, dicente CHRONICO l. l. *Dux et Comes Theodericus reconciliantur, datis a Comite* 2000. *marcarum.* Nihil hic addo. Res ipsa loquitur. Diversae omnino res sunt; Chartam Homagii libero arbitrio exhibere; et mulctam pecuniariam pro captivitate persolvere. Aliud maioris momenti specie tenus pro se afferre potuisset argumentum Vir Doct., quod Henricus Brab. Comiti Gelr. a. 1203. Lovanii reconciliatus sit, ea conditione, ut is *homagium* sibi pro nonnullis terris faceret. Et quidni ergo etiam hoc anno Theodericus Holl.? cur is ope duntaxat *mulctae pecuniariae* captivitate est solutus? Sed dicam quod res est. Promittere hic cogitur Gelrus, quod nondum promiserat. Comes vero Holl. idem iam a. 1200. promiserat ex pacto. Nunc quia pacti non servati reus erat, in mulctam eamque gravissimam, 2000. marcarum argenti, incurrit, salvo procul dubio *Homagio*, a. 1200. promisso, ut post liquebit. De *Marcae* autem valore vid. MATTH. *not.* ad ANON. *de Reb. Trai.* p. 129.

8. arg. 8. Denique ex abundanti Vir doctus removere studet obiectionem, quae moveri sibi possit *ex restitutione Chartarum* a. 1283. *promissa*, et ex renunciatione Homagii in terram Zuitholl.; quas ambas res perfectas tandem esse die 10. Aprilis 1307. disserte illa Charta probat, quae exstat apud BUTKENS in *Probb.* T. I.

T. I. p. 140. n. 2. „ *De Hertog is verdragen*, *dat hy zal* „ *overgeeven aan den Graaf*, DE BRIEVEN, DIE HY HEEFT „ WEGENS DE MANSCHAP VAN ZVIDHOLLAND, *die* „ *hy van den Graave gevorderd hadt*: *van welke* [*Brieven*] *de* „ *Hertog afstand doet*, *gelijk ook van de* MANSCHAP *voor nu* „ *als dan* enz". Verum hanc quoque Chartam spuriam pronunciat Vir D. vel *totam* vel saltem *ex parte*. Censet vero, non probat, et circulum in ratiocinio committit. EXCVRSVS IX.

Verum ne quid dubii cuiusquam animo in posterum inhaereat, nunc ostendam, etiam ex abundanti, multa dari, quae huius Chartae Brabant. a. 1200. tam vehementer oppugnatae, veram existentiam probant et omni dubio eximunt. Praeterquam enim, quod V. D. BVTKENS *Troph. de Brabant*. T. I. p. 53. *Preuv.* hanc ex *Registris Brabantiae* in lucem edidit; nuper etiam Vir D. VAN DE WALL *Latinam* deprompsit et accurate descripsit ex vetustissimo MS. ex *Curia Holl. Feudali* (*van de Leenkamer*), *Belgico* etiam idiomate satis antiquo ex *Actis theloneorum* (vulgo *de Thollen-Cas*): habent quoque BOXHORN in *Chronid. Zeland.* D. I. bl. 75. MATTH. *in Analect.* T. III. p. 54. DV MONT *Corps Diplomat.* T. I. P. I. p. 130. habent et alii. Dedit vero postea eadem haec Charta, propter *Homagium* in ea promissum, multas turbas, ac recruduit saepe contentio post Theodericum VII. Vindicarunt hoc sibi Homagii ius Brabantini Duces usque ad a. 1283. quando *Florentius* V. huius vasallagii impatiens, (quippe teste WILHELMO PROCVR. in *Chronici Continuat.* p. 531. erat hic IVRISDICTIONIS SVAE PROPAGATOR) illud ius in dubium vocare coepit, Stabilitur Chartae fides.

 teste

EXCVRSVS IX. teste Charta Ducis IOANNIS, quam HVYDEC. pro genuina admisit, quaeque habetur in MIERIS D. I. bl. 433. et MATTH. de *Nobil.* L. 1. C. 31. p. 129. Verum Ioanne defuncto, defuncto etiam Florentio V., iterum hac de re *Ioannes* II. Ducis filius *Comitibus* Hollandiae litem movit, bello insuper illato, occupataque maxima *Zuidhollandiae* parte: id quod fusius descripsit V. D. WAGENAAR D. III. bl. 162. ad a. 1304. et eius rei causfam BVTKENS cum *Wagenario* D. I. bl. 356. inde derivandam monet, quod aegre *Dux* ferebat, *Comites* detrectare *Homagium Zuidhollandiae.* Verum et fortiora dabo. Ipsam Chartam (dicamne *Chartas*?) diu posthac etiam in *Autographo* exstitisse, manifesto apparet ex Pacto ducis Ioann. II. et Comitis Holl. Wilhelmi III. a. 1307. quo hi invicem reconciliantur, promittente Duce Comiti, *dat hy zal overgeeven aan den Graaf de Brieven*, DIE HY HEEFT, *wegens de* MANSCHAP *van Zuidholland, die hy van den Graave gevorderd hadt; van welke* [Brieven] *de Hertog afstand doet, gelijk ook van de Manschap voor nu als dan.* — Vid. Chart. d. 10. Apr. a. 1307. apud MIERIS D. II. bl. 63. et WAGEN. D. III. bl. 187. ex BVTKENS. Antiquissima eius verba sunt apud BVTKENS T. I. *Preuv.* p. 140. haec: *et especialement le Duc at enconven de rendre al dit Comte les lettres*, KE IL AT *del hommage de Zutehollande, ke il demandoit au dit Comte, as quelles le dit Duc renonce, et al hommage aussi desmaintenant* etc. Ex Brabantiae istius temporis Registris desumta ista ac transscripta, quis in dubium vocaverit? Haec autem posterior anni 1307. Charta, (nunquam nisi a Viro D. HVYD. in dubium vocata, quippe

qui

qui fine ulla ratione „ *Dit nu was*, inquit, *volstrekt onmogelijk*; EXCVRSVS
„ *en* daarom *is het volstrekt valsch*)", disertis verbis indicat, II.
eiusmodi Pactum ac Literas anni 1200. revera exstitisse, easdemque Literas hoc anno 1307. fuisse *Comiti restitutas*. Illam vero Chartam, sic tandem Comiti a. 1307. restitutam, non neglexisse postea nostros Comites, sed magna cura ad definiendas lites subinde orituras custodiisse, certum est. Exstat enim apud MIERIS D. III. bl. 493. circa annum 1388. quoddam Arbitrium (ex Libro dicto: *paalscheiding tusschen Brabant en Hollant:*) ubi totidem verbis *bis* affirmatur, hanc Chartam id temporis (i. e. a. 1388.) adhuc *Sylvae Ducis* asservari, quae ut maioris firmitatis causa ex Originali inde aliquando in lucem protrahatur, opto. Denique exstat ex *Registro Camerae Feudalis* (*uit de Registers van de Leenkamer*) itidem apud MIERIS D. IV. bl. 101. quaedam Charta, data anno 1408. (cui in fronte adscriptum: *Klagten van den Raad van Braband over het ongelijk door de onderzaaten des Gr. van Holl. die van 's Hertogenbosch aangedaan; in 't jaar XIIII^c. VIII. in Mayo*) ubi ad has ipsas Literas provocatur, hoc modo: *Item alsmen schreef anno incarn. Dominic. millesimo ducentesimo, tertio nonas Novembr.* (m) *doen wart bevorwardt tusschen* HENRIC *Hertoge van Lothryk ende* DIRCK *Greve van Hollant in der manieren, gelyc die punten hierna begripen.* „ *Sciant omnes, tam pres.* „ *quam futuri, pagine presentis inspectores, de mercatoribus Henrici*

(m) Male hic MIERIS interpunxit post *tertio*. Non patitur id *Casus accus. Nonas*.

EXCVRSVS IX.

„ *rici Ducis Lotheringie et Theoderici, Comitis Holland. inter* „ *eos esse condictum* — — — " *Item* NB. *in* EENEN ANDEREN BRIEVE VAN DERGELIKER DATE, *is een punte, dat aldus begrijpt.* „ *Preter hoc dimisit Comes Duci et suis heredi-* „ *bus omnes suos mercatores, per terram Comitis transeuntes, tam* „ *in aquis, quam in terris* [*mansuros*] *in omni eo iure, quo theo-* „ *lonia fuerunt a principio statuta*". Quae posteriora verba eadem sunt atque exhibet nostra Charta, de qua disputavi. Ex priori autem fragmento simul argumentum capias, fuisse eodem illo die atque anno, 1200. nonnulla alia mercaturam spectantia, inter Comitem et Ducem ordinata: quae MIERIS perperam ad a. 1203. retulit. Quod igitur tacite vir Doct. H. insinuat, bl. 560. quasi haec Charta nusquam nisi apud BVTKENS (qui in nonnullis male audit, iure vero an iniuria? hic non quaero) *Troph. de Brab.* reperiatur: id hinc manifesto falsum est.

Postremo, ut omnes Viri Ill. argutiae, quas in hanc Chartam Brabantinam molitus est (argumenta enim talia quis vocet!) uno penitus ictu concidant; proferam in *Cod. Diplom.* ipsam Chartam, quae adhuc integra habetur in *Registris Brabantinis*, per formam *Vidimus* inclusa, cum adiectis testimonium dantium sigillis, nempe *Petri Decani S. Gudulae et Ioannis Praepositi S. Iacobi* (Coudenbergi) *Bruxellis datis a.* 1305. *die lunae in Crastino Pentecostes.* Ante aliquot nempe tempus observaveram huius Chartae fieri mentionem in Chartarum Brabantinarum *Indice MS.*, vulgo dicto: *MS. Register der Chartres van Brabant te Vilvoorden;* ubi sic habetur. „ *Ama-*

„ *ris*

„ *ris VII. infra. Laeye*, daerop geſchreven ſtaet *Lres des* EXCVRSVS IX.
„ *Fiefs et Homaigez*, gheteeckent-- *S.* Daerinne hebben wy ge-
„ vonden die brieuen hier naervolghende. Te wetene. Ierst
„ eenen *vidimus* onder den ſegel vāñ deken van S. ter Goede-
„ len ende den proest van Couwenberghe In date des maen-
„ daeghs naer Sincxen XIIIc. V. van eenen brieff van HEN-
„ RICK *hertoghe van Lothryck* ende DIERICK *Graue van Hol-*
„ *lant*, in Date XIIc. iij. den derden Nouembr., inhouden-
„ de dat die voerſ. GRAUE van HOLLANT bekent van Voerſ.
„ Hertoghe van Brab. te leene ontfangen te hebben die ſtat
„ Dordrecht op beyde ſeyden vāñ Watere, Durtrecterwaert,
„ Haerdesweerde Dusne eñ alle het lant tusſchen Stryen ende
„ Waelwyck ende dat ten Brabantſchen rechte ". Vtprimum haec legi, contuli me ad Vir. Excellent. Comitem DE NENY, Praeſidem Conſilii Privati Imperatricis, quod Bruxellis est, cuius eximia Viri Excellent. humanitate, et ad promovenda ſtudia prolixa benignitate, ſtatim cum aliis bene multis ad me pervenit huius Chartae (*qui est bien conſervé et en bon état*,) Exemplar authenticum, roboratum et munitum ſubſcriptione Excell. Comitis de WYNANTS, Chartularii Archivorum Brabantiae.

Erunt fortasſe, qui putent, post exhibitum hoc authenticum Chartae exemplar, non opus fuisſe, ut argumenta contra eam prolata tam multis profligarem. Verum eius ſunt generis omnia Viri D. blandiloqua Argumenta, ut etiam haec confutari maiori apparatu debuerint; ut ſic tandem discant Nostrates, quam parum fidei tribui posſit vel blandiloquentisſimis eius Argumentis, quibus ubique Historiam Patriae nostrae genuinam mo-

roſe

EXCVRSVS IX. rose oppugnavit, invertit, obfuscavit, negavit. Splendida profecto per se sunt *octo* illa Argumenta, quae contra hanc Chartam genuinam opposuit, levi nunc tamen brachio disiecta; in quibus pro more suo agit Vir D., ut arreptam semel sententiam mordicus teneat, et quidquid suae adversetur opinioni, id spurium, id falsum fictumque confidenter asseveret, imprimis si res ad *nexum* spectat *feudalem*, quo Comitatus Hollandiae ab initio et semper Imperio fuit alligatus. Hinc illi omnis mali labes! Hinc tam multiplices varii generis Chartae ac Diplomata Regum, Comitum, aliorumque in atrum istum Indicem expurgatorium, spuriorum nempe ac ficticiorum, coniecta! Hinc ubique fere ex Scriptoribus et Annalibus nostris proscripta et eiecta mentio DORESTADI; KINHEMII; INSVLAE WALACRIAE, vel eadem loca, aliorsum translata. Hinc reprehensus ubique et atro quasi carbone notatus egregius noster scriptor GERARDVS VAN LOON, qui, utcumque prae nimia, quam solus sustinuit, rerum mole in multis haud ita accuratus, et saepe coniecturis, doctis tamen, indulgens, nihilominus cunctis nostratibus Scriptoribus lampada praetulit, et viam munivit, qua nostrae historiae facies in posterum laetiore resplendeat luce! Hinc denique nata infausta eiusdem Viri HVYDECOPERI sic dicta LAMBACHERIANA, ad calcem operis D. III. bl. 477 -- 607. adiecta, et opposita PH. IAC. LAMBACHERI Dissertationi Historico-Iuridicae, *de Imper. Alberti I. Expeditione in Hollandiam, suscepta anno MCCC. ad tuenda iura Imperii adversus Ioannem de Avennis, Comitem Hannoniae*, Ed. a. 1758. 4°. Quae Viri Docti *Lambacheriana*, iuxta et omnes eruditas eius

eius notas, quemadmodum admirabundus lego, in iis multifariam eius lectionem, assiduum et indefessum laborem, atque ingens ingenii et iudicii acumen collaudo; ita mihi temperare non possum, quin doleam, virum tantae diligentiae atque industriae operam suam in meliore stadio non collocasse, quam in subvertendis infringendisque iis, quae tam firmo nituntur tibicine, ut, si haec ex nostra Historia tam levibus argumentis tollere coneris, omnis simul fides certissimis quibusque Historiis abrogetur; immo omnis Historiae certitudo tollatur, necesse sit. Scopus Viri Ampl. HVYDECOPERI manifestus is est, ut, quantum potest, reiecta ubique *feudalitate Imperii*, illarum fere omnium Chartarum, quae feudalitatem istam vel confirment vel memorent, fidem quammaxime subvertat, infirmet, easque spurias, confictas, vel depravatas censeat. Quod dum facit, retinet tamen ac genuinas plerumque censet eas, quibus Imperatores subinde vario suo iuri quodammodo renunciarunt. Non aliunde id manifesto apparebit, quam ex eo, quod exempli loco ex his Lambacherianis apponam: unde simul patescet, quam imbecilli tibicine, ne quid durius dicam, Viri D. molimina nitantur. EXCVRSVS IX.

Genuinas censet literas, in iisque magnam argumenti vim reponit Vir D., quas die 25. Nov. a. 1314. *Comitibus* Hollandiae largitus est Rex Roman. LVDOVICVS (*n*). Quas paucis perlustremus. Memorantur ibi:

1. *Gra-*

(*n*) Illas descriptas hic addere haud pigebit: V. MIERIS D. II. bl. 145. „ LVDOVICVS, Dei gratia Romanorum Rex. — — Ad universorum „ noticiam cupimus pervenire, quod „ nos, propter grata et obsequiosa „ ser-

EXCVRSVS IX. 1. *Grata et obsequiosa servicia Comitis Holl. Wilhelmi* III. *et* eius *praedecessorum.* Cui autem praestita?

2. *Quae Nostris*, inquit, *Antecessoribus*, *Regibus et Imperatoribus Romanorum et* IMPERIO *exhibuerunt*, *et* NB. ADHVC *nobis et Imperio exhiberi speramus in futurum.* Est haec autem sollemnis formula feudalis.

Quid vero largitur Rex Ludovicus?

3. *Omne ius*, *quod iidem Nostri Praedecess. in Comitatibus Holl.* —— *reclamarunt aut reclamare potuerunt aut nos reclamare possemus*, *libere et absolute* —— *quittamus.* Et quomodo restringit hanc ita dictam *quitationem?*

4. SALVO *tamen nobis et Imperio* HOMAGIO *debito pro eisdem.*

5. Praeterea irritos declarat Rex omnes processus, quos pro vindicando suo iure Reges fecerunt unquam; his verbis: *Si autem processus aliqui.* —— —— ——

Ex hac igitur tam luculenta Charta sequentia, nulla adhibita fidicula, discimus:

1. „ Comites nostros tamquam Imperii Vasallos *grata et ob-* „ *sequiosa servitia Imperio* praestitisse, in iisque etiam *Wilhel-* „ *mum* III ".

2. „ Non

„ servicia, quae spectabilis GVILLELMVS, *Comes Hollandie*, et sui predecessores, Nostris Antecessoribus, „ Regibus et Imperatoribus Romanorum, et Imperio exibuerunt, et „ adhuc Nobis et Imperio exiberi speramus in futurum, *omne ius*, quod „ iidem Nostri Predecessores *in Comitatibus Hollandie*, *Zelandie et Dominatu Frizie reclamarunt*, *seu reclamare*, *potuerunt*, *aut Nos reclamare possemus*, libere et absolute, „ de

2. „ Non dari hanc Chartam, icciirco, ut ab iis liberetur EXCVRSVS IX.
„ Wilhelmus III. Com., sed contra, quo *magis obsequiosus*
„ esset: *nimirum*, PROPTER —— *servitia*, *quae* —— AD-
„ HVC *Nobis et Imperio exhiberi speramus in* FVTVRVM".

3. „ Reges et Imperatores multa iura *in Comitatibus Hol-*
„ *land. Zeel. et Dom. Fris. olim* RECLAMASSE *seu reclamare*
„ *potuisse*, et in eo etiam nunc esse *Ludovicum* Regem, ut id
„ facere *posset* ".

Cogita autem tot bona, tot dominia, tot iura regalia, aliaque a Comitibus identidem ac paullatim sibi vindicata; cuiusmodi sunt *ius monetae*, *telonei*, *piscationum*, *forestarum* cett. qualia memorantur in Charta Henrici Reg. d. 30. Apr. a. 1064. apud HED. p. 128. sq. Possem id permultis probare: sed nunc modo inspicite Chartam Regis HENRICI IV. d. 2. Maii a. 1064. in HEDA p. 129. f. *Notum esse volumus — qualiter nos ea bona, quae iniuste ablata fuerunt S. Dei Eccles. Trai. a Theodorico Comite* [a. 1018.] *eiusque filiis, a tempore Henrici II. — pro quibus et idem Imp. Henricus et avus noster Conradus, et Pater noster piae mem. Henricus* PLVRIMVM LABORAVERVNT, *et multa bella fecerunt*; *nos quoque nostrique fideles multum laboris impendimus*, sqq. ".

4. „ *Omnia* HAEC *iura in* his *Comitatibus* (minime vero
„ *ius*

„ de consensu-Nostrorum Principum,
„ quittamus, ac eidem eiusque Here-
„ dibus et Successoribus, presentibus
„ duximus remittendum, *salvo tamen*
„ *Nobis et Imperio Homagio debito pro*
„ *eisdem*. Si autem Processus aliqui
„ per Nostros Predecessores facti exsti-
„ terint contra eundem Comitem, aut
„ suos Predecessores pro iure predicto,
„ ex certa sciencia presentibus irrita-
„ mus. " —

EXCURSUS IX. „ *ius in ipsos Comitatus*) nunc tandem remittit Comiti Rex Lu-
„ dovicus, adhibito *consensu Principum Imperii;* et illa iura huic
„ libere exercenda permittit".

5. „ Nec tamen Rex renunciat iuri, quod sibi *in hos Comi-*
„ *tatus* competebat, pro quo homagium Imperio Comites de-
„ bebant. Nusquam hoc dicitur. Multo minus renunciat
„ *iuri Homagii*, quod pro istis iuribus *praestandum* etiam nunc
„ Comiti *in posterum* foret. Diserte enim adiicitur: SALVO
„ TAMEN *nobis et Imperio Homagio debito pro eisdem*".

6. „ Remisit praeterea Rex *omnes processus iuridicos*, qui in
„ aula Caesarea ad vindicanda ea iura maiestatica, et olim, et
„ nunc etiam vivente Wilhelmo, erant agitata".

En Chartae argumentum et scopum! Quid autem ad haec Vir D.? Hanc Chartam, „ *aan welks echtheid*, inquit bl. 529. „ *niet getwijfeld kan worden*", ita Vir D. explicat, ut penitus tollat ipsum *Homagium;* et Rex sub voce: *quittamus* — *omne ius* — *salvo tamen homagio;* remittat ei *ipsum* IVS HOMAGII *cum omni eius sequela.*

Ne mihi credatis! En ipsa Huydec. verba: bl. 533.

„ Maar ter derden, en voornamelijk: Keizer Lodewijk deedt
„ VRIJWILLIG, VOLSTREKTELIJK *en* VOOR ALTIJD
„ *Afstand van* ALLE RECHT, *het welk* EENIGEN *zyner Voor-*
„ *zaaten op Holland enz. hadden voorgewend*, *of konnen voorwen-*
„ *den*, *of* HY ZELF *zou konnen voorwenden.* Zeg my nu, bid
„ ik, welk was *al dat Recht*, waarvan hy afstand deedt? het
„ was, met één woord, [NB.] niet anders dan het RECHT
„ VAN MANSCHAP met al de gevolgen van dien".

An

An oculis credimus? Video et obſtupeo. Sed unde hoc? dicam ingenue. Vir D. verba: *ſalvo homagio debito pro eisd.* bl. 532. 533. tamdiu torſit, ut ex iis hanc ſententiam cuderit, *ut ſalvo homagio pro iisdem*, et *homagio* DEBITO *pro iisdem*, longe diverſa ſignificare oporteret; quaſi per *τὸ debitum* intelligatur *homagium*, *quod* FORTASSE NB. *Rex praetenderet*, *Comitem* DEBERE *facere*. En ipſius verba! „ *eene manſchap*, *die Willem* „ ZOUDE MOGEN SCHULDIG ZIJN ". — Et tamen, quod bene notetis! Charta, *remittimus*, inquit, *ius*, SALVO TAMEN HOMAGIO *debito pro eisdem.* EXCVRSVS IX.

Si hac profecto ratione vetustas Chartas tractare licet; actum est de omni Chartarum fide et ſenſu! Sed et alia ſunt in Viri D. verbis, quae me male habent, quaeque praetermittere non poſſum quin addam; non quidem iccirco, quod bonam Viri Docti fidem incuſem, ſed quod, ardore disputationis forte abreptus, hinc facile eiusmodi verbis fucum improvido lectori facere poſſit:

Charta dicit: *omne ius quod* IIDEM *nostri Praedecess.* IN COMITATIBVS — RECLAMARVNT — *libere et abſolute — quittamus.* Huydec. convertit: *De Keizer deedt vrijwillig*, *volſtrektelijk*, *en* VOOR ALTIJD *afſtand van alle recht*, *het welk* EENIGEN *zijner Voorzaten* OP HOLLAND *enz. hadden* VOORGEWEND. Vbi quatuor longe diverſa in Belgica eius verſione habentur.

1. Huyd. explicat; *recht voorwenden*, *ius praetendere*; *Charta* dicit: *ius reclamare.* Atqui *reclamamus* quod nostrum est; *praetendimus*, quod nostrum non est, vel eſſe negatur. An

EXCURSUS IX. igitur recte et ingenue *reclamare* convertit per *voorwenden*? illane Synonyma? non opinor.

2. Charta habet: *ius*, *quod in* COMITATIBUS. — Huyd. *Recht* OP *Holland*. An haec etiam Synonyma? Minime vero. De hoc iure mentio nulla. Reges *ius in Hollandiam* sive *in Comitatum* nunquam reclamare necesse habuerunt, quia Comites id sibi nunquam vindicarunt, sed hactenus semper pro eo Homagium Imperio fecerant, et posthac etiam facturi erant, feceruntque. Id quod fusius alibi ostendam. Sed sermo est de Iuribus ac Regalibus in Comitatu per Comites sibi saepe vindicatis. Nostrates semper ad haec duo parum attenderunt, eaque inter se confuderunt.

3. Charta habet in genere: *ius*, *quod nostri Praedecessores*: Huyd. *Recht*, *het welk* EENIGEN *zijner voorzaaten*. Longe aliter Charta; ea enim indefinite de *omnibus* loquitur; sed de τῶ *eenigen* ne gry quidem habet.

4. Ne iam dicam, voces VOOR ALTIJD nusquam in hac Charta exstare, in qua pro se tantum loquitur Rex, non de suis successoribus. Sed hoc non est tanti.

Non possum igitur, quin laudem et approbem iudicium, quod de huius Viri D. HUYD. opere, cetera egregio, tulerunt Docti editores in Actis patriae nostrae literariis (vulgo *Vaderlandsche Letteroefeningen* a. 1773. D. II. No. 1. *bl.* 14. seqq.) imprimis, ubi de notis eius Historicis et hac Chartarum proscribendarum prurigine docte non minus ac modeste bl. 20. scribunt: „ Voor 't overige hebben wy, raa„ kende de Historische aanmerkingen, nog te melden, dat de

„ Heer

„ Heer Huydekoper etlyke byzonderheden van 's Lands Geschie- EXCVRSVS
„ denisfen, tot nog algemeen aangenomen, voor verzierd houdt. IX.
„ 't Gezag van onzen Chronykschryver zelven heeft geen ge„ wigts genoeg, om hem over te haalen tot het gevoelen, dat „ het Land beneden Nieuwmegen eertyds Nedersaxe heette, „ en dat Holland een gedeelte van het oude Friesland is. Zie „ I. D. *bl.* 9, 18, 40, 41, 147, 581. Hij wraakt ook „ veele, tot hier toe meerendeels voor egt erkende, oude „ Brieven. Of zyn Wel Ed. in die en dergelijke stukken den „ des kundigen voldoen zal, is bedenkelyk. Veelen, ver„ moeden we, zullen bezwaarlyk konnen gelooven, dat men, „ eeuwen agter een, niet slegts hier en daar in Kloosters, „ maar ook in de Archiven van ENGELAND, BRABANT, „ HENEGOUWEN, enz. en zelfs in de LEEN- en REGIS„ TERKAMER van HOLLAND, verdigte stukken zorgvuldig be„ waard, en ze eindelyk voor den dag gebragt zou hebben IN „ EEN TYD, toen niemand eenig voordeel van die verdigting „ kon trekken ". Recte omnino et ex vero! Quis enim sibi persuadebit, Comitem nostrum, E. Gr. ALBERTVM Bavarum, cuius permultae Chartae in LAMBACHERIANIS obelo configuntur et pro spuriis habentur, tot Chartas confinxisse vel confingendas curasse, easque demum eo tempore in lucem esse protractas, vel etiamnunc protrahendas, quo illae neque ipsi neque posteris suis quidquam amplius commodi afferre potuerint. Quod autem speciatim antedictam Chartam primariam anno 1200. datam attinet; quae ex Brabantiae et nostrae Curiae Feudalis Registris habetur depromta: quo tandem modo in haec *Acta* sive

EXCVRSVS IX. five publica *Archiva* intrufa foret? Haec enim confcripta funt a Clericis, five iis, qui Comitibus a fecretis erant (*fecretarisfen*), vel faltem horum iusfu. An vero hi Clerici eiusmodi Acta confinxerint? cui ufui et qua de causfa? Dari posfe in Ecclefiis, Abbatiis, Monafteriisque hic illic Chartas, imprimis quae ad pias, ut vocant, causfas vel Ecclefiarum donationes concesfae funt, quae, fi ad iustos et rei Diplomaticae Canones exigantur, confiftere nequeant, lubens confiteor: eiusmodi vero Diplomatum, quae Pacta ac Conventiones continent, fides haud ita temere in dubium vocanda est.

Nihil hic addo de ipfius AEMILII STOKE pasfim immutato Contextu. Quam velim enim, ut ubique Vir Doct. typis expresfisfet lectionem optimi illius Codicis MSti, qui litera A. infignitur, quemque ipfe pro accuratisfimo et antiquisfimo videtur habere, et magnopere praedicatur in *Actis Patriae nostrae literariis* fupra nominatis. Hoc demum modo ipfius *Aemilii* manum, five dictionem, lecturos esfe nostrates, perfuafum haberem. Facile enim cordatus, ac rerum callentisfimus quisque mihi adftipulaturus est, duplicem esfe olim ab AEM. STOKE editionem Chronici fui emisfam, quarum prior dedicata est *Florentio* V. *Comiti*; posterior vero ea, quae continuata, emendata, et multis monitis ac praeceptis moralibus, quae istius aevi *monachalem* fapientiam redolent, referta, dedicata est postmodum *Wilhelmo* III. *Comiti*, postquam *Florentius* V. dudum ex vivis excesferat. Verum haec obiter. Ea fufius ostendere, aliorum diligentiae relinquo, rem indicasfe contentus.

EXCVR-

E X C V R S V S X.

DE IVRE SVCCEDENDI IN COMITATV HOLLANDIAE, POST MORTEM THEODERICI VII. COMITIS HOLLAND., RELICTIS ET FILIA ET PATRVO, COMITIS FRATRE.

A. 1203.

Ad Chronic. p. 175. sqq.

THEODERICI *Comitis Hollandiae* XI. *mortem quis tumultus, quantae dissensiones, quanta rerum discrimina totam Hollandiam occupaverint, non facile exprimi posse*, profitetur Scriptor CHRONICI Synchronus p. 175. Nos vero, missis his turbis, tantummodo, quae turbarum fuerit origo, quive exitus, indagare conabimur. EXCVRSVS X. *Mors Theoderici* VII. *Com. Holl.*

Reliquerat nempe THEODERICVS Comes unicam filiam ADAM, quam Mater Aleidis, Comite vixdum animam efflante, matrimonio iunxit LVDOVICO Comiti Losfensi, *hanc ei despondens, et sic Hollandensem Comitatum sub eius dominatu transponens.* Reliquerat etiam Comes fratrem WILHELMVM, Comitem tunc *Frisiae*, Adae patruum, cuius *praesentiam* frater nondum mortuus debito *germanitatis requisivit, ut vel eius curae filiam suam, Adam nomine, commendaret, aut de provisione Comitatus cum reliquis Principibus secum ageret*, p. 177.

EXCVRSVS X. *Comitatus succesfio. ad filios.*

Hactenus quidem *Comitatus* Hollandiae femper a patre ad filium iure hereditario devolutus fuerat, et non nifi femel deficiente in linea defcendente fobole, transierat ad fratrem Comitis in *linea collaterali.* De succesfione feminea nullum hac-

ad fratrem.

tenus exemplum, nulla mentio facta fuerat; nec ipfa ADAE mater, ALEIDIS, in mentem induxisfe videtur, fore, ut filia ADA, marito deftituta, hunc Comitatum iure hereditario, certe non fine fratris tutela, obtineret. Hinc ingens orta disfenfio inter Comitis defuncti *filiam* et Comitis *fratrem.*

Videamus igitur paucis feparatim, quid quisque egerit; quid finguli fpectaverint? Et primo quidem loco de *Theoderico* Comite huius nominis VII. decumbente, et de fuccesfione anxie cogitante.

Theoder. VII. decumbentis conamen.

I. Quid animi fuerit THEODERICO Comiti in ordinanda post mortem fuccesfione tutelaque, docet CHRONICON cum reliquis: nimirum p. 177. *cum Comes valida aegritudine gravaretur — ac dubium non foret, ei hac de ftatione migrandum, fratris* PRAESENTIAM *debito germanitatis requifivit.* BEKA p. 63. dicit: *Theodoricus — circiter agonem fuae mortis, quamplurimum conqueri coepit propter* ABSENTIAM WILHELMI *Comitis Oest-frifiae, fui fratris.* STOKE ait B. II. vs. 1368. *Den broeder wilde hi gerne fpreken.* Sed qua de re convenire praefentem voluit? Id idem Noster indicat: p. 177. nempe, ut *vel eius curae filiam fuam,* ADAM *nomine, commendaret, aut de provifione Comitatus cum reliquis Principibus fecum ageret.* BEKA ait p. 63. *conqueri coepit propter abfentiam — fratris, praefertim quod de provifione Comitatus cum ipfo nihil ante mortem egis-*

egisset, aut certe quod unicam filiam suam ADAM *nomine, puellam praeclaram et nubilem, tutelae suae minime commendasset.* Eadem dicit LEO MONACH. *Egm.* in *Brevic.* p. 155, STOKIVS B. II. vs. 1368. interpretatur: MCCXVIII X.

Den broeder wilde hi gerne spreken/
Om den moet te maken zochter;
Eñ hem sijn enighe dochter
Bevele/ de was ghcheten Ade;
Eñ hi met ghemenen rade
Metten Baroenen tlant besette/
Dat het blive sonder lette.

Tantum igitur abfuit, ut THEODERICVS tutelam uxori commendatam voluerit, ut conquereretur, quod hanc tradere *Wilhelmo* praesenti non posset, vel cum fratre de rebus Comitatus oretenus loqui. Noverat enim Theodericus, *Wilhelmum* esse virum strenuum, regnandique avidum; quocum saepe contentionis serram reciprocarat; quem unicum *masculum* heredem relinqueret, qui successionem filiae suae dubiam posset facere: ut statim apparuit. Mens igitur *Theoderici*, ut satis patet, fuit, ut ADA in Comitatu Hollandiae succederet; eius vero Tutelam WILHELMO fratri mandaret. Verum sana *Theoderici* consilia intervertit eius *uxor*, mulier callida et ambitiosa.

II. Quid uxor, ALEIDIS, egerit, statim sequitur in Nostro: pag. 178. *Quod* [colloquium fratrum] *ne fieret, Aleydis Comitissae solertia diligenter intercepit, magis, ut post patuit,* *Vxoris Aleidis scopus.*

EXCVRSVS X. NB. *intendens, suae dispositioni omnia subigi, quae iam animo conceperat, filiam Comiti de Loen despondere, et sic Hollandensem Comitatum sub eius* [i. e. suo] *Dominatu transponere.* Ex paucis his verbis quatuor fine fidiculis fluunt. 1. Mulierem ambitiosam callide simulasse et Nobiles decepisse. 2. Effecisse, ne fratres in colloquium de *Comitatus* rebus convenirent, et Wilhelmus *ab hereditario fundo alienaretur*, p. 181. 3. Curasse, filiam fine mora viro elocandam. 4. Comitatus regimen, vel eius tutelam, sibi vel sumsisse vel arrogare studuisse, uti antea PETRONILLA filiorum tutelam egerat. Auxilia, quibus utebatur, erant: p. 179. *suae voluntatis fautores sibi conquisivit omnes fere Principes terrae, praecipue Ottonem Avunculum* [Comitem Gelriae], *Rudgerum de Merem, Hugonem de Vorne et ceteros.* Immo ante mariti obitum p. 182. *secreta legatione* LODEWICVS *Comes de* LOEN *invitatur, Comitatum Hollandiae suscepturus, super sponsalibus filiae Comitis morituri.* — Mortuo vero Comite p. 182. celebrantur statim nuptiae, nondum composito, nedum sepulto Comite; quo festinantius omnia agerentur. Eadem BEKA p. 63. qui Aleidis malas artes sic depingit: *Adelheidis quidem Comitissa contra* PERPERAM *intendens, proposuit ipsam puellam Comiti Ludov. de Loen despondere, et sic cum extraneo Principe Comitatum Hollandiae pro suo bene placito gubernare* sqq. Denique omni conamine illa egit, ut ne *Wilhelmus* in Hollandia praesens adesset, quod bis docet Noster, p. 181. ut *Wilhelmus, hereditarii fundi alienus, solo nativo pelleretur*, et p. 183. *Wilhelmus -- obitu cognito festinanter ad locum currit, qui dicitur* SIPE, *et licentia* NON IMPETRA-

TRATA, *ut vel ad tumulum fratris accederet et rediret.* BEKA inquit, *Wilh. -- percepta fratris sui morte, dolenter venit ad portum Zipae, conductum ulterius impetrare nequiens, ut ad tumulum fratris sui securus* —— EXCVRSVS X.

III. Intellectis scopo et astu mulieris ambitiosae, videamus quid ad haec *Nobiles* ac *Ministeriales?* De his duo haec singularia Noster refert. p. 179. *suae voluntatis fautores* (Comitissa ALEIDIS) *sibi conquisivit omnes fere Principes terrae, praecipue Ottonem avunculum eiusdem Comitis, Rudgerum de Merem, Hugonem de Vorne, et ceteros, excepto Philippo de Wasner et quibusdam Ministerialibus.* Et p. 182. *invitatur Lodewicus Comitatum Hollandiae suscepturus,* SVPER SPONSALIBVS *filiae Comitis morituri* —— *a* PRIORIBVS TERRAE DISPOSITIS *et* CONFIRMATIS. Exstat praeterea in MIERIS *Cod. Diplom.* D. I. bl. 152. et hinc in *Cod. Probb.* Epistola Aleidis ad Regem Angliae anno 1207. de his nuptiis scripta, his verbis: *Maiestati sit notum Regi, quod Comes de Los filiam meam* —— *in uxorem legitimam duxit, et accepit eam de manu Comitis* OTONIS *de* BENETHEYM, *qui fuit patruus Domini B. M.* —— —— *Praedicta filia mea data est Comiti* (de Los) *in praesentia multorum Nobilium hominum Ministerialium de terra Holand, quorum consilio et assensu res facta est: quorum nomina sunt haec:* *Nobilium gesta.* Prob. h. a. N°. 1.

Rogerus de Merchun. [l. Merehem.]
Hugo de Worn. [l. Vorne.]
Theodoricus de Alcena. [l. Altena.]
Simon et Ioannes de Isbrand de Harlen. [l. et Isbrand.]

EXCVRSVS X.

Willielmus de Teylinge.

Walpertus et Florentinus de Leda.

Arnaudus et Henricus de Riswic.

Walterus de Egmund.

Et multi Hominum et Ministerialium de terra Holandiae. Quae admodum narrationi congruunt. Sunt etiam hi omnes, qui Chartae Brabant. a. 1200. supra p. 422. Lovanii THEODERICO testes adfuerant, excepto *Volperto de Leda*; unde apparet, hos fuisse intimos Comitis *consiliarios* atque *Vasallos.* Praeter hos etiam *Aleidi*, et deinde *Ludovico*, favit EPISCOPVS Traiectens. Faverunt et alii bene multi, quos nominat Charta Orig. a. 1204. Vnde Noster p. 195. *diversarum nationum populos*, inquit, *tumultuatos esse contra Wilhelmum, et fremuisse adversus Comitatum Hollandensem.*

Cod Prob. N. II. et III.

Quaeritur vero, quomodo haec narratio de tot Vasallis Nobilibus Matrimonium promoventibus consistere possit cum altera illa narratione, qua ferunt, *Aleidem* has nuptias procurasse invitis omnibus terrae Nobilibus et inconsultis? Immo quomodo cum narratione Chronographi Nostri, qui p. 183. praedictos Nobiles, in his *Wilhelmum de Teilinc*, *Walterum de Egmond*, aliosque pro *Wilhelmo stetisse*, asserit; et cum ANON. *de Reb. Trai.* p. 12. qui Ottonem *Comitem de Benthem* inter *Wilhelmi* fautores nominat? Sed respondeo. Optime; modo res et tempora probe distinguantur. Nam non sine Ministerialibus et Nobilibus Vasallis, Dordraci, morbo decubuit et obiit *Theodericus.* Hos Nobiles callida mulier ALEIDIS, *ut suae intentioni nihil subduceretur*, *conquisivit fautores.* Facile igi-

igitur comprehendas, illam persuasisse *Nobilibus*, qui iuxta eum erant, ut secum facerent; imprimis facile hoc persuaderi potuit iis Nobilibus, qui vel simul *Ludovici Losfensis vasalli* seu homines erant, quales fuere *Rutgerus de Merhem*, *Ost de Borne*, vel eius affines, ut *Otto Gelriae*, *avunculus Ludovici*, et *Otto de Benthem*, qui *Adam* Ludovico desponsavit. His certe interfuit *Theodericus de Altena*, quem *Aleidis* Epistola nuncupat. In eius enim *villa vel Castro Heusden* [Holtena] Ludovicus opperiebatur mortem *Comitis* p. 182. Postquam vero haec maxima festinatione sunt peracta, fraudem mulieris animadvertere coepit magna Nobilium pars. Hoc satis docet Noster p. 183. cuius verba ubi attente consideras, invenies, eosdem Nobiles, qui supra ADAE consenserant, et LVDOVICO faverant, mutatis nunc animis *ad* WILHELMI *compassionem totum animum inflectentes, vita et rebus se illi annectere coepisse.* At p. 184. l. 1. describuntur tamquam quos *Novi Principis* [Ludovici] IAM POENITERET, *nova sibi iura*, *novas institutiones animo proponere*, *Aleidis nutui et voluntati omnia subiicienda fore videntes*, *eosque secreta propterea legatione Wilhelmum arcessivisse*, et alia, ne mutatae mentis indicia proderentur, latenter esse peracta. Et sic omnia clara fiunt, fusiusque et accurate narrantur ab IO. BEKA p. 63. *Wilhelmus — conductum impetrare nequiens. —— Cui plerique Nobiles Hollandiae compassi sunt, eique firmissima conspiratione foederati sunt, utpote Florentius frater suus Traiectensis Praepositus Maior, Otto Comes de Benthem ipsius patruus, Iacobus Leydensis Castellanius, Philippus de Wassenaer, Simon de Harlem, Wilhelmus de Teylinghen, Ioannes de Rijswijck, Valterus de Egmun-*

EXCVRSVS X.

EXCVRSVS X. *munda, et Alberius Baniart Milites, demandantes ipsi Wilhelmo Comiti, quod sub pacta fide securus ad eos transiret, et* PRINCIPATVM HEREDITATIS SVAE POTENTER *occuparet, praesertim cum a primatibus Hollandiae decretum esset, quod a nobili muliere nollent regi; nec extraneum Principem super eos aliquatenus dominari.* Quae narratio ex Nostro explicanda multarum observationum capax est; quarum prima haec est:

Recte Nostrum p. 180. observasse *infelici seminario discordiae totum corpus Hollandiae aspersum esse.* Hic enim primum se offert exemplum, quod Terrae *Nobiles* conspiratis factionum partibus sese Comitum successioni quodammodo immiscuerint, et, prout vel *masculae* vel *promiscuae* successioni favebant, sibi quisque suas foverint opiniones. Non propterea, quod sine his Comites nihil agere possent, sed quia in familiae ac bonorum successione, quo plures sibi habebant addictos, eo certius voti sui compotes fierent. Agebatur enim res *Adae* et *Wilhelmi*, uter horum terram hereditariam obtineret. Atque haec prima est scintilla, et discordiae flammula, quae postea sub notiore *Hoekiorum* et *Kabeliaviorum* nomine *in successionibus Comitum* tot domestica incendia et bella excitavit.

Hactenus nulli unquam homini nostri Comitatus in mentem venerat, utrum *Comitatus Hollandiae* foret *masculae* an *promiscuae successionis.* Adeoque frustra sunt ii, qui alterutram opinionem ex legibus huius terrae, quae serioris profecto sunt aetatis, probare conati sunt, quasi hac de re certae antea Leges latae fuissent.

Quan-

Quando Nobiles profitentur, *fe a mobili muliere nolle regi*, haec fatis docent, iam hoc tempore Hollandis eam animo fedisfe fententiam, quam PHIL. DE LEIDIS Libr. *de Cura Reip.* princ. feculo XIV. fovebat, qui fub Comite *Wilh.* V. cui a fecretis erat, fe fcripturum promifit *de Mulieribus ut non regnent, et de aliis circumftantiis Reipublicae necesfariis.* Quot autem turbas haec fuccesfio postea dederit, quando per *feminarum coniugia* Comitatus, fcisfis in partes Nobilibus Vafallis, in alias familias transiit, notum est, et alibi fufius dicetur. EXCVRSVS X.

Nobiles *extraneum Principem* (Ludovicum) *fuper ipfos dominari* nolebant. *Extraneos Principes* hic averfantur Nobiles. Hoc tamen femper contigit, et contingere debuit, quotiescumque *Comes* fine liberis *masculis* obiit. Tunc enim Comitatus, ficut erat hereditarius, devolvi debebat vel in *filias* earumque maritos *extraneos*; vel, filiabus deficientibus, in *agnatos* proximos, vel, quod magis fuit averfandum, de iure tunc Imperio vacabat, et ab Imperatore pro lubitu huic vel illi extraneo concedendus fuit Comitatus; uti hoc in aliis Ducatibus ac Comitatibus crebro contigit.

Ambae igitur partes indigebant ope Nobilium Vafallorum, eosque promisfis lactabant. Et hinc obfervandum, non alias unquam Comites plura esfe elargitos, praeterquam in disfidiis, quibus ipfi Terrae Domini inter fe fcisfi digladiabantur, et aureis funibus ad fefe trahebant, quos poterant, Nobiles.

IV. Quid ad haec omnia *Wilhelmus*, defuncti frater? Is a primariis Nobilibus agnitus clam in Zeelandiam abiit, ibique *Wilhelmi Studia.*

EXCVRSVS X. *Comes* proclamatus, et post multas pugnas *Ludovicum* cum suis asseclis, qui extranei fere omnes Principes erant, terra expulit, et *Comes* XII. est appellatus, et ab Imperatoribus confirmatus; diserte id testantibus coaevis fere scriptoribus. Vid. ANONYM. *de Bell. Campestr.* p. 216. *Wilhelmus Comes -- Ludovicum apud Vorscoten viriliter aggressus est, quem demum nunquam reversurum ab Hollandia depulit. Et ab Imperatore Comes* XII. *deputatus est.* Wilhelmum autem quodammodo bonas sustinuisse partes, credibile admodum fit:

1. Ex Feudi natura, quod, *masculinum* fuisse ex communi Imperii observantia, certum est, donec contrarium ex privilegio vel literis pateat. Vnde plures leges Feudales, *feminarum* successionem vetantes, promanarunt: ex quibus memorabilis II. *Feud.* 2. §. 2. *Si Vasallus per pactum speciale contra Feudi* CONSVETVDINEM *allegat, velut de* FILIARVM *successione, liceat ei tenorem, si potest, sicut investituram probare.* Mulierum igitur successio ut locum haberet; probari debebat, feudum esse *femininum.* Quam consuetudinem adhuc seculo XIV. observatam fuisse, egregie illustrat Diploma *Caroli* IV. Imp. a. 1346. quod exstat apud Vir. Rev. HONTHEIM *Hist. Trevir. Diplom.* T. II. p. 168. *Iuxta* COMMVNES OBSERVANTIAS SEV CONSVETVDINES IMPERII SVPER FEODIS *hactenus* COMMVNITER *observatas, statuimus et ordinamus, ut omnia feoda sive simplicia sive castrensia a praed. —— dependentia, si ea obtinentes sine heredibus legitimis* [intellige masculos] *decesserint ad ipsum —— tamquam vacantia libere devolvantur, utque huiusmodi feoda —— dictus*

ctus Archiepiscopus suique successores, sibi et ipsi Ecclesiae Trevirensi applicare pleno iure valeat, reclamatione seu contradictione FEMELLARVM AGNATORVM *vel* COGNATORVM *decedentium huiusmodi qualibet non obstante;* NISI *dicti* AGNATI *vel* FEMELLAE *per literas evidentes, vel aliis modis legitimis, ostenderint, quod huiusmodi feoda ad ipsos sint* POTIORI *vel* SPECIALI *iure, merito devolvenda.* Quod si seculo adhuc XIV°. communis Imperii observantia fuit, ut feminae non succederent nisi ius illud probarent: quanto magis id in Imperio viguit prioribus temporibus. Hinc, observante et optime dicente Viro Illustr. MEERMAN Dissert. *de solutione Vinculi inter Imper. et Feder. Belg.* p. 32. *quoties Comes, prole mascula nulla relicta, vita defungeretur; vacasse Imperio feudum Hollandiae, idemque ab Imperatore vel in agnatos defuncti masculos, vel in Comitum filias* [etiam sorores] *pro arbitrio fuisse collatum, certissimum est.* EXCVRSVS X.

2. Ex generali Nobilium suffragatione, qui a muliere vel per mulierem ab extraneo Principe regi nolebant; et hinc, simulatque Nobiles, qui nuptiis concesserant, quo res vergeret, animadvertebant, statim *Adae* partes reliquerunt, et ad *Wilhelmum* sese contulerunt.

Atque ex his iterum videas, quam absona et a veritate aliena notaverit hac de re multa Vir D. ad STOKE, rerum feudalium penitus fere ignorans, hasque ubique cum alodialibus confundens. Maxime autem haec Nobilium suffragatio inde patet, quod Wilhelmus sola Nobilium benevolentia adiutus tantas Ludovici opes totque auxiliatrices copias peregrinas solus sustinuit, ac profligavit omnes.

 Ex

EXCVRSVS X.

Ius Imperii.

Ex his haetenus disputatis satis apparet, si summo standum esset iure, non aliam futuram fuisse obtinendi Comitatus viam, quam penes Imperium, cui *de iure vacasse Comitatum* coaevus Scriptor totidem verbis testatur (*o*), quare etiam *Ludovicus de Los* per largitionem apud Episcopum Traiect. egit, ut ipsum *infeodandum* hoc Comitatu pecuniae ope curaret, seseque contra patruum *Wilhelmum nihil iuris habentem* adiuvaret. Quod si Wilhelmo, quamquam fratri, hoc tempore nondum ius fuit, multo minus tunc ipsi Adae cum marito Ludovico! Promiserat tamen PHILIPPVS Imperator, per aliam factionem Comitum de Benthem et Gelriae impulsus, *quod* WILHELMO *Comiti Holl. feoda, quae Pater suus et Frater* [Theodericus] *ab Imperio tenuerunt, libere conferre deberet*; et postea OTTO Imper. a. 1213. *omnia illa feoda, quae — Florentius et Theodericus — praedecessores — ab Imperiali aula tenuerunt, eidem Wilhelmo in purum feodum, cum omni integritate ad eandem Comitiam attinente contulerit.* Quae quidem ratio est, cur *Ada* in Catalogo Comitum omissa, et *Wilhelmus* XII. Comes dictus sit, ipso postea *Papa* scribente in literis apud A LEID. *Ann. Egm.* C. XXX. p. 38. Cf. not. SCRIVER. *Beschr. der Graven*, 8°. p. 173. in ADA.

Quaestio ab arbitris decisa.

Etiamsi vero postea Wilhelmus armorum vi Ludovicum profligavit, et Adam captivam tenuit, paullo post tamen Ludovici artibus et Papae intervenientis minis cedere coactus fuit; quumque, observante MATTHAEO, rursus videretur res ad bellum spectare, delatum tandem est Comiti Namurcensi, communi PARTIVM consensu, rei arbitrium, qui facta partitione Hollandiam *Adae*,

(*o*) Vid. not. ad *Chronic.* p. 185. (29) et p. 176. *not.*

Adae, Zeelandiam *Wilhelmo* cum nonnullis aliis rebus assigna- MCCXLVIII 2.
vit. V. not. MATTH. ad *Analect.* T. III. p. 115. sq. Cf. IO. A LEID. XX. 2. Quas tamen turbas haec eadem res postea dederit, notum est. Plura videri possunt apud VAN LOON *Leenroer. van Holl.* bl. 33—43. cum Probatt. et Illustr. IDSINGAM *Staatsr. der Nederl.* D. I. bl. 428. sqq.

Hinc in transcursu videtis, quam insulse Nostratum magna pars, in iisque summi nominis viri, caussam rei quaesiverint in eo, quod haec Ada *praeter Ordinum Holl. consensum* nuptias iniisset; siquidem ne Ordines quidem hoc tempore adhucdum exstiterint. Praeterea nec hoc de *consensu negato* verum est, quum constet, magnam partem Nobilium Vasallorum ac Procerum nuptiis eius consensisse; vid. not. MIERIS ad *Chron. Holl. de Klerk* dictum bl. 90. Quin immo longo post tempore demum eo insolentiae processerunt *Nobiles* et *Vrbes*, ut Mariae Burgundiae minorenni tale promissum de non *ineundis absque Ordinum consensu nuptiis* extorserint: verum quum hoc Privilegium ab aliis rescissum sit, res ea tunc effectu caruit. *Confut. de Holl. Ordd.*

Quaestio (videtis) hic tantummodo est, utrum filia Ada, deficiente herede masculo, in feudum Holl. successura esset, an vero frater defuncti Wilhelmus propior heres? Huius rei non *Ordines Hollandiae*, qui tunc nusquam, sed *Imperator*, summus erat Arbiter. Huius auctoritatem ambiebat utraque Pars. Nobiles vero Holl. et Zeelandiae sibi quisque eam sequebantur partem, quam vel maxime *legitimam* vel sibi *profuturam* existimabant. Nec tamen pro caussa *Adae* iam tunc deerant in vicinia exempla successionis promiscuae, nempe *Aleidis* Gelriae, nuptae Ot- *Verus status quaestionis.*

EXCVRSVS X. toni Nasſavio, quae patri, et *Margaretae* Flandriae, nuptae Balduino IV, quae fratri ſuccesſerat. Vid. WAG. *Vad. Hist.* D. II. bl. 275. Fortean etiam ex hoc *Adae* exemplo et turbis inde ortis, factum est ut *Dux Brab.* obtinuerit a Rege *Philippo* a. 1204. 2. *Id. Nov.* *Inſuper Regia nostra authoritate ſtatuimus, et memorato Comiti* [f. Duci] *concedimus, ut filiae ſuae, ſi masculum heredem non habuerit, in feudis ſuis libere et tamquam masculi ſuccedant*, ut citat Dn. GRIJPSK. MS. *Deſcript. Zeel.* p. m. 39. Cap. 3. Eademque de re egregie ſcripſit V. D. IO. AD. KOPP p. 3. (*a*, *b*, *c*.) in Libro, cui titulus: *Hesſen-Casſel erbrecht auf das Herzogthum Brabant*, fol. Marburg. a. 1747.

Ex his videmus, quantopere a genuino Hollandiae Comitatus tramite abeat Vir alioquin egregius, A. MATTHAEVS, quando not. ad ANONYM. *Traiect.* p. 156. „ *Etiam*, inquit, *Hollandiam feudum rectum exiſtimabat. Sed falſo, ut ostendi* L. I. *de Nobilit.* C. XXXIII. Quod illic quidem ostendit, non tamen probavit Vir D. Et profecto, ſi Chartas nostras, quas postea collegit Vir D. MIERIS inſpiciendi copia illi fuisſet, nullum mihi dubium, quin totum hoc *Cap.* XXXIII. *de Nobilitate*, et multa alia, eadem de re alibi ſcripta, in ſpongiam ire iusſisſet. Sola, quam *Cod. Probb.* ad a. 1282. d. 19. Iunii produco, Charta, qua Imperator Rudolphus *Florentio* V. concedit, ut Hollandiam tamquam feudum promiscuum etiam filiabus ſuis relinquat, erroris ipſum convictum apud cordatos dabit.

Est tamen, qui cenſeat (*p*), Adae quaeſtionem non *de ſuccesſio-*

(*p*) Vir D. LAMBACHER. Diss. de *Imp. Alberti* I. *exped. in Hollandiam ad tuenda iura Imperii* p. 69. 4°. 1758.

EXCVRSVS X. *Lambacheri sententia.*

cesſione, ſed de *legitimo* matrimonio cum Ludovico contracto, deque iusta ſive *legitima tutela*, quam *patruus* postulabat, motam esſe; immo ab ipſo WILHELMO ius ADAE neptis ſuae esſe agnitum; ſiquidem alias ſupervacanea fuisſet quaeſtio de legitimo matrimonio ac tutela. Non intercedo equidem, quominus haec a parte Primorum terrae, nec non Adae, ac matris Aleidae, ita obtinuerint. Mirum enim admodum fuisſet, ſi ipſi Feudum apertum agnovisſent. Sed propoſitum ſibi finem excedit Auctor, quando porro ab ipſo *Wilhelmo* ius Adae agnitum esſe vult; quippe contrarium docent, quae dedi ad CHRONICON p. 181. not. (20) et 185. not. (29) Concedo ab utraque parte, Wilhelmo et Ludovico, in arbitrium *Philippi* Namurcenſis compromisſum esſe, qui a. 1206. contribuit *Comitatum* Hollandiae Ludovico, Zeelandiam vero Wilhelmo. Sed ex pactis ad ius debitum concludi nequaquam poteſt. Novi etiam PROCVRATOREM in *Chron. Egmond.* apud MATTH. *Anal. med. aev.* p. 428. narrare, *Wilhelmum, quod prius iure non potuisſet, conſecutum esſe ex post facto*, cumque *cognata vivente posſesſorem iniustum esſe viſum, ipſa tamen absque partu mortua eius posſesſionem fuisſe regulatam.* Verum ignoravit hic Monachus multa; ignoravit quae iuris Imperii fuerant; ignoravit, quae illic gesta; ignoravit imprimis, hanc ita *regulatam* posſesſionem factam omnino esſe, viventibus adhuc et reluctantibus *Ada* et *Ludovico*, ut ſeq. EXCVRSV indicabo. Error Viri D. facile monſtrari poteſt. Oppoſuerat ſe Vir D. LAMBACHER eorum opinioni, qui ſuccesſionem collateralem t. t. iam obtinuisſe cenſeant, unde abreptus longius abiit. Concluſit

tamen

EXCVRSVS X. tamen suam de *Ada* sententiam his verbis: *Si successio haereditaria collaterialium tum iam obtinuisset; Wilhelmo tanquam agnato ius succedendi utique prae Ada competiisset.* Atqui haec vera! Obtinuit iam a. 1048. in FLORENTIO I. THEODERICI IV. fratre. *Wilhelmo* autem et *Ada* litigantibus, Imperii certe fuerat, hanc litem dirimere, ut satis eventus docuit: quam in rem confer quae dixi ad CHRONIC. p. 175, 176.

EXCVR-

EXCVRSVS XI.

GENVINA ADAE COMITISSAE HOLLANDIAE, ET CONIVGIS LVDOVICI LOSSENSIS, POST ILLORVM FVGAM, HISTORIA ADVERSVS CRIMINATIONES VINDICATA.

Ad Chronicon p. 180. *b.* 188. *b.* 191. *b.* 212. *a.* 214. *b.*

ADAE coniugium cum LVDOVICO Comite Losfensi, statim a *Theoderici* VII., *Adae* Parentis, obitu, die 3. Nov. a. 1203. et turbas ob Comitatum Hollandicum, inter novos coniuges, atque ADAE patruum WILHELMVM, obortas, enarravi in *notis* ad CHRONICON HOLLANDIAE EGMONDANVM, et EXCVRSV X. ipsamque Adam in *Frisiae* insulam *Texaliam*, quo captiva a Wilhelmo et eius asseclis abducta erat, prosecutus sum. De reliquis infelicis Matronae fatis post annum 1205. apud Nostrates hactenus altum fuit silentium; silentii autem caussa penuria scriptorum aequalium, quum nullus sit scriptor coaevus, qui res Hollandicas ineunte et labente seculo XIII°. gestas descripsit. WILHELMVS enim PROCVRATOR, nostri Egmondani a. 1205. desinentis *Continuator*, qui annum 1330. vivendo attigit, etsi in rebus sui temporis multus, hic tamen admodum est ieiunus, immo fallax nugaxque; neque de ADAE et LVDOVICI rebus quidquam verbi addit, et omnia, quae sub *Wilhelmo* Comite a. 1205 — 1223, his in terris gesta sunt;

EXCVRSVS XI.

Adae Historiae recensus.

sicco

EXCVRSVS XI. ficco fere pede transit, et de ipso *Wilhelmo* nihil quidquam memorat, nisi quod post profligatum a. 1205. Losfensem Comitem p. 496. *ipse Comitatum*, inquit, *Hollandiae obtinens caussa confirmationis ad Ottonem* IV. *tunc Imperatoria maiestate sublimatum proposuit tendere*; eoque in itinere casu quodam duxisse fertur *Aleidem* filiam Ottonis Comitis Gelriae. Quae lepida est fabella. Addit porro p. 498. Wilhelmum, post confirmationem a Rege concessam, „ *viginti annis Comitatum Hollandiae* possedisse".

Ex hoc de ADA silentio communis omnium fere scriptorum sententia obtinuit, *Adam* anno 1204, 1205. vel ineunte 1206. obiisse; donec tandem diligentissimus et de historia patria optime meritus A. MATTHAEVS in *Analect. Medii aevi* T. III. p. 126. sqq. eumque secutus MIERIS in *Cod. Dipl. Com. Holl.*, multa authentica Documenta in lucem protraxerunt, unde res ADAE Historica illustrari admodum potest, ex parte iam adhibita a Patriae nostrae scriptore WAGENAAR *Vad. Hist.* D. II. bl. 324. sqq. Ex his autem patet, *Adam* non obiisse a. 1205. sed adhuc vixisse, immo Ludovico superstitem vitam traxisse ad a. 1218. et fortasse diutius, et una cum LVDOVICO marito *Herkenrodae* sepultam, postquam ex *Anglia*, quo ex insula *Texalia* fuerat abducta, in continentem rediit. Equidem singula ordine recensebo, et quae plura detexi, addam.

Et primo quidem contra Ampl. Vir. *Huydecoperum*, ADAE in Anglia captivitatem firmiter negantem, probabo, illam ex *Texalia*, ubi custodiae mancipata fuerat, *in Angliam* fuisse translatam. Hoc utique docet Epistola ALEIDIS Comitissae, Viduae Hollandiae, scripta a. 1207. ad Iohannem, Regem Angliae, qua signi-

Ada in Anglia captiva. Prob. a. 1207. N°. I.

significat, Adam *ex Frisia* in Angliam *transmissam esse agente* EXCVRSVS XI.
Domino [Rege] *tam ad meam* [Aleidis] *quam ad eius* [Adae] *salutem, quia captivitas eius in* FRISIA *intolerabilis ei fuit.* Huc spectat Conventio ipsius LVDOVICI-Comitis de Los, eodem anno 1207. facta, qua se Regis Angliae *Vasallum* declarat *contra* Prob. h. a. N. IV.
omnes homines, ad opem ferendam Regi *Ottoni* IV. Regis Angliae nepoti. Quod non alio factum esse scopo videtur, quam ut Regem Angliae in partes traheret, Adam ex Anglia recuperaret, et auxilium Regis in Hollandia obtinenda imploraret. Hoc imprimis probat arbitrii Charta inter *Ludovicum* Lossensem et *Wilhelmum*, Com. Frisiae, d. 14. Octobr. Prob. h. a.
a. 1206. confecta; cuius primaria Capita antea protulit MANTELIVS in *Comitatu Lossensi* p. 152. sed quam integram ex *Autographo* Brugis in Flandria descriptam proferam; qua statuitur §. XIII. *Dominus Willelmus* [de Hollandia] *debet mittere* IN ANGLIAM *nuncios suos ad rehabendam* NEPTEM *suam, et eam reddendam* COMITI *de Los et de Hollandia, et, si per nuncios suos eam rehabere non potuerit, nuncii illi debent ei acquirere conductum, ut ipse* [de Los] *illuc ire possit: quod si non potuerint* cett. Denique hoc docet Bulla Papae HONORII III. a. 1217. Prob. h. a. N. I.
ex qua patet, controversiam inter *Ludovicum* et *Wilhelmum* de hoc Arbitrio diu post fuisse agitatam, idque l. 8. *super* RAPTV NOBILIS *mulieris, uxoris eiusdem Comitis, terris, et rebus aliis*, eamque quaestionem ab INNOCENTIO Papa demandatam fuisse *Archiepiscopo Trevirensi*; vid. ibid. l. 4, 5. Vnde satis verisimile fit, *Wilhelmum* iam inde ab initio id egisse, ut *Adae* cum *Ludovico* nuptias pro illicite contractis venditaret; quasi fuissent subrepticiae, et in-

EXCVRSVS XI. vitis omnibus Adae propinquis initae: quam coniecturam probare ac ſtabilire videntur eaedem *Aleidis* matris literae ad Regem Angliae a. 1207. perſcriptae, quae ſic loquuntur: *Maiestati ſit notum Regiae, quod Comes de Los* FILIAM *meam, in uxorem* LEGITIMAM *duxit, ut debuit, et* ACCEPIT *eam de manu Comitis Ottonis de Benetheym, qui fuit* PATRVVS *Domini B. Mem.* -- -- -- *Rogans humiliter, quatenus — reddatis amicis; et* SVSVRRONIBVS, *qui vobis invidiae cauſa* MENDACIA FINGVNT *et proferunt, non credatis. Sciatis etiam, quod praed. filia mea data est Comiti* IN PRAESENTIA *multorum Nobilium hominum, Miniſterialium de terra Holand, quorum nomina ſunt haec.* -- -- -- Docent eadem *literae testimonii* inſtar his de nuptiis datae, per quas *Epiſcopus et Capitulum Traiectenſe* testantur Regi Angliae, quod eam *praedictus Comes* [de Los] LEGITIME *duxit in uxorem, aſſenſu et conſilio Primatis totius Hollandiae*; tum literae *Comitis de Benthem* ad eumdem Regem ſcriptae. Quod ſi haec omnia non ſufficiant; proferam nunc coaevum ſcriptorem, omni exceptione maiorem et a partium ſtudio remotum, REINERVM, Monachum Leodienſem, qui LAMBERTI PARVI *Chronicon* continuavit; is autem anno 1155. natus, monachus factus Leodienſis et ſubdiaconus ordinatus anno 1175. monasterii ſui Prior a. 1197. et Romam quarto profectus est ad Concilium Lateranenſe a. 1215. vitamque ad ann. 1230. produxit, docente *Obſervatione Praevia* ad MARTENE *Ampliss. Collect.* T. V. p. 2. Hic *coaevus ſcriptor*, qui res *Ludovici Losſenſis*, Vaſalli Leodienſis, fuſius perſequitur, ad hunc annum 1207. p. 32. ita ſcribit: LVDOVICVS

Prob. a. 1207. N. II, III.

CVS

CVS COMES *de* LOS ANGLIAM *ingreditur*, *Regem pro* VXORE *sua*, *quae ibi* CAPTIVA *tenebatur*, *alloquitur*; *tandem Homo suus factus*, *et*, *datis obsidibus pro Hominio conservando*, VXOREM SVAM REDVXIT, *quae* PER QVINQVE ANNOS *captiva a* GVILLELMO *avunculo suo detenta fuit.* Quinam vero hi obsides fuerint, docet *Ludovici Losfensis* Charta a. 1207. Regi Angliae exhibita, et in RYMERI *Actis Angliae* publicata, in qua primo loco inter obsides numeratur ARNVLFVS *Ludovici Loss. frater.* Eum autem revera obsidem fuisse, narrat idem REINERVS Scriptor domesticus, ad a. 1216. p. 56. B. *In hoc impetu* [Anglico] ARNVLPHVS *frater Comitis de Los*, *qui* OBSES *diu fuerat in* ANGLIA *propter* VXOREM *ipsius Comitis de Los*, *quae captiva ibidem diu detenta miles* [in margine: f. manserat], *rediit.* Et in enarratione mortis *Ludovici* ad a. 1218. p. 60. B. *Obiit autem* [Ludov. de Los.] IV. *Cal. Augusti*, *cuius mors totum Episcopatum ad lacrymas commovit* --- *Solus iunior* ARNVLFVS *remansit*, *qui in* ANGLIA *pro* VXORE *fratris sui* LODOVICI *multo tempore obses fuit.* EXCVRSVS XI. Prob. h. a. N. IV. *Arnulfus Losf. frater pro Ada obses.*

Haec de ADAE in Angliam profectione vel transportatione; quem tamen *Adae* in Anglia secessum pertinaciter negaverat Vir Doctus HVYDECOPER ad M. STOKE D. II. *not. amplior.* ad B. III. vs. 554, 570. Cf. dicenda ad *Cod. Diplom.* a. 1206. d. 14. Oct. N. II. Quae vero caussa fuerit, cur *Ada* in Angliam, non vero aliorsum, sit transportata, nondum explanatum est. Censet Vir D. G. VAN LOON, nostrarum rerum diligentissimus perscrutator, in Genealog. Losfens. *Aloud. Hist. van Holl.* D. II. bl. 277. *Adam* ex insula Texalia profugisse, sed, e *Cur in Angliam missa.*

 fuga

EXCVRSVS XI. fuga retractam, in Angliam esse transportatam; quae unde habeat, nescio. Potior hauriatur sententia ex matris Episto-
Prob. N. I. la a. 1207. testante, eam illuc, matre agente, esse missam, quia *captivitas eius in Frisia* [nempe in Texalia] *intolerabilis ei fuit*. Erat autem Rex Angliae avunculus Regis Ottonis, cuius partes sectatus erat *Adae* pater, et sectabatur *Ludovicus* maritus. Sed hac de re plura dicam not. (3) ad laud. Epistolam in *Cod. Diplom.*

Ludovicus Loss. a suis destituitur. Mittamus paullisper *Adam* in Anglia, et videamus, quid *Ludovicus* ac *Wilhelmus* interim egerint. *Philippus* Comes Namurcensis, tutor Flandriae, cum multis aliis Principibus *Ludovico* opem antea tulerat, unde totidem verbis idem REINERVS aequalis scriptor in *Chronic.* LAMB. PARVI p. 27. ad a. 1204. dicit: *Comes de Los, assumtis* FLANDRENSIBVS *et universo exercitu suo Hollandiam ingreditur; qui in primo conflictu compos voluntatis suae extitit; sed postmodum victus capta multitudine partis suae et submersa, inglorius rediit, uxore sua in* CAPTIVITATE *remanente*. At hic *Philippus* Flandrus, auctore CHRON. EGMOND. p. 211, 212. inopinata pace a. 1205. cum *Wilhelmo* in Zeelandia inita, ex *Scaldia* cum copiis recessit, et neutrarum esse partium coepit; *Ludovicus* tamen atque *Aleidis*, socrus eius, mulier ambitiosa, animum non despondebant, sed omnem movebant lapidem, ut rursum *Coniugis* et *terrae Hollandiae* potirentur. Hinc Lossensis primo Ducem Brabantiae, potentissimum istius aetatis principem, *Wilhelmo* Comiti primo faventem, ut docet Charta Regis Philippi a. 1204. in partes suas trahere conatus est. Idque feliciter ei cessit;

Ducem Brabantiae sibi conciliat. Prob. a. 1204 d. 22. Nov.

fit; ut docemur ex Charta *Compositionis* inter *Ducem Brabantiae* et *Comitem de Los* a. 1206. initae, cuius primaria capita fuerunt, 1°. ut Comes renunciaret omni querelae i. e. iuris petitioni in *Traiectum* [ad Mosam] eiusque adiacentes *villas et appendicias*. EXCVRSVS XI. Prob. ante 14. Oct.

2°. Vt nonnulla, quae antea iuris controversi fuerant, redderet Episcopo Metensi.

3°. Vt pro acceptis a Duce feudis *ligius homo Ducis* fieret *contra omnes homines*, excepto Episcopo Leodiensi.

Contra 1°. Dux Brabantiae Ludovicum iuvaret, et operam navaret, ut COMES *de* LOS *et* DOMINVS WILLELMVS *de* HOLLANDIA COMPONANTVR.

2°. Quod si praestare id non posset, DVX *utrique diem praefigeret*, ut ambae partes coram se in Iudicio suo feudali, seu pro Tribunali, se sisterent, et *Comitem de Los*, per iuris tramitem, adiuvaret. — Quam ultimam conditionem, de *in iure sistendo*, ut intelligamus, revocare in mentem oportet Pactum *Theoderici* VII. Comitis Hollandiae a. 1200. d. 3. Nov. cum *Henrico* Duce Brabantiae super Feudo totius *Zuidhollandiae* initum; ex quo Pacto *Theodericus* VII. Adae pater, Ludovici Losfensis socer, ac frater Wilhelmi Hollandi, se suosque heredes *homines ligios* declaravit Ducis Brabantiae. Ex re igitur erat *Henrici*, et iuris ratio postulabat, in Feudali sua Curia statuere, *Ludovicus*ne, an *Wilhelmus* eximiae huius Hollandiae portionis heres et Dominus, ac Vasallus, in posterum foret; unde ingens victori momentum accessurum esset. Ludovicus, Duce Brabantiae sic in partes tracto, eodem Duce forte suadente, vel instigan-

EXCVRSVS XI. gante, convenit *Philippum* Comitem Namurcensem, qui tunc temporis, fratre Balduino Flandriae Comite in terra Sancta haerente, Flandriae *Comitatum* Tutoris vel *Baiuli* nomine gerebat, quique neutras partes sectabatur, saltem sectari prae

Et arbitro Philippo Namurcensi, se ferebat. *Philippus* aliam ingressus est viam, *arbitrumque* inter partes litigantes se obtulit, et, quamvis a posteriore satis pateat, *Philippum* magis ad *Ludovici*, quam ad *Wilhelmi* partes inclinasse, tamen *Wilhelmus* hoc ignorans, aeque atque *Ludovicus*, hoc *Arbitrio*, pro recepto huius aevi more, acquie-

Prob. d. 14 Oct. N. I. vit: unde a. 1206. nata est insignis illa *Compositio*, quae adhuc integra superest, ex Autographo descripta, *arbitrio Domini Philippi Marchionis Namucensis, Baiuli Flandriae, et Nobilium Flandriae Virorum consensu et consilio firmata, et spontanea Ludovici et Willelmi voluntate plenius approbata.* Qui ambo se illud *observaturos arbitrium tactis sacrosanctis iuraverunt*, et Chartam *sigillis suis muniverunt.* Ne qua vero fraus fieret, confectae sunt duae eiusdem tenoris et argumenti Chartae, invicem ope vocis CIROGRAPHI connexae, deinde intercisae; quarum altera hodiedum asservatur in urbe Brugis in Flandria, unde hanc produco; altera a parte Hollandorum olim servata fuit in Castro Rupelmondano, nunc vero in *Archivis Insulanis* latere videtur. Per hoc Fedus, sive *Laudum*, *Ludovicus* magna ex parte voto potitus est, quamquam nullum inde fructum alium postea abstulit, quam ut *Adam* coniugem recuperarit. Meretur insigne hoc antiquitatis et Federis Hollandici, de transferenda Hollandia in alienam familiam initi, monumentum, ut primaria eius capita paullo distinctius exhibeam.

compositionem init cum Wilhelmo Hollando.

A. LV-

A. LVDOVICO Comiti assignatur 1°. *Comitatus Hollandiae*, excepta dote *Adae* Scoticae, matris Wilhelmi, *Adae* aviae, quae post obitum matris ad Wilhelmum *in proprietatem deveniret* §. 1. EXCVRSVS XI. *Assignatur* LVDOVICO *Hollandia.*

2°. Quatuor insulae *Scarpenesse*, *Duvelant*, *Stavenesse et Drieskire* [hodie Dreyschor] *et Hominium Domini Hugonis de Ostforne et Westforne* §. 2.

WILHELMO assignatur 1°. *tota alia terra ex hac parte Mosae deversus Flandriam* §. 3. WILHELMO *Zelandia.*

2°. *Quidquid Dominus Hugo* tenet apud *Appenbruech* [hodie *Appenbroek*] et *Castellariam de Zelandia*, et quidquid praeterea tenet in Insulis *Wilhelmo* assignatis, illud omne tenebit *Hugo* a *Wilhelmo*, exceptis *quatuor Insulis* supradictis §. 4.

3°. Retinebit *Winagium* sive Teloneum Geervlietanum, ad summam 400. Libr. denariorum, quotannis percipiendorum. Quidquid amplius percipitur, habebit *Ludovicus*; quidquid deest, supplebit idem. Has 400. Libras tenebit *Wilhelmus* ab Imperio, residuam vero partem *Ludovicus*. Sed *Wilhelmi homines* plura non solvent quam tempore patris *Florentii* solvere solebant §. 5.

B. De omnibus his bonis ambo sese invicem heredes instituere post mortem debent §. 6. Vnde iterum ad unum heredem redirent bona, neque invicem separarentur.

C. WILHELMVS 1°. servandae fidei causa dat *obsides sororem suam* et *filiam suam* et *decem Homines* [i. e. Vasallos Nobiles] *de Insula Schaldiae.*

2°. Iubet, *Vasallos Hollandiae*, tunc Brugis praesentes, *ho-*

EXCVRSVS XI. *minium facere Ludovico de Los et de Hollandia*; et *Castellanum* de *Leda* seu *de Leida* [qui tunc erat IACOBVS de Wassenaar] tradere Ludovico *Castellum de Leida* §. 8.

3°. Curabit, ut reliqui omnes Vasalli terrae Comiti Lossensi assignatae huic *hominium faciant*, et *fidelitatem iurent*. Si id recusent, pro *rebellibus* habebit, et Ludovicum armis iuvabit §. 9.

4°. Reddet Feuda, quae tenet, *Episcopo Traiectino*, nec non *Henrico Duci* Lovaniensi sive *Brabantiae*, in usum *Comitis Lossensis* §. 10.

5°. Liberas declarabit a iurata sibi *fidelitate* urbes *Dordrecht*, *Flardinghem*, *Leidam*, et *Harlemum*, easque ab hominio solvet: si quae vero Ludovico homagium facere recusaverint, *Wilhelmus rebelles* eas declarabit, et *Ludovicum* adiuvabit §. 11.

6°. In his omnibus perficiendis *Wilhelmus* et *Ludovicus* cum legatis Marchionis Namucensis sub mutuo conductu ibunt, rebus vero peractis obsides *Wilhelmi* dimittentur §. 12.

7°. Denique *Wilhelmus* omni ope niti debet, sive per legatos, sive in *propria persona*, ut *Ada neptis sua ex Anglia* revocetur, et reddatur marito Comiti Lossensi. Si vero constiterit, *Wilhelmum* pro viribus id non egisse, debet a Comite Namucensi per *ostagia* cogi ad solvenda promissa §. 13.

8°. Ad haec omnia praestanda Obsides de *Zeelandia* et de *Scalde* Insula se obligant pro Wilhelmo §. 14.

Contra vero:

D. LV-

D. LVDOVICVS de Los 1°. resignat Philippo Namucensi, Tutori Flandriae, Feudum, quod *Theodericus* VII. *ultimo vitae tempore* tenuit a Comite Flandriae, qui Tutor id tradit Wilhelmo, ut in feudum Flandriae teneat §. 15. Quae non alia est quam Zeelandiae pars Occidentalis, quae *Wilhelmo* per hoc Arbitrium est assignata. EXCVRSVS XI.

2°. Ponet coram Episcopo Traiectensi *Hollandiam* in Ostagium, pro eo, quod, se staturum omnibus pactis, promittat §. 16.

3°. Dabit *quatuor*, quas ante dixi, *Insulas*, nec non *Castellum de Leida cum villa et toto allodio in dominium et feodum Flandriae.* In quae omnia manum iniiceret Comes Flandriae, si praedicta promissa non observaret §. 17.

4°. *Homines de Hollandia* et de *Insulis* antedictis obsides ponet. Si autem deficiat in promissis, iuvabunt hi Comitem Flandriae contra *Ludovicum* §. 17.

5°. Episcopo Leodiensi licebit manum iniicere feudo, quod ab eo Ludovicus tenet, donec commissa emendaverit. Idem licebit Duci Brabantiae in suo feudo §. 18.

6°. Si Ludovicus Vxorem Adam recuperarit, nec *Wilhelmum* tamen, quatenus per uxorem licebit, heredem instituerit; tunc feuda Episcopi Leod. et Ducis Brabantiae erunt in Ostagiaria §. 19.

E. Ad haec omnia utrimque observanda Philippus Comes Namucensis se obsidem constituit, et hoc arbitrium *suo sigillo, ac sigillis Comitis de Los et de Hollandia, et Domini Willelmi, confirmari decernit*, testibus multis Flandriae Nobilibus §. 20.

Hoc Arbitrium, haec Terrarum ac Dominii divisio, per

EXCVRSVS XI. quam *Theoderici* filia *Ada* cum Marito praecipuam atque avitam portionem fere omnem, *Wilhelmus* vero frater terras serius acquisitas cum Zeelandia Orientali obtinuisſent, multis equidem nominibus, quatenus nempe tanta inimicitiarum atrocitas aliter componi non poterat, valde aequa ac iusta videtur; et, si *Wilhelmus* hoc quidem pacto ſtetisſet, *Ludovicus* cum *Ada* quietus Hollandiae fuisſet posſesſor dominusque; *Wilhelmus* vero, praeter *Friſiae Comitatum*, quem iam ante fratris mortem ex pacto posſidebat, et Epiſcopo Trai. in uſum Ludovici §. 10. nunc reddit, obtinuisſet *Comitatum Zeelandiae; Ludovicoque* cesſisſet feudum *Zuidhollandiae* a Duce Brabantiae tenendum; WILHELMO vero *Zeelandiae* Feudum inter *Schaldem et Heedensee* a Flandriae Comite tenendum; de quo exſtat inſignis illa Charta a. 11⁶⁷/₆₈. Procul dubio autem *Philippus Namucens.* curavit, ut *Wilhelmus* hoc *Flandriae* Feudum confirmaret approbaretque.

Hanc *Compoſitionem Innocentius Papa* III. *Archiepiſcopo Tre-* Prob. h. a. N. I. *virenſi mandavit, ut faceret obſervari*, uti habetur in Bulla Papae HONORII ſuper hac re postea a. 1217. data l. 5. ſqq. ubi vocatur *Compoſitio inter Nobiles viros L. Comitem de Los, et Willelmum de Hollandia, cruce ſignatos, Traiectenſis Dioeceſis, ſuper* RAPTV *Nobilis mulieris, uxoris eiusdem Comitis*, TERRIS *et* REBVS *aliis, amicabiliter inita.* Cui Compoſitioni quum *Wilhelmus contraniteretur, et ſe ad diffugium converteret*, i. e. ad Papam appellaret, Archiepiſcopus *eius appellationi non deferens*, eamque *pro frivola habens, excommunicationis ſententiam* et *interdictum in terras* eius *promulgavit*, ibid. l. 10—15. idque *ſpecialiter propter compoſitionem praedictam.* Verum, quidquid hoc

hoc est, *Wilhelmus* nequaquam pasſurus, nudo eiusmodi pacto Hollandiam ſibi eripi, his promisſis non ſtetit, ſed omnem ſibi retinere posſesſionem mente agitavit, quod ſatis historia docet; unde AEM. STOKIVS, rerum post gestarum ignarus, quippe qui post annum 1205. a CHRONICO EGMVNDANO, duce ſuo, deſtituitur, B. III. vs. 573. narrat, eum postea tenuisſe terras inter *Heedenséé*, Flandriae et Zeelandiae discriminatorem, et fluvium *Lavicam* ſive *Lauwers*. Tenuit quidem illas, ſed nondum ab eo tempore.

EXCVRSVS XI. *Wilhelmus fedus infringit.*

Ludovicus Losſenſis ex hoc federe in Hollandiae posſesſionem, ut putabat, immisſus, primo *Adam* uxorem petivit, ad eamque recuperandam iter fecit in Angliam, et voti compos factus est. Wilhelmus quidem ex pacto Adam ex Anglia repetere tenebatur, ſed promisſis ſtetisſe non videtur; Ludovicus tamen eo profectus est et obtinuit. Docet hoc disſertis verbis REINERVS Monachus, loco ſupra p. 469. allegato, ſed propter rei momentum repetendo: *Ludovicus Comes de Los Angliam ingreditur, Regem pro uxore ſua, quae ibi captiva tenebatur, alloquitur; tandem Homo ſuus factus, et datis obſidibus pro hominio conſervando* VXOREM *ſuam reduxit, quae per quinque annos captiva a* GVILLELMO *avunculo ſuo* (q) *detenta fuit.* In quo testimonio obſerva 1°. *captivitatem* Adae in Anglia, illuc ex Texalia abductam, uti Nostrates referunt. 2°. tempus *quinquennii*. Quod minus plene pro *quatuor annis* et *menſibus*

Ludovicus Adam recuperat.

(q) Notet lector, *Avunculum*, unde Gallice *oncle*, hoc aevo promiscue ſumi de patris et matris *fratre*.

EXCVRSVS XL. *ſibus excurrentibus* accipi debet, ita ut *Ada* ab fine a. 1203. usque ad a. 1207. vel ineuntem 1208. ibi commorata, tandem in terram Leodiens. et Comitatum Losſenſem deducta ſit, quoniam *Wilhelmus* pactis de Hollandia coniugibus tradenda ſtare recuſabat. De qua re ſtatim. 3°. Inter *Obſides* quum fuerit Ludovici frater *Arnulfus*, par erat, ut is nunc etiam liberaretur; ſed de eo post videbimus. *Multa molitur.* Interim Ludovicus non quievit, et omnem movit lapidem, ut Hollandiam ex pacto ſibi debitam obtineret. Et primo, quum videret, Wilhelmum promisſa ſua non curare, nova ſibi auxilia et opes conquiſivit, eumque in finem ſtatim ab inito Laudo, extremo a. 1206. vel ineunte 1207. *Ambit Ducem Brabant.* pacto quodam oneroſo iterum ſe obligavit Duci Brabantiae Henrico (*r*). Duplex huius Pacti ſcriptura exſtat in *Registris Brabantinis* a BVTKENSIO vulgatis. Ex priore Pacto Comes Losſenſis cum Vxore ſua promittit, Prob. a. 1206. post 14. Oct. N. I. 1°. *ſe omne Alodium, quod ipſis competebat ratione et iure hereditario in tota* HOLLANDIA *in manus Ducis reſignaturum*, et haec omnia *a Duce in Feodum* pro more huius temporis *recepturum*, excepta *Domo de Leyden* et *eius Castellaria* (*s*) 2°. Reliqua Feuda, quae Comes ab aliis Dominis tenet, Dux ab his accipere ſtudebit; et tunc Comes ea ab Duce tenebit. 3°. *Castrum de Chalmont*, *quo* Co-

(*r*) Nimirum Comites Losſenſes vaſalli plerumque erant cum Leodienſes tum Brabantini. Hinc in Concordia inter Henricum Ducem Lothar. ſeu Brabantiae et inter Balduinum Com. Flandr. a. 1194. una cum Arnoldo Comite de Cleves, Henrico de Cuc, testis etiam ſubſcripſit *Ludovicus filius Comitis de Los Castellanus de Brusſella advocatus Hasbaniae*, in MARTENE *Thes. Anecd.* T. I. p. 656. B. In pace inter eumdem *Henricum* et *Comitem* Gelriae fideiusſor idem erat a. 1198. apud BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 49.

Comes VXOREM SVAM Adam DOTAVERAT, Duci resigna- EXCVRSVS XI.
tum, tam *ipse* quam *uxor* ab eo in feudum recipient cum 300. marcis *annuatim* percipiendis ex Castro et eius villa *Herdene.* 4°. Alia Feuda, si Imperio recuperantur, Dux de Imperio, Comes de Duce recipiet. 5°. *Promittit Comes*, sese *in Concordia illa*, QVAE INTER EVM *et* DOMINVM WILLELMVM EST ORDINATA, staturum *consilio* DVCIS *et Rotgeri de Merehem et eorum, quos ipsi assument.* Denique 6°. Comes LIGIVS HOMO DVCIS foret *contra omnes homines, excepto Imperio et Leodiensi Episcopo.* Immo contra ipsum Episcopum, si is Duci iniurias faceret, *Comes Duci, sicut ligio Domino suo et Pari suo, assistet.* Contra has tam duras conditiones Dux Brabantiae Lossensi Comiti promisit, 1°. Si *Willelmus Concordiam* ante dictam, *consilio Ducis* -- -- *observare* recuset, DVX COMITI *assistet tanquam in propriis negotiis, quoad* plene *satisfecerit* Concordiae tabulis. 2°. Vbicumque Comes ius habuerit, Dux ei assistet fideliter. 3° Ab utraque parte *tres* homines dabuntur, quorum consilio stabunt Dux et Comes *ad ampliorem confirmationem.*

Hoc tamen Pactum successu caruisse, vel ob duras eius conditiones non admissum a Ludovico Loss. videtur (*t*) et eius in lo-

(*s*) Ratio, cur hic excipiatur *Castellum de Leyden*, haec videtur, quia Ludovicus de Los ex Arbitrio Philippi Namuc. *quatuor insulas*, nec non *Castellum de Leida cum villa et toto allodio* dederat *in dominium et feodum Flandriae.* Vid. supra p. 475. n. 3. uti iam observatum WAGEN. D. II. bl. 327. De Insulis vero Zeelandiae nulla mentio, quia hae extra Hollandiae fines per se sitae erant.

(*t*) Hanc in rem vide not. ad *Cod. Diplom.* a. 1206. post d. 14. Oct. N. II. (*a*).

EXCVRSVS XI. locum fortasse substituta est altera Charta, nisi *ampliorem confirmationem* vocare malis, quae *testibus* firmata sequentia complectitur. 1°. Comes de Los *resignat Alodium suum Castrum de Chalmunt cum* 300. *marcis* annuatim *in Herdene* et *aliis villis* percipiendis, *in manus Henrici Ducis*, *et illa in feodum ab eo recipit*, ea conditione, ut, si *fine liberis* decedat Comes, illa *ad propinquiorem eius heredem devolvantur*. 2°. *Comes Duci contra omnes homines*, *excepta Leodiensi Ecclesia*, *ligius* homo erit. Si vero illa Ecclesia Duci iniurias faciat, *Comes sese interponet*, et *Duci sicut Domino et Pari suo faciet*. 3°. *Dux sua vice* —— *Comiti similiter facere tenetur*. Ab utraque parte decem vasalli in Ostagium, sive Obsides, traduntur.

Prob. a. 1206. post 14. Oct. N. II.

Ambit Regem Angliae. His peractis *Comes de Los* se vertit ad *Ioannem* Regem Angliae, Avunculum Imperatoris *Ottonis*, cum eoque Pactum init de servitio Regi *Ioanni* et eius Nepoti *Ottoni* Regi Romanorum praestando; quod Pactum superest in RYMER *Actis Publicis Angliae*; quo Ludovicus declarat, se *esse hominem* [i. e. Vasallum] *Regis contra omnes homines et feminas*, *qui vivere possint vel mori*, *ad Regnum suum Angliae defendendum*. Praeterea *bona fide iuvabit Regem Othonem*, *nepotem ipsius*, *salva fide Dominorum suorum*. Ad eaque servanda *tactis SS. Euangeliis iurat*, *et obsides* tradit, in quibus primo loco nominatur ARNVLFVS Ludovici frater, qui non nisi A. 1216. ex Anglia rediit, pro relata *Ada* proque Ludovici fide tamdiu obses relictus.

Prob. a. 1207. N. IV.

Wilhelmi molimina. At vero *Wilhelmus* interim Hollandiam obtinebat, et cuncta haec Ludovici Loss. conamina nihil curabat. Res eius gestas non-

nonnihil altius repetam. Mortuo a. 1097. Imperatore Henrico VI. Regnum in duas partes primarias fcisfum erat, aliis *Philippum* Ducem Sueviae, pro defuncti filio Frederico, aliis *Ottonem* Ducem Saxoniae, Regis Angliae ex forore nepotem, eligentibus. *Philippi* partes fectatus erat *Ludovicus Losfenfis.* Hunc fequebantur etiam Papa, et Rex Franciae. Contra amplexatus *Ottonem* erat *Theodericus* VII. Comes Hollandiae, V. CHRONIC. EGMOND. A. 1197. p. 151. Ducem autem Brabantiae, qui hactenus Ottoni Regi adhaeferat, Philippus cum aliis Ottonianae factionis Principibus partibus fuis conciliaverat (*v*). Hinc Wilhelmus, qui Ducem *Brabantiae* post mortem Theoderici fratris a. 1203. pro fe prenfabat, curaverat, ut Dux Brabantiae in Charta pacti et *Homagii* a. 1204. praeftiti haec duo, ipfius in commodum, a Philippo Rege obtineret: 1°. *Duci*, inquit Rex, *promifimus, quod Epifcopum Leodienfem et* COMITEM DE LOS, *alios Epifcopi fautores et coadiutores numquam in gratiam recipiemus, nifi confilio et voluntate ipfius Ducis.* 2°. *Quod* WILLELMO *Comiti Hollandiae feuda, quae Pater fuus et Frater ab Imperio tenuerunt, libere conferre debemus.* Philippus promisfisne fteterit, non liquet. Sed fatis hinc patet, *Wilhelmum* tunc *Philippi*, *Ludovicum* vero *Ottonis* partes fecutos. Post infelicem vero Ottonis pugnam a. 1206. eiusque in Angliam ad avunculum iter, videtur res mutata. Postea enim Dux Brabantiae *Ludovico* Losfenfi, fuo etiam Vafallo, reconciliatur, eumque adiuturum EXCVRSVS XI.

(*v*) Exftat *Philippi* R. pactum cum Duce Brabantiae in BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 56. Preuv. et hinc in MIERIS *Charterb.* D. I. bl. 145. quo fpectant etiam Epist. Papae Innocentii III. n. 99, 111, 121, 128. in

EXCVRSVS XI. turum contra *Wilhelmum* promisit, ut supra vidimus, unde etiam *Ludovicus de Los* testis occurrit in Charta Ducis Brabant. a. 1209. apud MIRAEVM *Cod. Dipl.* T. II. p. 841. Mortuo vero d. 21. Iunii a. 1208. PHILIPPO, ut docet GODEFRID. MONACH. h. a. atque *Ottone* confirmato, *Wilhelmus* Ottonis Regis partes iterum amplectitur, et *ligius homo Regis Angliae*, Ottonis avunculi, factus est. Quae vero ratio eum impulerit, hinc coniectes. Necato a. 1208. perfide Philippo, Otto Rex Italiae partem invaserat, unde Papa iratus Ottonem excommunicaverat, et eius in locum a. 1211. per Archiepiscopum Moguntinum creatus est *Imperator Fredericus* Rex Siciliae (x). Huius Frederici partes tunc sequebatur *Ludovicus de Los* cum Domino suo *Episcopo Leodiensi* adversus Ducem Brabantiae, qui *Ottonis* partes sectabatur (y). Hinc tacite *Ludovicus* resiliit a fide, quam praestare Regi Angliae et Ottoni Regi, ex Pacto debuerat, et pro quo servando Ludovici frater *Arnulfus* in Anglia obses haerebat. Hanc occasionem *Wilhelmus* avide arripiens primo se convertit ad Regem *Ottonem*, Regis Angliae nepotem et clientem, ab eoque d. 13. Ianuar. a. 1213. obtinuit, ut Rex *attendens fidem ac devotionem magnam dilecti ac fidelis* sui WILLELMI *Comitis Hollandiae*, ei *omnia* FEVDA *conferret*, quae *eius praedecessores* FLORENTIVS ET THEODERICVS *ab Imperiali aula tenuerant*, a. 1213. Quod tamen

Prob. a. 1207. N. IV.

Prob. h. d.

ST. BALVZ. *Epist. Innoc.* T. I. p. 733, 738, 743, sq.

(x) GODEFR. MONACH. a. 1211.

(y) AEGID. AVR. VALL. in *Hugone* Cap. C. p. 102. sq. et CII. p. 210. et GODEFR. MONACH. ad a. 1211, 1213.

tamen non factum videtur; nisi postquam Otto Rex *Wilhelmum* impugnavit, teste ad a. 1213. REINERO MONACHO p. 41. *Otto cum Aquensibus et Comite Iuliacensi Comitem Hollandiae impetit, et maximam partem terrae suae incendit: cui ille viriliter resistit.*. Hoc igitur sibi conciliato convertit se ad Ottonis avunculum, *Ioannem* Regem Angliae, Ottoni enixe faventem, cui itidem *Homagium* et *Sacramentum*, et datae fidei *Chartam* a. 1213. d. 29. Mart. exhibuit, promittens, pro *feudo* 400. *marcarum* quotannis percipiendarum se fore ipsius *hominem ligium contra omnes mortales ad terram suam Angliae defendendam.* Ex hoc Pacto siquando Rex vellet, Wilhelmus mittere debebat, 25. *Milites:* quae locutio quot *homines armatos* et *equos* comprehendat, docet WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 334.

EXCVRSVS XI.

Prob. h. d. N. I. II.

Interim coronatur a. 1213. Fredericus Imp. Erat cum eo federe iunctus *Philippus* Francorum Rex, Ottoni ob Anglicam cognationem infestissimus. Huic autem *Philippo* eodem anno grave cum *Ferrando* Flandriae Comite bellum ardebat; quo in bello *Henricus* Dux Brabantiae, quamquam adhuc Ottonis partibus addictus, se Franco adiunxit; contra Anglis opitulabantur *Otto* IV. Imper. *Ferrandus* Comes Flandriae, nec non Episcopus Leodiensis, *Ludovicus* Comes Losfensis (z), *Wilhelmus* Comes Hollandiae (a). Duxerat nimirum h. a. Dux Brabantiae uxorem Regis Francorum filiam (b). Sed paullo post

Turbae Imperii.

(z) BVTKENS *Troph. de Brab.* T. I. p. 180, 181. ubi plura de Ludov. Loss.

(a) WAGEN. *Vad. Hist.* Deel II. bl. 335.

(b) HARAEI *Ann. Brab.* in Henr. IV. p. 242.

EXCVRSVS XI. post denuo mutatur rerum facies. *Ferrandus* enim Flandriae Comes una cum Ottone et Rege Angliae, qui nihil magis curabant, quam ut Ducem Brabantiae contra Francum suas in partes allicerent, matrimonium inter *Mariam* Henrici Ducis Brab. filiam et Ottonem Imp. celebrandum curat, mense Maio a. 1214. (*c*) Qua in re memoratu dignum est id, quod nostrates hactenus latuit, et tamen a coaevo rerumque probe gnaro scriptore narratur ad a. 1214. (*d*) *Praedictus Otto* [Imp.] *cum Duce Brabantino de matrimonio filiae* [i. e. Ducis] *suae tractavit et confirmavit, quam parvulam in expeditione Aquensi desponsavit, et secum coronavit, sicut in praecedentibus annis lector invenire poteris. In vigilia Pentecostes* DVX *cum filia sua* MARIA *Traiectum venit, quam praedictus* OTTO *in secunda feria Pentecostes* [d. 19. Maii] *desponsavit, non per Episcopum vel per sacerdotem, sed per* WILHELMVM HOLLANDIAE COMITEM: *quam statim Aquis deduxit, et ibi nuptias suas celebravit.* Sponsalia inter Regem *Ottonem* et *Mariam*, a nostro *Wilhelmo* facta, eo magis merentur observari, quod hic *Wilhelmus* eamdem hanc *Mariam*, Ottonis Regis viduam, postea uxorem duxit; ut infra probabo. Adiutus igitur *Otto* a Flandris, Brabantinis, Hollan-

(*c*) BVTKENS p. 182. HARAEVS p. 243. EDM. DINTERVS *Chron. Brab. MS. mense Maio in oppido Traiectensi* id factum narrat. Recte. *Pentecoste incidit* h. a. in Mens. Maium.

(*d*) REINER. MONACH. p. 51.

(*e*) GODEFR. MONACH. a. 1214. BVTKENS T I. p. 182. sq. MEIER. *Ann. Fland.* a. 1214. Cf. WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 336.

(*f*) Narrat disertis verbis TRISTAN. CALCHAS *Histor. Mediol.* T. II. *Thesaur. Italiae* p. 297. ad a. 1214. at de hac Wilhelmi captivitate nonnihil mihi

landisque sub Comite Wilhelmo, bellum Franciae Regi movet. EXCVRSVS XI.
Quod tamen infeliciter Ottoni cessit. Conserto enim ad Bovinas iuxta Tornacum a. 1214. d. 17. Iul. praelio, *Otto* Imp. et Dux Brabantiae in fugam coniiciuntur, ac Ferdinandus Com. Flandr. capitur, et *Parisios missus vinculis mancipatur* (*e*). Sunt, qui censeant, *Wilhelmum* Com. Holl. tunc etiam fuisse captum (*f*). Quod si verum, non diu detentus fuerit, necesse est. Siquidem eodem anno M. Nov. a. 1214. iam pactum nuptiale conclusisse invenitur inter filium *Florentium*, et *Machtildem* filiam Ducis Brabantiae (*g*). Ludovicus vero Loss. amplexus tunc temporis erat partes Frederici contra Ottonem; et hinc tacite resiliit a Pacto cum Rege Angliae a. 1207. inito, sive artibus Wilhelmi Holl. ab Anglo alienatus, sive ad id inductus ab Episcopo Leodiensi, cuius Vasallus ob Comitatum Leodiensem erat, et qui Frederici Imp. partibus nunc favebat. Quod eo magis ex rebus gestis fit verosimile. Ottone eum a Papa excommunicato, Sifridus Mogunt. Archiep. hanc Papae sententiam denunciaverat a. 1211. Hinc Episcopus Leodiensis inter eos *Principes Alemanniae* fuit, qui (*h*) *Fredericum missum a Papa Innocentio susceperunt, ab Ottone tanquam excommunicato et perfido recedentes.* Hunc autem secutus est Ludo-

mihi dubii superest. Nec congruit cum REINERO a. 1214. p. 52. 1217. p. 58. E. narrante, captivos diu detentos ac in Francia resedisse. Dubium auget idem REINERVS, p. 52. qui *Comites Flandriae et Boloniae* nominatim memorat. Cf. HARAEVS *Ann. Brab.* p. 144. f.

(*g*) MIERIS *Charterb.* Deel I. bl. 162.

(*h*) AEGID. AVR. VALL. in *Hugone* T. II. p. 214.

EXCVRSVS XLI. Ludovicus Loss. (*i*), quando Dux Brabantiae ſupremus Feudi ſui Dominus adhuc Ottoni adhaerebat; unde vehemens illud inter Leodienſes Losſenſesque ac Ducem Brab. a. 1213. bellum flagravit, in quo Losſenſis Comitatus combuſtus, ſed Brabantus cedere coactus fuit (*k*).

Interim rebus Ottonis per infelicem ad Bovinas pugnam retro lapſis, Fredericus Imp. animos ſumſerat, ac die Aug. 1214. copias coniungit, Ducique Brabantiae imminet (*l*); qui re perpenſa ſe *Frederico* iungit, ei *fidelitatem* et *homagium* iurat, dato filio Henrico fidei obſide (*m*); redditaque est ei paullo post a Frederico d. 2. Sept. a. 1214. villa ſive urbs *Traiecti* (*n*) cum villis eo ſpectantibus, quae quum bona esſent *Ludovici* Losſenſis (*o*), Rex Fredericus promittit ſe illa a *Comite de Los* redemturum (*p*). Easdem, ut vidimus, ſequebatur partes Losſenſis, isque a. 1215. cum Duce Brabantiae, ſollemni Frederici coronationi adſtitit, et inter testes ſubſcripſit Chartae, qua Rex Privilegia Eccleſiae Cameracenſis Prob. h. d. confirmat d. 29. Iul. 1215. *Wilhelmus* Holl. Comes Brabantinis coniunctus nunc etiam ſe coniunxit *Frederico*. Nam quemadmodum paullo ante *Ottoni* Imp. adhuc praeſto fuerat; uti praeter ante dicta etiam docet Charta a. 1214. cui inter alios Regni

(*i*) AEGID. AVR. VALL. l. l. C. CIV. p. 212. ſqq. et REINER. MONACH. p. 49, 50. E.

(*k*) HARAEVS p. 242. REINER. p. 49. ſqq

(*l*) MANTEL. *Hist. Loss.* p. 168.

(*m*) BVTKENS p. 183. REINER. p. 52. D. HARAEVS p. 245 a. 1215. et MANTEL. l. l.

(*n*) In LVNIG. *Cod. Germ. Dipl.* T. II. p. 1087. H. C. SENCKENBERG *Corp. Iur. Feud. Germ.* p. 546. MS. DINTER. *Chron. Brab.* L. III. C. 13.

(*o*) Vid. not. ad MANTEL. *Hist. Loss.*

Regni Principes subscripsit WILHELMVS COMES HOLLANDIAE (*q*); ita contra *Non. Nov.* a. 1214. sese artissime coniunxit Duci Brabantiae, Frederici partes amplexato, per *Pactum nuptiale* inter *Florentium quatuor annorum puerum*, et *Machtildem* Henrici filiam; quo in pacto imprimis observes *iusiurandum omnium Hollandiae Zeelandiaeque hominum*, quo promittunt, se *Terras omnes*, *quas Wilhelmus possidet*, *conservaturos bona fide Florentio - et Mathildi*. Praeterea *Dux* et *Comes* utrimque iurant, 1°. *quod se invicem bona fide iuvabunt - ad defendendum terras suas*, *cum omni posse suo*, *contra omnes homines* —. 2°. *Extra terras suas contra omnes*, *ubicumque salvo honore suo poterunt*. Vnde Wilhelmo satis ad tempus provisum fuit contra Ludovicum Loss., si quid novarum rerum moliretur: ut docuit eventus.

EXCVRSVS XI.

Prob. d. 5. Nov.

Oritur interim bellum novum inter Anglos et Francos. Primores enim Angliae, exauctorato Rege suo Ioanne, qui Regnum Angliae Papae Innocentio tributarium fecerat (*r*), *Ludovicum* Francorum Regis filium a. 1215. in Angliam evocant, Regemque declarant (*s*). Huic *Wilhelmus Comes Hollandiae*, facto cum Francis federe, auxilium praestat, *ac Ludovico Franciae triginta sex Equestris ordinis viros adduxit auxiliares*, ut MEIE-

Novae Turbae.

Loss. p. 150.

(*p*) BVTKENS. *Preuv.* T. I. p. 64. et LVNIG. l. l.

(*q*) MIERIS *Charterb.* Deel I. bl. 161. sq.

(*r*) Vide Chartam in RYMER *Act. Publ. Angliae* a. 1213. T. I. p. 176. nov. ed. p. 57.

(*s*) RADVLPH. COGGESHAL. *de Motib. Angl.* in *Marten. Coll. A.* T. V. p. 875—882. IO. IPERIVS *Chr. S. Bertin.* C. XLVI. P. 17. p. 699. sq.

EXCVRSVS XI. MEIERVS a. 1216. loquitur (*t*). Verum Papa Innocentius huic Procerum ac Ludovici Franci conamini tam vehementer obstitit, ut *Ludovico* [Regis filio] *eiusque federatis piorum ecclesia interdiceret*, et excommunicationis fulmen in eos vibraret (*v*). Verba quibus Papa hos excommunicavit, sic sonant (*x*): *Nos ex parte Dei — omnes huiusmodi perturbatores Regis ac Regni Angliae, cum* COMPLICIBVS *et* FAVTORIBVS SVIS, *excommunicationis vinculo innodamus, et terras eorum Ecclesiastico subiicimus interdicto.* Rem sic narrat IO. IPER. l. l. *Legatum Papa miserat in regis Angliae succursum* GALLAM *cardinalem, qui ad Dominum Ludovicum accessit, et eum ac principes suos monuit —. sin alias eos omnes* EXCOMMVNICATIONI *et eorum terras* INTERDICTO *suppofuit. Hac de causa* WILLERMVS COMES HOLLANDIAE, *qui cum Ludovico ibidem advenerat, cum sua gente repatriavit.* Tunc etiam Wilhelmus Com. Holl. cum tota terra excommunicatus est. Docemur hoc ex Bulla Papae HONORII a. 1217. quae data est ad cognoscendam causam inter *Ludov. Loss.* et *Wilhelmum de Hollandia* agitatam, qua l. 55. mentio fit *sententiae*, *quam* Wilhelmus *incurrerat cum Ludovico in Angliam transfretando.* Huc referas oportet eiusdem Innocentii PP. Privilegium, quo a. 1216. Abbatiae Egmondanae indulsit, ut *cum generale Interdictum fuerit terrae, liceat illis — submissa voce divina officia celebra-*

Prob. h. a. N. I.

Prob. h a. d. 16. Iun.

(*t*) Cf. WAGEN. *Vad. Hist.* D. II. bl. 338. add. IO. IPER. l. l.

(*v*) MEIER. a. 1216.

(*x*) Vid. Excommunicatio general. Baronum Angliae in RYMER *Actis* l. l. p. 208. Ed. Nov. p. 69.

brare (*y*). Referri etiam huc debet altera *Honorii* Papae Bulla d. 26. Apr. a. 1217. qua Abbatiam Rijnsburg. in ſuam recipit tutelam, conceditque, ut in generali Hollandiae interdicto clauſis ianuis ſacra faciant. Credibile est, hanc *Wilhelmi* expeditionem Ludovico Loss. anſam praebuiſſe, et eum uſum hac esſe occaſione, novos excitandi pro ſe et uxore *Ada* motus, per quos, obſervante CIRONIO (*z*), Wilhelmus in Hollandiam revocatus perpetuo illum ab Hollandia avertit. Acceſſit, quod Rex Anglus, qui adhuc Ludov. Loss. fratrem *Arnulfum* obſidem ſervabat, et a cuius fide Comes Hollandiae nunc aperte deſciverat, Ludovici Loſſenſis operam, cum pro ſe, tum pro *Ottone* Rege denuo imploravit, unde Ludovico animi creverunt. Hoc docent Literae Walteri ad Ottonem Reg. a. 1216. miſſae (*a*), quibus ſignificat, Regem Angliae ſcripſiſſe ad Comitem de Los, rogasſeque *ipſum Comitem*, *et conſuluiſſe in bona fide*, *ut ad fidem et ſervitium Domini Imperatoris* [Ottonis] *nepotis ſui redeat; et in ſe ſuſcepiſſe* Regem, *quod iura ſua* [i. e. Ludovici] *tam de* COMITATV HOLLANDIAE, *quam aliis Dominus Imperator ei reddet.* Avide haec arripuit Ludovicus, *Regi*que *Angliae et Ottoni Imperatori* ſe opem laturum reſpondit, ſi mutuum *Ottonis* auxilium adverſus *Wilhelmum* obtinere posſet. Huc ſpectant literae *Regis Angliae* ad *Ottonem Imperatorem* de *Ludovico Comite Loſſenſi ad ipſius fidem revocando* a. 1216.

EXCVRSVS II.

Prob. h. d.

Vltima Ludovici conamina.

(*y*) MIERIS *Charterb.* Deel I. bl. 164. ſed credo leg. *Pontif. nostri anno* XVIIII. pro XVIII. alioquin incideret in a. 1215.

(*z*) Vid. not. (5) ad *Bullam Honorii* a. 1217. in Cod. Probb. N. I.

(*a*) Prob. a. 1216. N. II.

EXCVRSVS XI. Prob. a. 1216. N. I. 1216. *Significavimus*, inquit, *Nobili viro Comiti de Los, quod* [i. e. ut] *ad fidem et servitium vestrum revertatur.* -- -- Porro: *si litteras vestras patentes nobis transmiseritis, ut nos manucapiamus, quod eidem iura sua reddetis, tam de* COMITATV HOLLAND. *quam aliis, quae eum iuste contingunt; credimus ipsum ad fidem et servitium vestrum de facili fore reversurum.* — *Nobis videtur, quod super* IVRE SVO *de Comitatu Hollandiae exaudire tanto libentius tenemini, quanto Comes* WILEKINVS [Wilhelmus] *cum* LODEWICO [Franciae] *inimico Dei et Ecclesiae ad perpetuam exheredationem nostram, Regnum nostrum Angliae praesumptuosius sit ingressus.* Verum *Ioanne* paullo post, d. 18. Oct. 1216. mortuo, electoque filio suo Henrico III. Rege, conatus ille successu caruisse videtur. Inter haec tamen *Lossensis* apud Papam Innocentium per internuncios contra Wilhelmum Holl., pro exsecutione Arbitrii Philippi Namuc. a. 1206. super divisione Hollandiae et Zeelandiae initi, varia molitus erat; quae cognovimus ex dicta Bulla *Honorii* PP. a. 1217. Prob. a. 1217. N. I. cuius ex argumento patet, Innocentium *Archiepiscopo Trevirensi* iniunxisse, ut Compositionem Philippi Namucensis *inter Ludovic. Comitem de Los et Wilhelmum de Hollandia* -- -- *faceret observari.* Mortuo vero hoc a. 1216. Papa Innocentio causa ad hunc HONORIVM PP. delata est, egitque tunc apud Papam Ludovicus Loss. per *procuratorem suum G. literas*que *a Papa* ad Archiepiscopum Trev. *impetravit super exsecutione sententiae*, ib. l. 16. Hae literae omnem rerum in Aula Papae alibique gestarum seriem exponunt, ac propterea accuratius explicari merentur. Ex his enim docemur, *Wilhelmum per suum Procura-*

curatorem H. in audientia Romae *publice* his *contradixisse*, ac caussam suam egisse. Vnde denuo ad caussam cognoscendam a Papa dati sunt *auditores Episcopus Albanus P. et R. Diaconus Cardinalis* l. 18 — 21. Hi autem, quia *constabat manifeste, Wilhelmum excommunicationis vinculo esse innodatum, decreverant, non admittendum esse Wilhelmi procuratorem ad impetrandum literas vel contradicendum* l. 23 — 26. Impetraverat autem, teste eadem Bulla l. 33. *Wilhelmus* ab *Honorio* literas in praeiudicium *Comitis de Loon*, — et coram Archiepiscopo Trevir. exceperat, quod prioribus Innocentii literis non teneretur, allegans duas exceptionis caussas l. 38 — 42. 1°. quia mortuo mandatore exspiraverat mandatum; 2°. quia *ultra duas diaetas* in caussam tractus fuerat extra Dioecesin suam Traiectinam, idque contra Canones Concilii. Quas exceptiones quum admittere recusasset Archiepiscopus, appellarat Wilhelmus ad Papam, l. 42 - 44. rogaveratque, *ut non obstante sententia, quam incurrerat cum Ludovico* [Franciae] *in Angliam transfretando*, qua absolutus erat, Papa ipsum adiuvaret, l. 53 — 56. Sed Praesul Trevir. eius appellationem haud curans, mandarat Episcopo Traiectensi ad Rhenum, ut sub censura Ecclesiastica *Ludovicum* Losensem ex *Compositione* ante memorata in *possessionem Hollandiae* immitteret l. 45 — 47. Papa hisce altercationibus motus literas dederat *ad Abbatem S. Laurentii in Oostbroek*, prope Traiectum, ut rem *cum suis coniudicibus* examinaret, et pro re nata ageret; alioquin ad Leodiensem Abbatem caussam remitteret l. 58 — 63. Verum Ludovici Loss. procurator, his auditis, Papam edocuit, has quas Wilhelmus dederat *literas subreptas esse per expressum* EXCVRSVS XI.

EXCVRSVS XI. *mendacium et tacitam veritatem* l. 65. quia nec mandatum exſpiraverat cum mandante, nec ille ultra 2. diaetas tractus fuerat; imprimis, quod disſimulaverat, ſe ob aliam etiam cauſſam eſſe excommunicatione ligatum l. 76—77. Papa his cavillationibus iactatus, et ambiguus haerens, ſcribit ad Abbatem S. Oberti et Decanos S. Ioannis et S. Martini, Leodienſes, ut, ſi Losſenſis ſuam cauſſam coram ipſis non probet, Abbas S. Laurentii Oostbroecenſis et eius iudices pergant in iudicando, et Ludovici conamina irrita declarent, l. 90—96. et 60. Si vero Wilhelmus intra tres menſes exceptiones ſuas non probet, neque Ludovicum, ut de eo dictitarat, etiam excommunicatum fuisſe, adſtruat; Leodienſes, non obſtantibus in contrarium literis ad Abbatem S. Laurentii pro Wilhelmo obtentis, in cauſſa cognoſcenda pergant, nec, quae contraria his esſent literis, curent l. 97—105. Haec egit *Papa Honorius* III. intra mens. Iul. 1216. quo Innocentius obiit, et *menſem Martium* ſq. anni 1217. Quis autem huius rei exitus fuerit, docet altera Bulla eiusdem Prob. h. d. Honorii d. 21. Martii a. 1217. data *ad Nobilem Virum, Comitem de Los cruce ſignatum*, qua *ad exempla felicis recordationis Innocentii P. praedeceſſoris* ſui *Compoſitionem inter ipſum et Nobi-*

(*b*) Prob. a. 1218. Charta hactenus inedita.

(*c*) Hanc deſcripſit Cruciatam expeditionem praeter reliquos *Auctor Expeditionis Comitis Hollandiae in Syriam* in A. MATTH. *Anal. Med. Aev.* T. II. p. 26. de qua GODEFRID. MONACH. a. 1217. p. 384. ſic paucis: *Anno Dom. Incarn.* MCCXVII. *Andreas Rex Vngariae, Lupoldus Dux Auſtriae cum Epiſcopis et Comitibus et copioſa multitudine ſignatorum mare transierunt. Item* WILHELMVS *Comes Hollandiae, et Georgius Comes de Wide cum aliis cruce ſignatis Teutoniae, ad terram ſanctam navigio proficiſci deſide-*

Nobilem Virum Willelmum de Hollandia, super raptu Nobilis Mulieris A. uxoris tuae, nec non Hollandia, et aliis terris ad te ratione uxoris spectantibus, mediante Philippo Marchione Namucensi initam, auctoritate Apostolica observari iubet: qua occasione totam illam *Compositionem* Bullae suae integram inserit, unde nata V. D. A. MATTHAEO occasio est, hanc primitus in lucem edendi; quam *Bullam* ex CIRONIO, et *Compositionem* ex Autographo, in *Cod. Probb.* descriptas, nos dedimus, ut supra monitum est. EXCVRSVS XI.

Verum omnis haec *Ludovici* machinatio cum reliquis in fumum conversa abiit, nec ad arma unquam ventum est; immo *Wilhelmus* hanc Papalem confirmationem tam parum curavit, ut substituto *Hollandiae Procuratore Balduino Comite de Benthem* (b) hoc a. 1217. expeditionem cruciatam inierit, et Damiatinae expugnationi a. 1219. interfuerit (c), mortuo interim die 29. Iul. a. 1218. *Ludovico Comite de Los*, veneno simul cum fratre interemto: cuius mortis genus et elogium apud REINER. LEODIENS. qui eum probe cognovit, habetur ad a. 1218. p. 60. *Hoc*, inquit, *anno obiit* LVDOVICVS *Comes de Los, vir in armis strenuus, et licet iuvenis aetate, in consilio eloquentissimus, in* *Ludovici mors.*

fiderantibus super unum de nobilioribus terrae fluviis MOSAM *congregati sunt apud* VLERDINGE. *Quarto igitur Kal. Iunii praedicti peregrini — oppansis velis laeti mare conscendunt. Sicque in pulcro comitatu sulcantes aequora in Kal. Iulii applicant in Anglia apud Dertmudin.* Hoc tempore Ludovicus Losfens. etiam nomen dedit ac crucem suscepit. Vnde ambo in dicta Bulla Papali a. 1217. *cruce signati* nominantur. Verum tamen *Comes de Los* profectus fuerit, dubito. Vid. GODEFRID. MONACH. a. 1215.

EXCVRSVS XI. *in omni etiam bonitate et honestate conspicuus. Iste est, qui in ineritabili necessitate Episcopo et Leodiensibus fuit necessarius; quando Dux Brabantinus Heinricus, qui Leodium ceperat, per eum est maxime et per suos de bello fugere coactus —. Iste erat tam Episcopo quam Leodiensibus in omni necessitate indeficiens clypeus. Obiit autem IV. Cal. Augusti; cuius mors totum Episcopatum ad lacrymas commovit. Certum est autem, quod obiit tam ipse, quam frater suus Heinricus, quondam Traiectensis Praepositus, infra tres dies, et alii plures, maleficium veneni ferre non valentes; sed per quem vel per quos hoc factum sit, adhuc incognitum manet hodie. Mortuis autem tribus fratribus, solus iunior* ARNVLFVS *remansit, qui in Anglia pro* VXORE *fratris sui* LODOVICI *multo tempore obses fuit; nunc autem Dux Brabantinus visa opportunitate, filiam suam iuniorem, nomine* ALEIDIM *in matrimonium dedit.* Habuit igitur successorem fratrem *Arnulfum*, qui tamquam *Comes de Los* testis iam occurrit. in Prob. h. d. Charta Ducis Brab. d. 6. Sept. 1218. inedita. Hic *Arnulfus* usque ad a. 1216. obses pro *Ludovici* uxore *Ada* in Anglia fuerat; de quo et hoc memorabile, quod ARNVLFVS Comes Lossensis, et WILHELMVS Comes Hollandiae, ex *sororibus*, quas duxerunt, *fratres* seu *affines* facti sunt. Duxit enim *Arnulfus* post reditum ex Anglia, hoc a. 1218. ALEIDIM filiam iuniorem *Henrici* Ducis Brabantiae. Conf. not. ad Prob. a. 1218. post Iul. et 1224. d. 3. Febr. *Wilhelmus* vero Comes Hollandiae, mortua priore coniuge *Aleide Gelrica* a. 1218. (Vid. M. BOXHORNII *Theatrum Holland.* p. 224.) ex terra sancta redux, a. 1220. alteram *Henrici* Ducis

cis Brabantiae filiam, MARIAM IMPERATRICEM, Ottonis IV. EXCVRSVS XI.
Imperatoris viduam, ſibi uxorem ſumſit: quas *Wilhelmi* cum *Henrici filia Maria* nuptias, Brabantinis aeque ac Hollandis hactenus niſi per nebulam cognitas, argumentis omni exceptione maioribus ſtabiliam in *Disſertat. Genealogica Comitum Hollandiae.* Nunc tantum coaevi ſcriptoris, REINERI, testimonium habeto a. 1220. p. 63. MARIA *filia* DVCIS LOVANII, *et primogenita, virgo ſpecioſa et omni probitate inſignita,* OTTONI *Imperatori in matrimonium iuncta, mortuo* OTTONE — *Comiti* WILHELMO HOLLANDIAE *iterum in matrimonium copulatur.* Quibuscum confer Chartas a. 1223. M. Iunio, et 1232. d. 28. Febr. imprimis vero not. ad Cod. Prob. d. 12. Oct. 1260. Probb. hh. aa.

Manſit igitur Wilhelmus ſolus Hollandiae Comes, ſolus bonorum fratris ſui posſesſor, eiecta Ada; qualem ſeſe ſtatim a morte Theoderici VII. gesſerat. Cuius rei documenta ſunt Chartae, quas concesſit, in quibus eminet confirmatio bonorum Abbatiae Thoſanae, d. 16. Apr. 1204. nec non donatio Terrae de Poel, quam ſoror eius *Ada* Marchioniſſa Brandenb. a. 1205. Abbatiae Rijnsburgenſi fecerat, in qua hoc memorabile, quod *Wilhelmi mater* ADA, et frater FLORENTIVS Praepos. Traiect. huic Chartae testes adſtiterint; atque Ada profesſa ſit, ſe id facere, *volente et asſenſu Wilhelmi Comitis et Florentii fratrum ſuorum,* et *Adae Comitisſae, matris ſuae, et Adae neptis ſuae.* Vnde patet, ſuam Wilhelmo faviſſe familiam, uti monui *not.* ad *Chronic.* p. 200. Prob. h. d.

Ada autem, ut eo revertar, ſtatim a reditu ex Anglia in ditionem Leodienſem ac Comitatum mariti Losſenſem ſecesſit, *Adae fata.*

ibi-

XXCVRSVS XI. ibique dum vixit piis sese operibus dedit, ut docent Chartae, quae etiamnunc supersunt. Et quidem primo a. 1213. consensit Donationi, qua maritus *Ludovicus Dei gratia Comes de Los* confirmavit *Alodium de Herckenrode*, donatum a *Patre Gerardo Comite*, *ad constituendum Monasterium* Herckenrodae, quam *Sigillorum*, inquit, *nostrorum impressione corroboravimus*, ADA COMITISSA, VXORE NOSTRA, *eandem approbante*. Eodem anno 1213. d. 10. Maii assensum dederunt emtioni venditioni celebratae inter fratrem *Gerardum* Comitem de Rinecce et Monasterium Erbacense, confirmante Archiepiscopo Moguntino, qua in Charta imprimis memorabilis est mentio *Arnoldi*, *fratris ipsius Comitis*, *qui nunc in Anglia obses tenetur*. Eadem porro *Ada* cum *Ludovico* a. 1218. dona Monasterii Herkenrodae auxit, quod ille fecisse dicitur *de assensu Domini Episcopi Leodiensis*, *uxore mea* ADA (*d*) *et fratribus meis Henrico et Arnoldo consentientibus* —. *quae ut stabile robur obtineant firmitatis*, *praesentem paginam sigillo meo*, *cum sigillis tam* VXORIS MEAE, *quam fratrum meorum feci communiri*. Immo Ludovico a. 1218. defuncto superstes vixit *Ada*, et iuxta maritum sepulta iacet, ut ex Archivis *Herckenrodensibus* mihi constat, et in *Cod. Probb.* adstruam (*e*). Vnde errare patet nostros, qui rerum tunc temporis gestarum ignorantes, eam vel *Burgi* in Texalia, vel *Middelburgi* in Zeelandia sepultam volunt

Prob. h. a (margin, beside "consensit Donationi")
Prob h. d. (margin, beside "bante. Eodem anno 1213.")
Prob. h. a (margin, beside "tenetur. Eadem porro")

(*d*) Var. Lect. IDA. Sed eodem redit; utroque enim nomine fuit cognita. Vid. IO. A LEID. *Chr. Belg.* XIX, 1.

(*e*) Vid. MANTEL. in *Hasselet.* Cap. 2. et 20. et inde A. MATTH. *Anal. Med. Aev.* T. III. p. 132.

lunt. De priore loco orta est opinio, ex *Ada* ibidem, ut putabant, captiva et defuncta. De *Middelburgo*, confuſa est haec cum avia paterna cognomine, Florentii IV. vidua, *Ada* nempe *Scotica*, quae anno adhuc 1205. in vivis erat, ſed postea Medioburgi ſepulta est in Abbatia, cui antea fuerat benefica; conferens ei LXIII. *Libras ad opus lapideum*, id est, ad promovendam lapideam Abbatiae *conſtructionem:* quod cognoſco ex Charta inedita *Comitis Hollandiae Wilhelmi* a. 1210. qua hanc matris Adae donationem auxit. EXCVRSVS XI. Prob. h. a.

Et ſic ADA, infelix illa Matrona, patriis deſtituta bonis, eiecta terris, absque culpa, absque ſolatio, vitam alibi egit, postquam properatis ab imprudente matre nuptiis Ludovico fuit ſociata, ac patrui artibus in Anglia aliquamdiu captiva haeſit. Rem omnem concludo cum WILHELMO PROCVR. Chronici continuatore, p. 498. *Wilhelmus Com. Holl. — confirmationem a Rege conſequitur*, XX. *annis Comitatum Hollandiae posſidendo; qui licet cognata* [Ada] *vivente posſesſor iniustus videretur, ipſa tamen absque partu mortua, eius posſesſio regulatur, et quod prius iure non potuit, conſequitur ex post facto.* Nimirum ignoravit WILHELMVS PROCVRATOR, ignorarunt et posthac multi alii usque ad initium huius, quod vivimus, ſeculi, Adam tam diu ſuperſtitem vixisſe. Clare tamen liquet, Wilhelmum ab a. 1203. usque ad a. 1222. Comitatum Hollandiae gesſisſe, adeoque non ſatis accurate Noſtrates, *Adam* in Comitum Catalogo reponere ſolere. Longe profecto felicius res ſucceſſit ſequentibus familiae Hollandicae matronis, *Aleidae*, Wilhelmi II. ſorori, nuptae Ioanni Aveſnio, cuius nempe filius

MCCVXXVI XI. *Ioannes* II. Comes Holl. factus est; *Margaretae*, quae et ipsa regimen adepta est; nec non *Mariae*, quae *Maximiliano* fuit coniuncta. Harum ope Hollandiae hereditas transiit in familias *Hannoniensem*, *Bavaram*, postremo *Austriacam*. Quod enim ad Domum *Burgundicam* spectat: eamdem, quam Ada, calamitatem atque infelicem fortunam experta est *Iacoba* Wilhelmi VI. Bavari filia, infortunata illa Princeps, quam a terris paternis avertit astutia atque ambitio *Philippi* Ducis Burgundiae; per quem in familiam Burgundicam devoluta est Hollandia.

Conclusio. Atque haec sufficiant de ADAE Comitissae fatis, ex Annalibus, ex Actis Archivisque Publicis, cum *Losfensibus*, tum *Brabanticis*, *Flandricis*, atque imprimis ex *Angliae Romaeque* Chartulariis, depromtis; *quorum omnium notitia* (ut cum D. Robijnsio ad MANTELII *Histor. Losfens.* p. 145. loquar), *si pervenire antehac potuisset ad Scriptores Rerum Hollandicarum, non omnes uno quasi scripsissent calamo*, ADAN *in fata concessisse* a. 1204. *id est altero a nuptiis, sepultamque Medioburgi.* Pervenerunt tandem tamen haec omnia ad notitiam scriptorum Nostratium; iisdemque monumentis magna ex parte feliciter usi sunt praestantiores rerum nostrarum scriptores, Viri clarissimi, A. MATTHAEUS, GER. VAN LOON, IO. WAGENAAR, qui Adam, post a. 1205. superstitem, quasi postliminio restituerunt, eiusque vindicias egerunt.

Quae quum ita sint, quis mecum non vehementer miretur, Virum Illustrem, qui tam splendidam alioquin AEMILII STOKII Rhythmographi Historici Editionem, doctis notis ac commen-

mentariis literario-antiquariis illustratam, vernacule edidit, EXCVRSVS XI.
etiamsi cuncta fere haec Documenta atque Acta probantia oculis usurpavit, legit, cognovit; tamen eo pervenire potuisse, ut haec omnia inficiatur, ea revera contigisse praefracte neget, ADAMque iam a. 1205 vel 1206. fato functam, perseveranter statuat, et in reliqua narratione iis Hollandicarum rerum scriptoribus, qui hac luce destituti fuere, firmiter adhaereat, unde in nostra historia ubique vacillat, haeret, et caecutit, vel praeiudicatis ita abripi se passus est opinionibus, ut vera videre non licuerit. Nequis autem temere haec dici putet, respiciat lector veri amans notas V. D. ad STOKE D. II. bl. 151-163. Taxat illic multa Documenta, Literas, Diplomata, quae in publicis Archivis adhuc prostant, eaque tamquam *ridicula*, tamquam *non scripta*, *depravata*, *adulterina*, *spuria*, exsibilat; imprimis vehementer invehitur in Pactum illud Arbitrii sive Laudum, arbitro Philippo Namucensi, inter *Ludovicum* Com. Loss. et *Wilhelmum* Hollandum, compositum. Audiamus hac de Charta eius verba bl. 152. *Waar zalmen de waarheid vinden, alsmen zulke getuigenissen van Tijdgenooten, en daaraan naast volgende Schryveren* [qui nempe, post a. 1205. se de ADA, nec invenisse nec novisse quicquam, ingenue confitentur] *ter zyde stellende, zich vergaapt aan valsche Brieven; die, op zich zelfs beschouwd, menigvuldige proeven uitleveren, datze opgesteld zijn door onverstandige en onkundige bedriegers? Plomper en valscher dan het verdrag van October* 1206. *heb ik zelden geleezen. Ik heb het voorlang vertaald gehad, in veele Artykelen verdeeld, en op de voornaamsten wijdloopige aanmerkingen gemaakt. Die konnen hier geen*

 plaats

EXCVRSVS XI. *plaats hebben, en zy zullen, na deeze aantekening, onnut zijn. -- -- Ik weet niet, hoe verſtandige mannen dit zonder lagchen konnen leezen.* Sic ſolet nempe vir Doctus, tamquam ex tripode! Vellem autem indicasſet quos invenisſet naevos; quae enim hic afferuntur, nullius ſunt momenti. Ego vero illud Diploma cum reliquis omnibus ſiſtam in *Codice Diplomatico*, prout ex Autographo propria manu deſcripſi in Archivis Eccleſiae S. Donatiani, quae Brugis est; ubi illud asſervari, vel certe asſervatum hoc etiam ſeculo fuisſe, latere non potuit ipſum, qui haec ſcripſit, Huydecoperum; quippe cuius Chartae primaria argumenta exſtant in MANTEL. *Histor. Losſens.* L. VI. p. 152. et de quo V. D. ROBIJNS ad MANTEL. p. 153. ſuo tempore ita ſcribit: „ Hoc Diploma V. Cl. Olivarius Vredius profert „ in Flandria ſua — autographum. Asſervatur in Archivis Ca- „ pituli Cathedralis Brugenſis, ipſeque pro ſua in me huma- „ nitate, haec quae Comitem nostrum concernunt, exſcripſit „ SVA MANV ". Lectori igitur non prorſus ingratum fore ſpero, ſi ſcripturae huius Diplomatis ſpecimen atque ſigilla in *Codice Probationum* in aes incidenda curem; quique obmoventur ſcrupuli, paucis illic indicem atque amoliar. Amor veri id exigit. Eadem de reliquis, quae vir Doctus bl. 151 — 163. carpit, Diplomatibus, dicta ſunto.

F I N I S

Partis I I. Tomi I.

